La Ln1

Toronto University Library

Presented by

University of Oxford

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14th 1890

SCRIPTORES LATINI

REI METRICÆ.

MANUSCRIPTORUM CODICUM OPE

SUBINDE REFINXIT

THOMAS GAISFORD, S.T.P.

ÆDIS CHRISTI DECANUS,

NECNON

LINGUÆ GRÆCÆ PROFESSOR REGIUS.

Habet metrorum inter se ratio summam in cognoscendo voluptatem, qua et veterum sub quacumque lege tradita celeriter comprehendere, et multa ipsi æmulante studio nova concipere animo, atque informare possimus.

Mar. Victorin. III. 1, 3. *coll. Atil. Fortun.* I. 9, 24.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXVII.

Marius Victorinus ..... P. 1
Marius Plotius 242
Cæsius Bassius 302
Atilius Fortunatianus 312
Servii Centimetrum 363
Rufinus 378
Censorinus 404
Priscianus 410
Diomedis lib. III. 422
Mallius Theodorus 525
Script. vett. apospasmatia 560

5730
30/9/20

PRÆFATIO.

In hac grammaticorum Latinorum qui rem metricam tractarunt editione adornanda non aliud mihi consilium fuit quam ut contextum eorum, quacumque de causa vitiis ubique scatentem, lectionibus manuscriptorum codicum, quas præsto habebam, adjutus, paullo emendatiorem, quam antea ferebatur, efficerem. Eorum codicum indicem, una cum notitia editionum veterum, quas consului, statim subjiciam, prius tamen monito lectore, interpretis me officium non attigisse, conjecturas autem sive aliorum sive meas perraro commemorasse. Minime autem me fugit hos scriptores multis in locis mutua collatione rectius posse constitui: nam sæpe accidit, ut, dum alter alterum describat aut compilet, in hoc sinceram reperias scripturam quam in illo corrupit librarii oscitantia. Exempli gratia: Atilii Fortunatiani non modo sententias sed ipsa etiam verba haud raro mutuatur Marius Victorinus; veluti, quæ habet Atilius p. I. c. 1. eadem propemodum dat Victorinus lib. II. c. 8, 17., ubi pro *posset* et *melior* ex Atilio reponendum *potest* et *mollior:* contra ex Victorino pro *et duo habet* in Atilio refingas *ut duo habeat.* In eodem Atilii loco is qui primus affertur poetæ versiculus correcte citatur a Diomede III. 34, 31. Sed hæc longius persequi nolo. Pergam potius ad commemoranda subsidia quibus in hoc opere concinnando nobis frui contigit.

1. MARIUM VICTORINUM integrum[a] primus edidit J. Camerarius *Tubingæ* 1537. 4°. una cum Servii Honorati grammatici de pedibus versuum libello, Eutychi auditoris Prisciani de discernendis verborum conjugationibus, Servii Marii Honorati de syllabarum quantitate. Ex Camerarii Epistola ad illustrissimum principem Albertum Casimiri f. Marchionem etc. dedicatoria seqq. excerpenda sunt: " Pauca de authori-
" bus libellorum istorum verba faciamus. Primo igitur
" invenimus præscriptum nomen Marii Victorini in co-
" dice cujus copiam nobis fecit eximius jurisc. Joann.
" Sichardus, cujus uno quidem in loco[b] tituli mutatio-
" nem deprehendimus, ejusmodi tamen quæ non de-
" beret in dubium vocare constantem et certam hujus

[a] Marii Victorini capp. duo scil. VI. *de enuntiatione litterarum* et IV. *de orthographia* jam ediderat Adamus Petrus cum aliis rei grammaticæ scriptoribus (qui sunt scil. Rhemnius Palæmon de summa grammatices, Q. Terentius Scaurus de orthographia, Ælius Donatus de barbarismo, pedibus, tonis, Servius Honoratus in Ælium Donatum, Marius Victorinus de enuntiatione literarum, orthographia, et metris comicis, Papyrii Prætextati fragmentum de orthographia, Cornelius Fronto de differentiis vocabulorum) *Basileæ* 1527. 8°. hac usus præfatione: " Torsit pro exiguitate sua hic
" nos Victorinus satis misere,
" dum nullam de ejus ætate at-
" que patria rationem inire pos-
" sumus certiorem, eoque magis
" quod exemplariorum tanta es-
" set inter se dissensio, quorum
" duo e Laurissa, tertium ex
" Murbachio nobis Sichardus
" communicaverat. Sed nos al-
" terum plane coëgit ut nec ejus-
" dem quidem autoris omnia cre-
" deremus, præsertim cum Lau-
" rissanum exemplar sua Maxi-
" mo cuidam Victorino, aliud
" vero contra Mario asserat, quem
" constat eruditione celebri Lac-
" tantii temporibus Romæ, cum
" alioqui Afer esset, Rhetorica
" docuisse. Præterea nec videba-
" tur simile veri, toties eundem
" autorem versatum esse in eo-
" dem argumento, adeoque in
" speciem puerili. Quamobrem,
" quæ sunt Marii illius reliqua,
" majora quidem quam ut nunc
" edi possint, nec paulo etiam
" hiis doctiora, statuimus pro-
" pediem seorsim emittere, ne
" habeant studiosi literarum ubi
" officium nostrum jure deside-
" rare possint."

[b] Nescio an tale quid legatur in codice quo usus est Camerarius quale in Parisino reperitur, sc. in principio et in fine ibi scriptum est " Victorini Mari etc." at in fine libri 1. " Marii Victo-
" rini."

" nominis autoritatem. Hunc notum est vixisse illis " temporibus quibus et Donatus grammaticam Romæ " docuit, et a grammatica ad rhetoricæ artis professio- " nem progressum, in opinione omnium singulari fu- " isse, et in foro statuam meritum. Idem admodum " senex Christianam est pietatem amplexus, quod Au- " gustinus luculente exposuit." sc. Confess. VIII. 2.

Post Camerarium M. Victorinum iterum edidit H. Commelinus una cum Terentiano Mauro *Ex officina Sanctandreana* 1584. 12°. paucis in fine additis observatiunculis. Quæ editio repetita fere est in Putschii Grammaticorum Latinorum collectione.

Præter has editiones, quarum Basiliensem anni 1527. non habui nisi postquam opus a typographo absolutum est, adhibui codicem ms. Bibliothecæ Regiæ Paris. n. 7539. in membranis exaratum sec. forsitan IX. Ex eo codice in prioribus capitibus vel minimas discrepantias ab editione Sanctandreana memorandas judicavi, in reliquis ea quæ ad orthographiam spectant fere neglexi. Eum codicem litera P signavi.

2. Plotium primus edidit Putschius inter Grammaticos Latinos "ex scriptis quæ suppeditavit Reve- " rend. Andreas Schottus et Joannes a Wouwer." Ego nonnullis in locis eum correctiorem reddidi lectionibus usus quas e cod. ms. olim Vossiano, nunc Bibliothecæ Acad. Leidensis Cat. p. 389. n. 79. excerpsit Petrus Bondamus. Hunc codicem designat litera L.

3. In Cæsio Basso nihil habui adjumenti præter editionem principem Mediolanensem[c].

[c] *Probi* instituta artium. *Maximi Victorini* de quantitate syllabarum. *Donati* prima ars. *Servius* ad Albinum de naturis ultimarum. *Sergius* in artem Donati primam. *Attilius Fortunatianus* de metris Horatianis. *Donatiani* generis ejusdem fragmentum. Item *Cæsii Bassi* ars de metris. *Terentianus Maurus* de litteris syllabis et metris, *Beda* de metrica ratione, ed. Joh. Parrhasio impressum *Mediolani* per J. Scinzenzeler MCCCCCIV in fol.

4. Atilii Fortunatiani editionem Mediolanensem, necnon cod. ms. Vaticani (quem V. voco) n. 5216. chartacei, recentioris, sed ex vetusto descripti, lectiones, quas meam in gratiam ex eo excerpendas curavit amicus, non sine fructu evolvi. De hoc grammatico sic refert Lachmannus in præfatione ad Terentianum Maurum p. xv. "Quod si quis forte quærat a quonam "antiquiore grammaticus hic Terentianus suam me- "trorum doctrinam derivaverit—Atilii Fortunatiani "paucæ pagellæ exstant, apud Putschium p. 2671– "2685, quarum maximam partem Terentianus ita ex- "pressit ut si Atilii liber totus superesset, hoc poeta "ad artem cognoscendam carere possemus. Sed ea "sola quæ modo dixi ad nos pervenerunt: nam quæ "apud Putschium sequuntur p. 2685. ab hoc gram- "matico aliena sunt." Equidem in eandem fere sententiam delatus, nondum visa Lachmanni præfatione, Atilium in duas partes distinxeram, ratus insuper confusionis aliquid in exemplar archetypum irrepsisse, propterea quod in editione principe et in codice msto post primam partem (sc. infra p. 332, 9.) multa[d] aliena

[d] Ea quæ addunt MS. Vaticanus et ed. Med. hæc sunt:

"*De Positura.*

"Distinctio est temporis et "sensus finitio. subdistinctio est "nec temporis nec sensus finitio. "mora est requies animi. inter "distinctionem et subdistinctio- "nem et moram hoc interest, "quod distinctio perfectum sen- "sum declarat, subdistinctio in- "ferri aliquid significat. mora "reficit lectorem simulque sen- "sibus lumen accommodat.

"*De Chria.*

"Chria est dicti vel facti præ- "cipua memoratio; facti, ut Di- "ogenes cynicus philosophus cum "animadvertisset pueros nobiles "inhumane cibum appetentes "pædagogum eorum scipione "percussit: dicti autem, Chria "in tres species dividitur: est "enim præpositiva, ut, Titus Ge- "netius cyrus dixit viros bo- "nos scire oportere male agere, "sed non agere: percunctativa, "ut Mar. Por. Cato interrogatus "quid ita post xxxx^{m} annum "litteras Græcas disceret, dixit, "non ut doctus, sed ut ne indo- "ctus moriar. Refutativa, ut An- "tisthenes Cynicus philosophus "cum oluscula lavaret et ani- "madvertisset Aristippum Cyre- "næum philosophum cum Dio-

invenerim, quæ postmodum omisit in sua editione Putschius. Lucem fortasse huic rei aliquando accen-

" nysio tyranno Siculorum ingre-
" dientem dixit, Aristippe, si his
" contentus esses, non regis pedes
" sequereris. Cui respondit Ari-
" stippus, At tu si posses com-
" mode cum rege loqui non his
" contentus esses. Adicitur his
" quartum quoque genus quod
" Græce δεικτικὸν Latine demon-
" strativum dici potest, ut Achil-
" les interrogatus quemadmodum
" vicisset Hectorem arma osten-
" dit: quam quidam in facti spe-
" ciem redegerunt. Est item et
" conjunctiva ut Diogenes Cyni-
" cus philosophus cum manu
" haurientem rusticum ad potan-
" dum aquam vidisset, poculum
" quod in pera gerebat, abjecit,
" et dixit, hoc ego levior esse jam
" possum.

" *De poëmate.*

" Poema est narratio numeris
" et versibus connexa. Poëma est
" poematum series qualitatis re-
" bus gestis. Poetice est facul-
" tas versificationibus fingendis.
" Poematum versificationes lau-
" dantur gravis et plena equalis
" et temperata subtilis et circum-
" specta florida et venusta quibus
" contrariæ sunt tumida et disso-
" luta exilis et fucosa. Poeseos
" genera sunt tria: actuale narra-
" tivum conjunctivum. actuale
" est quod Græci drasticon di-
" cunt, ubi poëta lyrica trage-
" dia satyrica prætextata comedia
" tabernaria Atellana rhythmica
" mimica.

" *De versu.*

" Versus est pedum certa men-
" sura: genera versuum sunt no-
" vem princeps genus versuum
" heroicum, quod et epos dicitur
" et dactylicon, alterum quod
" iambicon dicunt. Unde Græ-
" cos versus trimetros nos sena-
" rios dicimus. tertium quod tro-
" chaicon appellatur quartum
" quod anapæsticon dicitur, ap-
" tum choris et tragicæ dignitati.
" quintum quod antispasticon di-
" cunt, unde plures meli com-
" ponuntur. sextum contrarium,
" quod choriambicum nominant.
" septimum ionicon ἀπὸ μείζονος,
" aptum sodalitiis versificationi-
" bus ex mollibus versibus. octa-
" vum quod τονος dicitur, et hoc
" ad rhythmum tibicinum conve-
" nit. nonum quod peonicum ap-
" pellatur.

" *De accentibus.*

" Accentus sunt tres, acutus,
" gravis, et circumflexus. reliqui
" enim quattuor, longus brevis le-
" vis aspiratus, tenores potius
" quam accentus lectionis existi-
" mandi sint. Nam omnis syl-
" laba quæ aliquod e tribus su-
" perioribus sibi vindicat, utique
" alias ingenitam sibi habet aut
" longitudinem aut brevitatem
" aut lenitatem aut adspirationem.
" quæ si accentus essent, pariter
" duæ syllabæ in unum constare
" non possent. longum momen-
" tum transversa I littera notat,
" brevem sursum spectantem, sed
" etiam in illis tempora dinosci
" videmus. aspirationem *h* scri-
" pta præstabit, si adscripta non
" erit siccitatem his adiciunt.
" yphen fere cum duo verba,
" quas in unam pronuntiationem
" colligimus et formam ejus hanc
" faciemus—utrisque verbis pro-
" ximas literas inflexa subter vir-
" gula jungunt, ut est, Turnus
" ut antevolans—item apostrophe
" cum vocalem ultimam subtra-

det si quis in meliorem codicem inciderit quam quo hactenus nobis frui licuit. Hoc interim unum adjicio,

" himus. hanc sic notant stare ad
" caput ejus consonantis cui vo-
" calis subtracta est, inflexam vir-
" gulam, quæ ad eam spectat,
" apponunt.
" *Tanton' me crimine dignum duxisti.*"

Sequentia præbet ed. Mediolanensis:

" Donatiani Fragmentum lege
" cum venia. Ars grammatica
" accepta ex auditorio Donati-
" ani Artificialia: cum contra-
" riis loquendi facultatem usus
" invenit, ratio comprobavit. ra-
" tio dirigitur in duas species,
" quarum alteram ætimologiam,
" alteram analogiam Græci dixe-
" runt. ætimologia est verbo-
" rum in usu credibilis enumera-
" tio, ideo quod quasi antologia
" dicta est. Analogiam sic Græ-
" ci diffinierunt. Analogia est in
" symploce. . . . . id est connexus
" orationum consequentium hu-
" jusce generalis analogiæ spe-
" cies quædam spectant in re-
" bus: quædam in rationibus hanc
" analogiam Græci quæ spectantur
" in dictionibus sic definierunt:
" analogia est . . . . id est con-
" nexus orationis in dictione.
" hujus vero analogiæ quæ est in
" verbis illa quoque analogia sub-
" jecta est, quæ procedit per si-
" milium comparationem, quæ
" sic definitur a quibusdam. A-
" nalogia . . . . id est connexus
" orationum consequentium in
" declinationibus partium oratio-
" nis in . . . . . quinque observa-
" tiones tradit, per quas possent
" inveniri similia, ut ejusdem sint
" generis; casus, exitus. numeri
" syllabarum soni. Aristarchus
" auditor ejus adicit differentiam
" id est ne simplicia cum com-
" positis comparemus. hactenus
" de nomine analogiæ. Nunc
" de ipsa analogia incipiamus.
" *A* littera finiuntur romana no-
" mina et masculina et fœminina
" et neutralia. sed in multitudine
" hoc est pluraliter: singularia
" enim peregrina sunt neutra:
" masculina ut Catillina Pansa,
" fœminina ut amicitia avaritia.
" Communia et masculino et fœ-
" minino, ut assecla. conviva.
" ebria. fœminino Pomponius in
" auctorato, postquam conveni
" omnis convivas meas. ebria in
" masculino in eodem Pomponius
" neque sum meni neque castia
" neque Mimacius ebria. neutralia
" in multitudine hoc est pluraliter:
" ut Saturnalia compitalia horum
" genitivus quamvis varie elatus
" sit apud auctores Saturnalium
" enim et Saturnaliorum compi-
" talium et compitaliorum di-
" xerunt. Dativi tamen mansit
" regula ut bus syllaba finiretur.
" Nam neutra quæ semper plu-
" ralia sunt si ante novissimam
" syllabam I litteram habeant in
" genitivo bus syllaba finientur,
" ut Saturnalia, Saturnalium, Sa-
" turnalibus. Nam arma casta
" exta quia non habent I ante A
" syllabam dativo casu in is fini-
" entur, armis enim et castris
" extisque dicemus. Singularia
" autem neutra a littera termi-
" nata nulla inveniuntur: nisi
" peregrina ut toreuma emble-
" ma poema: de quibus dubi-
" tatur quem casum genitivum
" et ablativum habeant; legimus
" enim toreumatum et toreuma-
" torum toreumatibus et toreu-
" matis et sic similia. commodius
" tamen senserunt qui toreuma-

titulum operis in ms. Vat. ita inscriptum esse; ALTILII (sic) FORTUNATIANI ARS. Deinde in fine subjectum, FORTUNATIANI ARS EXPLICIT.

5. SERVII [e]CENTIMETRUM typis sæpius repetitum est, cujus editiones post Panzerum reliquosque bibliographos enumerare supersedeo. Quas ego adhibui hæ sunt:

(Call.) SERVII HONORATI libellus de ultimis syllabis et Centimetrum ex recensione Laurentii Abstemii—*Callii* anno salutis MCCCCLXXVI. XV. Octobris in 4°. Vide Panzeri Annales T. I. p. 270. Rarissimæ hujus editionis exemplar quod

" tum et poematum dicendum
" putarunt: primum quia hæc
" magis ad romanum colorem vi-
" dentur accedere, deinde quod
" quæcunque nomina genitivo
" plurali apud Græcos per ων
" literas finiuntur translata in
" Latinum ω in u et ν in m mu-
" tatur ut hectorum Nestorum.
" sic ergo cum illi dicant emble-
" matων toreumatων poematων
" nos recte toreumatum emble-
" matum dicemus. Similiter in
" genitivo quoque singulari o Græ-
" cum in a Latinum mutamus.
" ut emblematos emblematis.
" poematis ceromatis poematos
" poematis pegmatos pegmatis.
" nam nominativum pluralem
" Græce proferimus. poemata
" ceromata pegmata emblemata:
" et similia. Romana vero nomi-
" na nominativo casu in a exe-
" unt et accipiunt. a Īram. et
" faciunt genitivum et dativum
" singularem, ut hæc amicitia
" hujus amicitiæ accipiunt m et
" faciunt accusativum ut hanc
" amicitiam, quorum ablativus
" tantum producitur. Quoniam
" omnia nomina quæ a littera
" terminantur seu singulari seu
" plurali numero necesse est
" corripiantur excepto ablativo
" casu, qui nunquam corripitur
" nisi cum e littera terminantur
" in tertiam scilicet declinatio-
" nem.

" *Valentinus Catus lectori S. D.*

" Potuisset hic Janus operis
" initium suspicari vel ex ipsa
" præfatione: quam sive sit Do-
" natiani sive sit Atilii: librarius
" inscite transposuerit. Hæc et
" alia longe plura veniebant in
" mentem. sed noluit in alieno
" (quod ille dicit) opere esse in-
" geniosus. officio suo satisfecisse
" ratus: si quæ privati juris erat:
" in communem usum publi-
" casset ex fide: et ita: ut anti-
" quissima habeant exemplaria.
" Sic enim cuique integrum fore:
" de iis ut velit existimare. Vale."

[e] Ita edd. sed barbare, judice Lachmanno præf. Terent. Maur. p. xiv. Videatur Schellerus in Lexico v. CENTIMETER. Titulo caret ms. noster B. In M. diserte scriptum est, MAURI SERVII GRAMMATICI DE CENTUM METRIS. Sed CENTIMETRUM habet ms. Leid. vet. teste Catalogo p. 389, n. 79.

e sectione bibliothecæ Pinellianæ sibi comparaverat cel. Michael Wodhull, mecum humanissime communicavit Wodhullianæ supellectilis hæres, Joannes Severne Armiger.

(Perot.) Nic. Perottus de generibus metrorum, Omniboni Leoniceni de Vincentia libellus de arte metrica, Marii Servii Centimetrum s. a. l. t. Vid. Panzeri Ann. T. IV. p. 174. n. 935.

(Santen.) Marii Servii Honorati Centimetrum ex vetustissimis exemplaribus correctum; *Lugd. Bat.* 1788. 8°.

His accedunt cod. mss. Scil:

B. Codex ms. Bibliothecæ Bodleianæ, (Laud. Lat. 118.) memb. vet.

M. Ms. ejusdem Bibliothecæ, T. V. 11.

6. Rufini commentarium cum Prisciano sæpius vulgatum est. Ego contuli edd. *Venet.* 1476. et *Aldinam.* Nonnullis in locis inspexi *Florentinam* a. 1525. necnon *Ascensianam* a. 1527.

7. In Prisciano edendo Lindemannum plerumque secutus sum.

8. Diomedis editionem Venetam a. 1493. cum *Haganoensi J. Cæsarii* a. 1526. 8°. accurate commisi. Hanc Cæsarii recensionem Putschianæ editionis fundum fuisse, conjicere licet ex exemplari *Lips.* a. 1542 J. Scaligeri manu cum ms. vet. collato, quod hodie servatur in Bibliotheca Bodleiana. Ita Putschius in Præfatione: "Dio- " medis de oratione et partibus orationis et vario me- " trorum genere libri III. *Ex codice Fuldano, cujus* " *variantes ampliss. Marcus Velserus Reip. Au-* " *gustanæ duumvir transmisit, sed easdem clarissimus* " *Janus Gruterus auctiores communicavit. His ac-* " *cessit ampliss. Bongarsii liber a Petro Daniele* " *accuratissime collatus ad ms. Claudii Puteani, cu-* " *jus variantes postea illustris Scaliger Lugduno Ba-*

" *tavorum curavit. Ex his codicibus auctor accura-*
" *tissime emaculatus est.*" Eandem ob causam tres mss. quos adservat Bibliotheca Regia Parisiensis cum editione Cæsariana conferendas curavi. Horum A. (n. 7494.) [f]antiquissimus est, nec multo junior B. (n. 7493.) recentior est C. (n. 7538.) Unus fortasse aut plures ex his ad eos referendi sunt quos adhibuisse se testatur Putschius. Nescio an codex A. idem sit cum codice Fuldano. Eo certe uti potuit cœnobii Fuldani inquilinus Rabanus Maurus, qui (notante Fabricio Bibl. Lat. I. 1. T. I. p. 4. ed. Ernest.) nonnulla ex Diomede profert Opp. T. II. p. 46. ed. Colon. 1627.

Oblitus fere sum monere me non neglexisse Diomedis editionem principem Jensonianam, sed quum ex collatione instituta didicissem eam cum Veneta tantum non in omnibus consentire, nullam ejus mentionem inter varias lectiones faciendam putavi. Absoluta typographi opera, obtulit amicus lectiones quasdam e cod.

[f] Scriptus est hic liber a. 780, ut patet ex versiculis seqq. qui sub ejus finem majusculis literis exarati sunt alternis in rubrica et in atramento:

Dum mundus centum redeuntes septies annos
et decies forte felix expleverat octo
ex quo christus Jesus secla beaverat ortu,
bissenosque annos Francorum sceptra teneres,
hunc tibi, care deo Carole rex, scripserat Adam.
nempe tuus famulus librum devotus in urbe
Vvormatia soboles haynhardi alsatia felix
est propria fecunda bono cui patria bacho
tuncque fuit scribens annorum certe triginta
quo scripsit servulus anno tu, rex pie carle,
ilico enobium masun vilare dedisti.
hoc tibi regna dei solvant mercede perenni.
Salve rex Carole armipotens vir magne valeque
atque tui humilis adae memorare per aevum
respice de celso populorum culmine princeps
servulum Adam humilem tibimet servire paratum
gloria magna tibi terris et gloria caelis
constat ut aetherium capias per secula regnum
pacis ubi jugiter perpes concordia regnat
dulcia stelligeri gaudens per pascua celi.

ms. Diomedis Harleiano n. 2773 excerptas, quas, etsi Parisinis persimiles, lectorem non celabo.

Page.	Ed.	MS.
425	et finitur positione	Cod. om. et
	accidunt	accedunt
	constant, ternis octo. Duplices, qui vel	constant ternis. octo duplices qui et
426	Ergo duarum syllabarum	Ergo binarum syllabarum
	Pyrrhichius	pirrichius
	Hegemon	egemon
	ex duabus	ex duobus
	brevis	breves
	Pyrrhichius autem	Ido autem pirrichius
	propter pyrrhicam	propter pirriciam
	modulationi	modulationis
	clypeum	clipeum
	illustrat ὑπασπίδια προβιβῶντος	inlustrat upaspidia probuaonti
	vel expetenter	ut expetenter
	pyrrhichium a Pyrrho repertum	pyrrichiam a Pyrrho repertam
	et illustratum	et inlustratam
	tripudians	tripedians
427	et Cinesias cognominatus	Cinesias. ac ē cognoiāmina minatus
	καὶ εἴτις πυρρίχην ἔμαθεν Κινησίου	και eitic ten pyrrichen emathen Kinhcian
	Bellonæ	ed bellone
	id est Enius filio	idē ensus filio
	Capripedem Inuum	ea prma pedē in unum
	quod cum	quod eum
	cacumina montium	amontium
	reperisse	repperisse
	nuncupant	nunccupant
	pyrrhichium	pyrrichium
	vel tripudio	tripodio
	Herus	heros
	παρὰ τὴν σπονδήν	para tin sponden
	scilicet ut libantes	scilicet libantes
428	abominosæ audire	ab omnino se audire
	Arcadiæ	a arcadiæ
	choros	choron
	æquipedi	equipedi
	spondalium	spondalio̅m
	divinitate	divinare
	induceret	inducere
	placare	placaret

	Ed.	MS.
	in thesi	(in corr. rec. m.) et thesi
	παρὰ τῷ ἰαμβίζειν	para to iambιζeιn
429	παρὰ τὸ ἴεναι καὶ βοᾶν	apo tu eim και Ban
	passum	parsum
	ut pr.	et promtiore
		O iambos exoligudiabas proforo podiofrao ŭgiate nom aravi tokui eusthenes idos exηci
	Diomedem	diomedis
	gradale	gladali
	dimicare	dimigrare
	distento	distentoque
	melon hunc	melum hanc
430	χορεῖον	chorion
	ἐπιτρέχοντας λέγειν	epitre+ctlontas legin
	παρὰ τὸ τρέχειν	parato trechin
	ocyori	ociori
	rythmulum	rithmulis
	designant	designent
	quoties	quotiens
	similitudine se ventilantes	similitudines evertilantes
	canthus	cantus
	Rotulum	rutilum
	Græci a rota invitati	grecia rota invietati
	ac reductis	et reductis
431	πολιτικὸν	politicon
	tractu	tactu
	faberrime	falierrime
	ab Idæis Dactylis	habita eis dactilis
	clypeolis	clipeolis
	illisi	usi
	vetusta fabulositas	ut vetustatis fabulositas
	hanc fuisse	hec fuisse
	Damnameneus Acmon Celmon	damiinameneus astheus pyrrichi
	dicti ἀπὸ τῶν Κορῶν	dicti. apoton choron
432	qui κόραι	que core
	galeæ	galee
441	om. in edit.	poematos characteres sunt quatuor.
443	de Metabo	ubi de Camilla
	Sichæus erat ditissimus	sicheus erat ɒapemva
	lucoque sonabant	lucoque volabant
		Cod. om. tit. de Poematis Generibus
444	Euphorionem	euforiana
	ἀπὸ τοῦ ἐλέους	apo tu eleu
	metro	metron
	Horatius qui	Oratius cum

	Ed.	MS.
	νείατον	niaton
	ab eodem	ob eadem
447	Laconia	lacona
	varia	diversa
	deserta Laconia	desertam laconica
	Caryatidi	curyatidi
	honore	honorem
	βουκολισμὸς	buculismus
	a Siculis	a singulis
	habitus vero	habitus autem
	inerat et	inerat eo
448	multitudo circuibat, carmen	multitudo carmen circuibat
	Ægyptum	in egyptum
	circum pagos	circum pados
	pecorum et frugum	pecorum ac frugum
	omniumque rerum proventum	hominumque proventum
	Bucolicorum	bucolicarum
	Daphnim	dafnin
451	et venuste	ac venuste
		Susarion tauta logica congyne cecallu moso odemote ucesti euricyemiana neucacu.
	insectati	sectati
454	quod in satyrica	quod mea tyrica
	Autolycus, Burris	aut olicus busiridis
	Oscæ personæ	osce persone
471	alte producta	alte producte
	illustrant	inlustrant
472	Hyperion	hypperion
	bacchatur	bachatur
	Zephyro	zefyro

Terhærii quas pauculas observationes meis immiscui, eæ descriptæ sunt ex exemplari Grammaticorum Lat. Putsch. ed. nunc penes me, olim in bibliotheca P. Burmanni adservato. Salmasii item conjecturas aliquot, utinam plures, mecum communicavit amicus: ubi vero exemplar autographum hodie servatum sit prorsus ignoro.

ARS GRAMMATICA

MARII VICTORINI

DE

ORTHOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE.

Cap. I.

ARTIUM grammaticarum scriptores quidam ab arte [a]cœperunt, quidam a grammatica, quidam a definitione, quidam a voce, quidam a littera. *Ars*, ut 2
[b]Aristoni placet, *collectio est ex perceptionibus et exercitationibus ad aliquem* [c]*finem vitæ pertinens:* id est, generaliter omne [d]quicquid certis præceptis ad utilitatem nostram format animos. Aristoteles quo- 3
modo? τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ [e]καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρὸς τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ [f]συντεινουσῶν. Nos qualiter? Ars est summa rerum dictio comprehensarum atque exercitatarum ad aliquem vitæ finem tendentium. Huic arti quot contraria opponuntur? Tria. Quæ? 4
κακοτεχνία, ψευδοτεχνία, ματαιοτεχνία. Grammatica autem ars quæ est? Spectativa orationis et [g]poëmatos. Hæc 5
quot modis [h]discernitur? Tribus. Quibus? Intellectu poetarum, et recte loquendi scribendique ratione. Hujus plerique quot partes tradiderunt? Duas. Quas? Ἐξη-

Ars grammatica Marii Victorini de metricis didascalicis] Incipit ars gramatica Victorini Mari de ortografia et de metrica ratione P. [a] inceperunt] cœperunt P. [b] placet Aristoni] Aristoni placet P. [c] finem] finem vitæ P. et sic Putschius. [d] quod certis] quicquid certis P. [e] καταλήψεων] καταληψεως P. [f] συντεινουσῶν] συνουσιον P. [g] poëmatis] poëmatos P. [h] discernuntur] discernitur P.

3 καταλήψεων] Vid. Schol. Aristoph. Nub. 317. et Kuster. ad eum locum.

γητικὴν, atque ὁριστικήν. Quæ est [i]ἐξηγητική? Quæ enarrat. Quæ ὁριστική? Quæ [j]definit. Ut Varroni placet, *Ars grammatica, quæ a nobis litteratura dicitur, scientia est eorum, quæ a poetis, historicis, oratoribusque dicuntur ex parte majore.* Ejus præcipua officia sunt quatuor, ut ipsi placet, scribere, legere, [l]intellegere, probare. Ut Aristoni placet, *Grammatice est scientia poetas et historicos intellegere, formam præcipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens. Definitio est,* ut ait Cicero, *quæ quid sit, de quo agitur, ostendit quam brevissime.*

Cap. II. *De Voce.*

Vox est aer ictus auditu percipibilis, quantum in ipso est. Græci qualiter? ἀὴρ [m]πεπληγμένος αἰσθητὸς ἀκοῇ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἐστιν. Vocis formæ sunt duæ; *articulata*, et *confusa*. *Articulata* est, quæ audita intelligitur et scribitur, et ideo a plerisque *explanata*, a nonnullis *intelligibilis* dicitur. Hanc Græci quid appellant? ἔναρθρον φωνήν. Hujus autem species quot sunt? Duæ. Quæ? Nam aut *musica* est, quæ tibiis [n]vel tuba redditur, aut quolibet organo; aut *communis*, qua promiscue omnes utuntur. *Confusa* autem est, quæ nihil aliud quam [o]simplicem vocis sonum emittit, ut est equi hinnitus, anguis sibilus, plausus, stridor, et [p]cetera his similia. Alii eam, quæ dicitur in usu *articularis, litteralem* dixerunt, ut nomina, verba, adverbia, et ceteras [q]partes orationis. Omne autem explanati-

[i] ἐξηγητικὴ—ὁριστικὴ] ἐξηγητικὴν—ὁριστικὴν P. [j] definit] definitur P. [l] intelligere] intellegere P. et sic mox: sed cap. seq. intelligitur. [m] πεπληγμένος ἀκοῇ] πεπληγμενος αισθητος ακουι P. [n] vel tuba] ttuba P. [o] simplicem] simplex P. [p] cætera] cetera P. et sic alibi. [q] orationis partes] partes orationis P.

6 litteratura] *litteratio* Isidorus Orig. I. 3. ex Varrone. ib. *scientia est*] *intelligendi* vel simile quid deest. TERHÆRIUS. Ego addidi *eorum* cum Scaligero Frag. Varr. p. 19. ed. Durd.

7 Cicero] Orat. c. 33.

varum vocum initium et individua vox est littera, ex qua articulata vox existit, inque ultimam resolvitur: unde consequens est, ut de littera dicamus. Sed prius 7
est, ut elementum [r]et dictionem et orationem definiamus. *Elementum* est [s]uniuscujusque rei initium: *dictio* 8
figura significantium vocum, aut a quo [t]initium sumit incrementum, et in [u]quod resolvitur: *oratio* est [v]dictio 9
significans vel conpositio dictionum significantium [x]consummans unam sententiam.

CAP. III. *De Litteris.*

Littera est vox simplex, una figura notabilis. *Litteram* quidam putant dictam, quasi legitteram. [y]Quare? quod legenti iter præbeat. [z]Quidam quidem dixerunt 2
leviteram. Quare? quia levat ut iteretur, id est, delectat iterum ut scribatur. *Vox simplex* quare? Ideo, quia ejus 3
vocis, quæ ἔναρθρος a Græcis dicta est, sub significationem aliquam venit, vel ut minima pars, ideoque a nonnullis *nota vocis articulatæ* dicta est. *Una figura* 4
notabilis. [a]Ideo quia unaquæque littera suam figuram habet. Nam syllabæ pluribus figuris, id est litteris, notantur, nisi cum vocales vice syllabarum funguntur. Nam accidunt unicuique litteræ, nomen, figura, potestas. *Nomen* est, quo appellatur: *figura*, qua notatur: *potestas*, qua valet. 5

Litterarum aliæ sunt vocales, aliæ consonantes. *Vocales* sunt quæ per se proferuntur, et per se syllabam 6

[r] atque orationem] et dictionem et orationem P. [s] cujus et littera minima] uniuscujusque rei initium. dictio P. [t] unumquodque] initium P. [u] quod] que P. [v] ordinatio vel compositio] dictio significans vel conpositio P. [x] continuam] consūmans unam P. [y] quia] Quare? quod P. [z] quidam dixerunt leviteram] quidam quid d. leviteram, Quare? P. [a] Ideo] Ideo quia P

8 Dictio] Diomedes p. 431. *Dictio est vox articulata, cum aliqua significatione, ex qua instruitur oratio, et in quam resolvitur.* Priscianus p. 573. *Dictio est pars minima orationis constructæ.*

7 faciunt. Sunt autem quinque, *a e i o u.* Harum duæ, *i* et *u*, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsæ inter se geminantur,[b] aut cum aliis vocalibus jun-
8 guntur, ut *Juno, vates. Consonantium* vero est species duplex: sunt enim aliæ semivocales, aliæ mutæ. *Semivocales* sunt quæ per se quidem proferuntur, sed per se syllabam non faciunt: sunt autem numero septem: *f l m n r s x.* Ex his una duplex littera, *x:* constat enim aut ex *g* et *s*, ut *rex regis;* aut [c]ex *c* et *s*, ut *pix*
9 *picis:* ideoque hæc littera a quibusdam negatur. *Mutæ* sunt autem quæ neque per se proferri possunt, nec per se syllabam faciunt: sunt autem numero novem, *b c*
10 *d g h k p q t.* Ex his supervacuæ quibusdam videntur *k* et *q*, quia *c* littera harum locum possit implere. *H* quoque [d]adspirationis notam, non litteram [e]æstimamus; *y* et *z* propter Græca nomina admittimus.

11 Littera est humanæ vocis pars. Litteræ Romanæ ad imitationem Græcarum factæ: novas etiam habent, ut, *h q u:* item superfluas quasdam videntur retinere, *x* et *k* et *q:* nam *y* et *z* propter Græca nomina additæ
12 sunt. Nec dubitatur his litteris omnibus absque sola *v* remotis, Latinæ linguæ reliquas [f]decem et septem
13 posse satisfacere. Nam pro *h*, adspirationis nota, ut Græci faciunt, poni posset *f* et *p*, et eadem adspiratione compleretur. Nihilominus pro *k* et *q*, *c* littera facillime haberetur: *x* autem per *c* et *s* possemus scribere: sic et *z*, si modo Latino sermoni necessaria esset, per *d* et *s* litteras faceremus, sed ut omnes, quæ usui tra-
14 ditæ sunt, recipiamus, sunt [g]viginti tres. Ex his aliæ sunt vocales, ut supra diximus; aliæ consonantes; aliæ mutæ. Vocales sunt quæ plenam vocem proferunt,

[b] aut in] aut cum P. [c] ex *c*] ex *c* et *s* P. [d] aspirationis] adspirationis P. et sic infra. [e] æstimamus] admittimus sed æstimamus P. [f] decem et septem] XVII P. [g] viginti tres] XXIII P.

per quas etiam separatas syllabas [h]fieri volunt. Sunt 15
autem numero sex, *a e i o u y.* Harum nulla natura
littera longa aut brevis est: sed omnes uno modo. Si
corripiantur breves, si producuntur longæ sunt. Ac 16
præcipue *e* et *o* quæ *biformes* dicuntur, quia pro binis
Græcis apud nos ponuntur. Residuæ autem litteræ
omnes consonantes sunt XVII, *b c d f g h k l m n p q r*
s t x z. Hæ dividuntur in partes duas: aliæ enim 17
sunt semivocales, aliæ mutæ. *Semivocales* sunt quæ
partem quandam vocis incipiunt, sed implere non pos-
sunt, et sunt VIII, *f l m n r s x z.* Ex his *immutabiles* 18
IV *l m n r* dictæ sunt, quia in masculinis et femininis
nominibus per nominativum casum positæ in omnibus
declinationibus manent nec mutantur. Eædem autem 19
liquidæ dicuntur, quando hæ solæ inter consonantem
et vocalem immissæ non asperum sonum faciunt, ut
clamor, Tmolus, consul, Africa. Item ex [i]isdem se- 20
mivocalibus *duplices* sunt duæ, *x* et *z*: singulæ enim
in metrica ratione pro duabus consonantibus valent.
Residuæ semivocalium sunt *f* et *s.* Ex quibus *f* qui- 21
dam errantes duplicem dicunt quod ex *p* et *h* compo-
sita videatur. Sed quando in pedibus duarum conso- 22
nantium virtutem non habet, duplex non est. *S* autem
vocatur *facilis,* quando plurimis consonantium juncta
in syllabarum sono miscetur. *Mutæ* sunt quæ nullius 23
vocis sonum separatim faciunt, et sunt novem, *b c d* [k]*g*
h k p q t. Ex his *h* vocatur *infirma,* quia in metricis
plerumque despicitur, nec consonantis tenet locum, ut
sævus Achilles, quæ idcirco sic est, quia *c* et *h* unius
consonantis Græcæ loco habetur: *k* autem dicitur *mo-*

[h] fieri contingit. Consonantes quæ nunc præpositæ nunc subjunctæ vocalibus consonant. Mutæ, quæ neque proferri per se possunt, neque syllabam facere] Ita edd. Longe auctiora damus ex P. Transtulimus autem caput *de Enuntiatione Litterarum,* cum P. post cap. V. *De Syllabis.* [i] hisdem P. [k] *g*] Deest P. qui mox *q t v,* cum nota ∴ in marg.

nophonos, quia nulli vocali jungitur nisi soli *a* brevi: et hoc ita ut ab ea pars orationis incipiat, aliter au-
24 tem non recte scribitur. Item vocantur *spiritales* tres *c p t*, quia his *h* littera subjecta inserit spiritum, ut
25 *Chiron, Philon, Thoas.* Et ideo residuæ *b d g q* nominantur *rigidæ*, quia nullam earum eadem *h* ad recipiendam adspirationem flectat, quod contigit omnibus semivocalibus absque sola *r*, sed ea plurimum in pere-
26 grinis nominibus adspirat. Addita autem fuerat a veteribus non frustra velut *F*, quam musici digamma
27 vocant. Sed pro hac *i* aut *u* litteram scribimus. Atque ita fit ut eadem nunc *u* vocalis sit, ut *unus*, nunc consonans, ut [1]*vivus*. Sic et *i* nunc vocalis est, ut *iris*, nunc
28 consonans, ut *jejunus*. Finitivæ literæ masculinorum nominum sunt septem, *a l n o r s x*, ut *Sylla, sal, pecten, Cato, Hector, deus, felix:* femininorum vero Latinorum sunt septem, *a n o r s x m*, ut *Roma, aspergen, virgo, mulier, salus, nix*, et in Atticis nominibus, ut *Glycerium.*
29 In neutris autem sunt septem, *e l m n r s x*, ut *pingue, tribunal, scamnum, lumen, marmor, nemus, audax.*

30 ***B*** consonans muta rigida.
C consonans muta spiritalis.
D consonans hasta (?) muta rigida.
E vocalis biformis.
F consonans semivocalis apud quosdam duplex.
G consonans muta rigida.
H consonans muta infirma.
I vocalis, interdum consonans.
K consonans muta monophonos.
L consonans semivocalis immutabilis.
M consonans semivocalis immutabilis.
N consonans semivocalis immutabilis.
O vocalis biformis.
P consonans muta spiritalis.

[1] vivus] unus P.

Q consonans muta rigida.
R consonans semivocalis immutabilis.
S consonans semivocalis facilis.
T consonans muta spiritalis.
V vocalis interdum consonans.
X consonans semivocalis duplex.
Y vocalis Græca.
Z consonans semivocalis Græca duplex.

R et *S* litteræ apud antiquos communem potestatem habebant, *Arbos, labos, honos;* nunc, *arbor, labor, honor.*

Cap. IV. [a] *De Orthographia.*

Nunc quoniam res admonuit, non absurdum videtur de [b]Orthographia paucis scribere, vel Analogia. [c]Erit itaque in principio dicendum, quemadmodum antiqui scripserint, dehinc quid nunc debeamus observare. Consonantes litteras non geminabant, ut in his, *An-* 2
nius, [d]*Lucullus, Marcellus, Memmius*, et cetera his similia, sed supra litteram, quam geminari oportebat scilicet, Sicilicum imponebant, cujus figura hæc [e]est, Λ, idque erat signum geminandi, sicut apparet in multis adhuc veteribus ita scriptis libris: [f]iidem voces, quæ pressiore sono [g]educuntur, *ausus, causa, fusus,*

[a] De Orthographia] De ortographia P. [b] orthographia] orthographya P. [c] Est] Erit P. [d] Lucullus, Memmius] Lucullus, Marcellus, Memmius P. [e] est, quod] est Λ idque P. [f] iidem] idem P. [g] æduntur] educuntur P.

2 Sicilicum] Deerat nota Sicilici, paulo post ἀπλῆ ea dicitur. Accipienda autem nota longarum vocalium pro qua veteres docet Quintilianus geminasse vocales, ut *feelix* pro *felix* scriberent, *maalus* pro *malus, paalus* pro *palus*. Hoc apice idem autor tum demum censet utendum, cum similitudo aliqua est dictionum quæ quantitate solummodo distinguuntur, ut sunt eæ quas memoravimus. CAMER.

ib. Hic Sicilici figura abest, quæ apud Bedam sic pingitur]: apud Demetrium Alabandum sic, Ɔ: alias ↄ. Syrum nomen est. Hanc ἀπλῆν aversam postea appellat Victorinus. COMM.

3 *odiosus*, per duo *s* scribebant, [h]*aussus*. Juxta autem non ponebant *cm*, deinde nec *Alcmenam* dicebant, nec [i]*Tecmesam*, sed *Alcumenam*, inde [k]*Alcumæon* et *Alcumena* tragœdiæ, donec Jul. [l]Cæsar, qui Vopiscus, et Strabo, [m]et Sesquiculus dictus est, primus de [n]Tecmesa scripsit tragœdiam suam, et in [o]scena pronuntiari
4 jussit. Accius vero cum scriberet *anguis*, [p]*angueis* imponebat. [q]Idem nec *z* literam, nec *y* in libro suo [r]retulit, quia quæ ante fecerant Nævius et Livius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant, præterquam quæ in *i* literam inciderant, hanc enim per *e* et *i* scribebant. [s]Gneius Pompeius Magnus et [t]scribebat et dicebat *kadamitatem* pro *kalamita-*
5 *tem*. Nigidius Figulus in Commentariis suis nec *k* posuit, [u]nec *q*, nec *x*. Idem *h* non esse litteram, sed notam adspirationis tradidit. Licinius Calvus *q* littera non est usus: *consultum* [v]*senatus* ipse [vv]scripsit: et
6 ad [w]Caium Cæsarem, *senatus consultum*. Idem *optimus maximus* scripsit, non ut nos per *u* litteram. Divus Augustus [x]genitivo casu *hujus domos meæ* per *o*, non ut nos per *u* literam scripsit. Messala, Brutus,
7 Agrippa, pro *sumus*, *simus*. Nos paucioribus litteris scribimus, quam antiqui scribebant, ut, *narus*, *navus*, *natus*, *nosco*: [y]nam illi has voces, et similes istis *g* antepositа scribebant: cujus consuetudinis nos vestigia retinemus, cum scribimus *ignarus*, *cognatus*, *ignavus*,

[h] aussus et cætera] aussus P. [i] Tecmesam] tescmusam P. [k] Alcumæon] Alcumeneo P. [l] Cæsar] Cesar P. [m] qui et Sesquiculus] et sesqueculus P. *sesquioculus* Fabric. B. G. III. p. 8=IV. p. 577. [n] Tecmesa scripsit] Tecmusam scribsit P. [o] scæna pronunciari] scena pronuntiari P. [p] angueis] anguies angules P. [q] Item] Idem P. [r] rettulit] retulit P. [s] Gneius] GN̄ P. [t] scribebant et dicebant] scribebat et dicebat P. [u] pro Q] nec QP. [v] senati] senatus P. An *senatuis?* v. Sosip. Charis. p. 116. [vv] scripsit] scribsit P. et infra. [w] Caium] c̄ P. [x] genitivo] genetivo P. [y] et illi] nam illi P.

3 Strabo] v. Sueton. Cæs. c. 55. Voss. de Poët. Lat. p. 14.

cognosco. Nec solum litteras eximimus, sed voces 8
quoque ipsas commutamus, ut cum dicatur *nemo* et
nullus, ex quibus prior vox ad homines solos pertinet
nemo, quorum [z]genitivum casum aliter quam nos ve-
teres extulerunt: *nemini* enim et *nulli* dixerunt.
Item, *bonæ* [a]*frugis* quoque, nos *bonæ frugi*, quamvis 9
nullum nomen singulare Latinum per omnia genera
numerosque omnes et per casus *i* littera terminetur,
tantum omissa parte ejus solum *frugi* scribimus. Sed
nos nunc et *adventum*, et *apud*, per *d* potius, quam
per [b]*t* scribamus, *atventum* et *aput:* et *linguam* per *l*
potius, quam per *d:* *præsidium* per *d* potius, quam
per *l*. *Hactenus* autem et *hodie*, non ut antiqui, [c]*hac-* 10
cetenus, [d]*hoccedie*. Et [e]*illuc* potius, quam *illo*. Et
pro *lavabro*, potius [f]*labrum: simul*, non *semel:* et
Alcmenam, quam *Alcumenam: Alcmeonem*, quam *Al-*
cumeonem: Tecmessam potius, quam interposita *u*
Tecumessam. Et ubi duarum consonantium sonus 11
percutiet aures, ut in *sabbatis*, *saccis*, *effert*, *effugit*,
fallit, *gallus*, *vallus*, *macellum*, *nullus*, *pallium*, *Pal-*
las, per duo *l*, sicut per duo *n*, *annum*, [g]*Cinnam*, et
similia. Sic et per duo *p*, *apparatum*, [h]*lappam:* per 12
duo *r*, *Arruntium*, *Varrum*, *currit*, *ferrum*. Item per
duo *s*, *assiduum*, *Cassium*, *fessum:* et per duo *t*, *At-*
tius, *Vattius*, et similia. Nam ut color oculorum ju- 13
dicio, sapor palati, odor narium dinoscitur, ita sonus
aurium arbitrio subjectus est. Clarorum autem viro-
rum, quos supra nominavi, consuetudinem in libris
repperire possumus eorum. *Sacratum* debet scribi, non 14
secratum: sacratum autem in compositione *consecra-*
tum facit, per *s* et *e*, non per *s* et *a*. Sic et *castus*

[z] genitivum] genetivum P. [a] frugis] fruges P. [b] *t* scriba-
mus, atventum et aput] *r* scribamus arventum et apur P. [c] hac-
cetenus] hacettenus P. [d] hoccedie] hocetdie P. [e] illuc]
ill P. [f] labrum] potius labrum P. [g] Cynnam] Cinnam P.
[h] Jappam] lappam P.

facit *incestum*, non *incastum*: [i]*promiscuus* etiam *promiscue* facit, non *promisce*, *u* enim [k]perduci debet,
15 sicut *assiduus assidue* facit. Quotiens numerum significamus, per *t* non per *d* scribendum erit, ut *tot*, *quot*: sic et quotiens præpositio si [l]erit *ad*, per *d*, ut,

Ad mortem si te fors.

Et,

Ad quem sic roseo[ll].

Si erit autem conjunctio per *t*, ut,

At regina gravi.

16 Antiqui pro [m]*sed* scribebant *sedum*, nostra ætas partem litterarum in eo [n]reservavit, partem, brevitatis gratia, ex eo [o]detraxit, nullam immutavit: et nos per *sed*,
17 quam per *set* scribamus. Nomina quæ singulari nominativo casu in *us* litteris terminantur, ut *Atticus*, *Brutus*, et similia, [p]genitivo casu una recepta *i* littera [q]declinabuntur et scribentur, non per duo *i*, ut *Attici*, *Bruti*: quæ autem nominativo *i* litteram habuerint, ut, *Gellius*, *Furnius*, genitivo [r]geminare debent *i*, ut
18 *Gellii*, *Furnii*. *Voster*, *vortit*, et similia per *e*, non per *o*, scribere debemus. [s]Has igitur voces et similes istis, itemque, *agendum*, [t]*cedendum*, *capiendum*, *faciendum*, per *e* potius quam per *u*: sicut *acerrimus*, *existimat*,

[i] Promiscua] Promiscuus P. [k] perduci] produci P. Edidit Commelinus secundum emendationem Camerarii: præterea interponendum videtur *non*. [l] erit ad] si erit ad per *d* P. [ll] etc. om. P. [m] set scribebant, sed cum] scribebant sedum P. [n] reservarit] reservavit P. [o] detraxerit, nonnullam immutarit] detraxit, nullam immutavit P. [p] genitivo] genetivo P. et sic fere semper. [q] declinabuntur et scribuntur] littera declinabuntur et scribentur P. [r] geminare] geminari P. [s] Has voces] Has igitur voces P. [t] cedendum] cædendum P.

16 Antiqui pro] Hunc locum sic legendum censet Camerarius: *Antiqui pro* sed sedum *scribebant: sed cum nostra ætas partem litterarum in eo reservarit, partem brevitatis gratia ex eo detraxerit, nullam immutarit, et nos per* sed *quam per* set *scribamus. Sedum* hac significatione nusquam legere memini. COMM. Vid. Isidor. Orig. I. 26.

extimus, intimus, maximus, minimus, [v]*manibus,* [w]*precium, sonipes,* per *i* quam per *u*. Quæ voces *z* litteræ 19
sonum exigunt, eas per *z* sine ulla hæsitatione debemus scribere, et quæ per *y*, potius, sicut exigit ratio, per *y* quam per *u*, ut, *Eutychus, Hylas.* [x]*Degressus* autem per *e*, quam per *i*. *Degredi* enim ex superiore loco descendere: *digredi* ex aliquo loco discedere. Nostri Latini cum litteris uterentur, quas a Græcis ac- 20
ceperant, *a b c d e i k l m n o p q r s t*, et Græci vocales haberent totidem, quot et nos, *a e i o u*, (nam η et ω postea sunt ab his repertæ,) [y]*e* et *i o* ternas habebant apud eos potestates, ut *e* esset breve et productum, *i* autem longum quodammodo sonat, cum et *e* et *i* 21
junctum est. Et *o* similiter quo quecum esset [[z]*i*] breve, et idem faceret longam syllabam, præterea exprimeret vocem, quam apud eos per ο et υ scribitur ου, sic apud nos quoque *e* et *o* totidem potestates habebunt, et easdem quas apud Græcos. Græci in casu [a]da- 22
tivo tam [b]η litteræ, quam ω, adjiciebant ι juxta: ita nostri, ut apparet ex libris antiquis fœderum et ex legum, qui [c]etsi frequenti transcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem: nam *o* non solum pro brevi et pro [d]longa, sed [e]et pro *u* poni, ut pro *populus,* [f]ibi *popolus:* et [g]ubi *piaculum,* ibi *piacolum:* sic et pro *huic hoic:* pro *funus* [h]*fonus:* item alia multa. Apud Græcos autem fuisse [i]conjunctum *i* et 23
o non dubito. *E* autem duarum obtinet vicem, brevis

[v] manibus] manius P. [w] precium] præcium P. [x] Degressus autem] Degressus P. [y] et ο] et ι ο P. [z] unum brevem] ι breve P. v. infra 31. [a] dativo] casu dativo P. [b] η–ω] e–o P. [c] etiamsi ex] etsi P. [d] longa] pro longa P. [e] etiam] et P. [f] ibi populus: et ubi] rubi populos robi P. [g] ibi piacolum] ibi piacolom P. [h] fonus] fonos P. [i] cio cum] conjunctum P.

20 *q r s t*] *q* deleri et *u* post *t* addi censuit Vossius. Sed vid. infr. 28.

ib. ε et ο] Vid. Dawesii Misc. Crit. p. 130. Taylor. Marm. Sandv. p. 6.

23 cio cum] Divinandum quid auctor hic voluit. COMM.

et productæ: *o* vero et pro brevi et pro longa et pro *u* posita est; eidemque litteræ in [k]dativo casu adjecta
24 est *i*. *Y* quoque et suo sono posita est, et subjuncta litteræ *h*, [l]ut apud nos quoque: item adjecta litteris *a* et *e* facit syllabam: [m]posita est et pro brevi et pro longa,
25 cum Græce per *υ* scribimus. *V* similiter et pro brevi et pro longa, [n]quotiens consonantibus subjecta est pro *o* [o]et *υ*. Græci sequebantur sonum tantummodo litterarum *θ φ χ* priusquam a Simonide invenirentur, exprimebant juxta *τ* et juxta *π* [p]et juxta *κ* adspirationis
26 notam H ponendo. [q]Ξ autem varie nunc per *κ* et [r]*σ*, nunc per *γ* et *ς*. Item *ψ* nunc per *βς*, nunc per *πς*. Quibus nostri [s]*ζ* acceptam in fine suarum posuerunt: reliquis autem ita scribunt, ut a Græcis sunt traditæ.
27 *Y* vero eodem ordine scriptum habemus, quo illi, recisa [t]tamen virgula juxta: sic [u]quod apud illos junctum *υ* litteræ *o* facit syllabam, nostri etiam [v]quotiens ejusdem soni longa syllaba scribenda esset et ipsi adjungebant *o* litteræ. Inde scriptum legitis *Loucetios*,
28 *nountios*, et *loumen*, et cetera. Sed nec *g* quidem nec *q* Latinus sermo introduxit: ex quibus *q* et fuisse apud Græcos, et quare desiderat fungi vice litteræ cognoscere potestis, si pontificum libros [w]legeritis: nunc
29 enim apud Græcos juxta [x]*π* est posita; *Ϛ* autem apud

ec

[k] dativo casu adjecta est *i*] dicativo casu adjuncta est *ιωτα* P. [l] ut est] ut P. [m] posita est] positcest P. [n] quoties consonantibus] quotiens consonant P. [o] et *υ*] et *ẏ* P. [p] et *κ*] et juxta *κ* P. [q] Ξ] Z P. [r] *σ–ς*] c–c P. et sic mox. [s] *ξ*] Z P. Mox *reliquas* Putsch. [t] tantum] tamen P. [u] quod–*ο–υ*] q–*υ–ο* P. *u* ante *quod* addidit Putsch. [v] quoties] quotiens P. [w] legeritis] legeretis P. [x] *π–ϛ*] *η* – *Ϛ* P.

29 Al. *juxta π est posita. G autem apud Græcos obtinet notam numeri sex.* at p. 30. (ed. Sanct. scil.) ait *G numero servire et nonaginta significare.* Prior locus mutilus, posterior vero, si satis cerno, falsus. Id autem mihi videtur innuere, *G* post *ε* in numerorum notis poni et sex significare, cujus figura hæc est *ϛ'*. *Q* vero, post *π*, nonaginta notare, cujus forma talis *ϟ*: hanc in Glossis Cofe, alteram erison vocari reperio. COMM. Docet esse *Q*

Græcos obtinet notam numeri sex, pro quo apud antiquos *c* poni solitum, ut pro *agro Gabino, Cabino:* pro *lege, lece: acna,* pro *agna: auctio* certe ab augendo dicta est: et numeri cum habeant *c*, ut *ducenti,* [xx]*trecenti, sexcenti,* [y]reliqui habent *g*, ut *quadringenti, nongenti,* cum a tertio quoque ordine, ut apud Græcos quoque positum est *c* pro *g*, et suo loco *k* post [z]receptam *c* supervacuum cœpit esse. *Cum*, adverbium tem- 30
poris, antiqui quatuor litteris scribebant: in his, [a]*quum* apud Catonem, [b]rursus *quom*, sed antiqui cum ita scriberent, [c]pronuntiabant tamen perinde ac si per [d]*c* scriptum esset. Illa [e]quoque scriptura confusa, 31
[f]quæ *u* pro consonante, et *o* pro vocali correpta [g]accipiebant: sicut apud Græcos trium valebat vice, ut esset *o* breve, idem longum, et ut ante dixi, *ov*. In quibus peccabant, [h]quod aliis litteris scribebant, quam quibus enuntiabant, et aliter legebant, quam scribebant. Item *cujus* per *quojus* litteras scribebant. De 32
quibus ne plura scribam, hoc custodite: ut cum fuerit adverbium temporis, per *qu* sive [i]unum *u*, sive duo scribatis, ut *qum primum*, [k]et *quum hoc facerem*. At si 33
erit conjunctio, ut, *cum* [l]*Gaio, cum Lucio*, per *c* scribi debeat, ne quicquam deperdat ex significatu: non enim aliud per [m]*quum* scripta, aliud per *cum* sonat. Sed 34
ubi [n]aliquid non fit aut soni jactura, et totidem pene

[xx] trecenti sexcenti] tricenti sescenti P. [y] *g* reliqui habent] reliqui habent *g* P. [z] receptum] receptam P. [a] quum] cum P. tam his quum Putsch. [b] rursus quom] quam rursus ea quoam P. [c] pronunciabant] pronuntiabant P. [d] cum] c P. [e] quidem] quoque P. [f] quod] quæ P. [g] accipiebant] accipiebant ı P. [h] quod] et P. [i] unum *u*] unum P. [k] quum] et quum P. [l] Caio] Gaio P. [m] quom] quum P. [n] aliquando] aliquid non P.

quoque a Græcis acceptum quod et Fabius innuit libro primo, ubi dicit in numero apud Græcos hanc literam tantum manere. Post *π* enim quod notat LXXX ponunt illi numerantes notam qua nota XC significentur, ut post *ϵ*, quod valet quinque, *ϛ*, id est, sex. CAMER.

34 Sed ubi aliquando fit soni jactura] Manifestum est mendum. Sensus quidem non obscurus.

litteræ scribuntur, dandum est aliquid antiquitati. Reliquas voces, quæ ante vocalem habuerint *u* pro consonante positum, ut *quando, quæritur, quispiam, quoddam,* per *q* potius quam per *c,* scribetis. At cum *locutus, secutus* per *c,* [o]cum quidam præcipiant ad originem debere referri: [p]quia est *locutus* a *loquendo, secutus* a *sequendo,* per *q* potius quam per *c* hæc scribenda: nam *concussus,* [q]cum a *quatio* habeat originem, et *cocus* a [r]*coquendo,* et *cotidie* a *quoto die,* et *incola* ab *inquilino:* attamen per *c* [s]potius quam per *q* scribuntur. *Quicquam* et *quicquid* et *quocquod* prima syllaba quotiens habuerit *d,* [t]id vos perducite, et superponite *c.* Nam cum sint hæc [v]conposita et confusa, si utramque vocem suis litteris scriptam relinquatis, duas partes orationis separatas relinquetis: *quicquam* enim ductum est a *quidquam.* *Æ* syllabam quidam more Græcorum per *ai* scribunt, [w]nec illud quidem custodient, quia omnes fere, qui de [x]orthographia aliquid scriptum reliquerunt, præcipiunt, nomina [y]feminina casu nominativo *a* finita, numero plurali in [yy]*æ* exire, ut *Æliæ:* eadem per *a* et *i* scripta numerum singularem ostendere, ut *hujus Æliai:* inducti a poetis, qui *pictai vestis* [z]scripserunt: et quia Græci per *i* potissimum hanc syllabam scribunt propter exilitatem litteræ, [zz]*η* autem propter naturalem productionem jun-

[o] quum] cum P. [p] quia est] quaē P. [q] quamvis] cum P. [r] coquendo] quoquendo P. [s] potius quam] quam P. [t] idem] id P. [v] composita] conposita P. [w] ne—custodientes] nec—custodient P. [x] orthographia] orthografia P. [y] fœminina] feminina P. [yy] *æ*] *ae* P. [z] scripsere: et quod] scripserunt: et quia P. [zz] *η*] ℏ P. Vid. Vossii A. Gr. IV. 4.

Vult enim tum demum obsequendum antiquitati, si pronuntiatio usitata non nimium ab illa abhorreat. Si legamus *haud,* hoc ita etiam de his verbis quæ in textu orationis perscribuntur, intelligetur. CAMER. Legendum puto, *sed ubi aliqua modo fit aut soni jactura, et totidem etc.* COMM.

37 perducite] *præcidite* Putschius. Male. *perduco* idem est ac *διαγράφω.* v. supra s. 14. infra s. 40.

gere vocali [a]alteri non possunt; iota vero quæ est brevis [b]eademque longa, aptior ad hanc structuram visa est: quam potestatem apud nos habet et *i* quæ est longa et brevis. [c]Vos igitur sine controversia am- 39
biguitatis, et pluralem nominativum, et singularem genitivum per *æ* scribite: nam qui non potest dinoscere [d]supra scriptarum vocum numeros et casum, valde est hebes. [e]*Quatenus* sæpe cum sit recte scriptum, vos *e* 40
perducitis, et facitis *quatinus:* et sæpe *i* litteram commutatis in *e*. De qua ne plura loquendo videar vobis exprobrare imperitiam, contentus sum, quid [f]inter utranque vocem intersit, significare. Igitur *quatinus* 41
est ut [g]*quia nam: qua tenus* autem significat finem loci cujusdam, velut *qua fine*. Nihil est, [h]quod non vultis consulere de his, quæ ignoratis: nam ut aliquid nescire turpe non est, sic in deterius scribere vel emendare turpissimum est. *Pertermine* dicitur auspicium, 42
quia fit, cum de fine Romano in agrum peregrinum transgrediuntur. Sed scribam voces, quas alii numero singulari et plurali indifferenter per *u* et *o* scripserunt, ut [i]*avus, corvus, novus* et cetera. Vos nominativo sin- 43
gulari per duo *u*, quorum vice consonantis fungitur alterum, alterum accipitur pro vocali: nam per [k]*u* et *o* scriptæ significant pluralem numerum et casum accusativum, *avos, flavos, corvos,* et horum similia: nec enim mihi superest otium, qui possim singula exequi, nec [l]sufficit memoria, cum vix hæc, quæ scribo, implere

[a] alteri] altere P. [b] eademque] eadem P. [c] Vos igitur] Sic P. marg. Vos āu in textu. [d] supra] super P. [e] Quatinus] Quatenus P. et versa vice infra quatinus. [f] inter utranque] utranque P. [g] *quia nam*] *quoniam* P. [h] quod] quia P. [i] avus corvus novus] avos corvos novos P. [k] vos] *u* et *o* P. [l] sufficit] effigit et in marg. suffigit P.

40 Quatenus] Lege, *Quatenus sæpe cum sit recte scriptum vos e perducitis.* CAMER. pro *quatinus—producitis.*

44 possim. Attamen has etiam voces, quæ *u* potius quam *o* sonant, per duo *u* scribite, ut, *vulva*, *vultus*, et similia, sicuti sine ulla dubitatione per [m]*u* et *o*, quæ [n]sonant ita, uti *volvit*, *volvo*, *volutus*, *convolutus*: nam littera *u* vocalis est, sicut *a e i o*, sed eadem vicem obtinet consonantis: cujus potestatis notam Græci habent [nn]*F*, nostri [o]*vau* vocant, et alii digamma: ea per se scripta non facit syllabam, anteposita autem vocali fa-
45 cit, ut [p]Ϝάμαξα, Ϝεκηβόλος, et Ϝελένη. Nos vero, qui non habemus hujus vocis nomen aut notam, in ejus locum quotiens una vocalis pluresve junctæ unam syllabam faciunt, substituimus *u* literam: nam vocalis nulla bis eadem posita facit unam syllabam, *assiduus*, *exiguus*,
46 *Laocoon*, *tribuunt*, *statuunt*, et similia. At cum præponitur vocali, tunc accipitur pro [q]consonanti, ut est *anguis*, *extinguit*, *lingua*, *pelvis*: [r]in *uvido* enim prior *u* vocalis est, sequens cui [s]subjecta est *i* consonans.
47 Est præterea ejusdem potestatis *i*: vocalibus anteposita consonantis habet vicem, et subjecta [t]alii conso-
48 nanti vocalis est. *Hesternum* producte dici debet: nemo enim est, qui Latine modo sciat loqui, qui aliter
49 quam producta syllaba *hesternum* dixerit. *Deus* est, inquam, ut *reus*, et facit genitivo casu *dei*, ut *rei*. Nominativo igitur plurali [v]*hi dei* potius quam *dii*. In *fascia* sine [w]causa adjecistis apicem, quia *fascia* dici-

[m] vo] *u* et *o* P. [n] sonant ita] ita sonant ita P. [nn] *F*] Ϝ P. [o] vau] quā P. [p] ut Ϝάμαξα] ut fama. hicꝑza P. N. B. huic versui in marg. apponitur obelus—, indicans ut puto errorem aliquem subesse. [q] consonante] consonanti P. [r] in uvido] uvido P. [s] subjecta] subjectum P. [t] alteri] alii P. [v] hii] hi P. [w] caussa] causa P.

45 *F*] Ϝ accipienda nota duplicis γ, ut etiam nomen indicat, δίγαμμα enim Æolicum dicitur. CAMER.

48 Hesternum producte] Primæ vocalis sonum, non primæ syllabæ tonum intelligit. Jubet pronunciare ἡστέρνον non ἑστέρνον. TERHÆRIUS.

tur, [x]quod volvendo fit fascia. *Haud* [y]adverbium est negandi, et significat idem quod apud Græcos [yy]οὐ: sed ab antiquis cum adspiratione, ut alia quoque verba, dictum, et adjecta *d* littera, quam plerisque verbis adjiciebant. *D* tamen litteram conservat, si sequens verbum incipiat a vocali, ut *haud aliter muros*, et, *haud equidem*. At cum verbum a [z]consonanti incipit, *d* perdit, ut, *haut dudum*, et *haut multum*, et *haut placitura refert*, et inducit *t*. Et *hujusce* et *hujusque* recte scribuntur, sed suo loco utraque: nam ab *hocce* et ab *hacce* fit *hujusce:* [a]*hujusque* autem aliud significat, [b]id est *uniuscujusque*. Has voces *nonnunquam*, *nunquam*, *nunquid*, *quanquam*, *unquam* sæpe recte scriptas relinquitis: aliquando [c]*n* in *m* commutatis, *non* [d]*numquam* pro *n* facitis *m*. Quid igitur in posterum debeatis observare, attendite. Clari in studiis viri, qui aliquid de orthographia [e]scripserunt, omnes fere aiunt, inter *m* et *n* litteras mediam vocem, quæ non abhorret ab utraque littera, sed neutram proprie exprimat, tam nobis deesse quam Græcis, cum illi *Sambyx* scribant, nec *m* exprimere, nec *n*. Sed hæc ambiguitas in his fortasse vocabulis, sicut in *Ampelo*, *Lycambe:* nam in nostris supradictis non est: quia non inter *m* et *n* medium sonat, *unquam* et [f]*nonnunquam* et similia, sed inter *n* et *g;* nam et Græci cum scribunt ἄγγελος, ἄγγος, ὄγκος, et similia, si syllabam *an* sequatur syllaba quæ initium habet a *g* [g]aut a *c*, convertunt *n* litteram in *g* et pro *n* *g* scribunt, ut ἄγγελος, [h]ἄγχιστα, ἄγκυρα: cum

[x] quod] quia P. [y] adverbium] adverbium ē P. [yy] οὐ] αὐ P. [z] consonante] consonanti P. [a] hujusque] ˜hujusque P. [b] idem] id est P. N. B. huic versui apponitur obelus —. [c] enim] *n* P. [d] numquam] nūnquam P. Et ad h. v. apponitur obelus — *non numquam* Putsch. [e] scripsere] scripserunt P. [f] nonnunquam] nonunquam P. et sic infra. [g] et] aut P. [h] ἄγχιστα, ἄγκυρα] αγκυρα, αγγισιρα P.

54 unquam] ut unquam. TERHÆRIUS. Et sic Vossius A. Gr. I. 20.

inter *n* [i]et *g* medium sonet vocis productæ: non, ut aliis videtur, inter *m* et *n:* quoniam in copulatione syllabarum familiarium et nobis habenda ratio est, *n* quam *g* potius scribetis, *nonnunquam*, *quanquam*, et
56 similia. Nam si inter *m* et *n* esset disputatio nobis, quæ in aliis quidem verbis, [k]in supradictis autem non est, commodius credo acturos fuisse receptæ [l]auctoritatis viros, si hanc potius redderent rationem, ne duæ partes orationis, quæ junctæ voces confundunt, integre scribantur tam [m]*deinde*, quam non *unde*, *inde*, et similia, etiam [n]quod in iis vocibus, quæ ultimam habent *m*, si sequatur *n* mutatur *m* in *n*, ut cum *Hannibal*, *Hiemp-*
57 *sal.* [o]Jam aliud est *sciit*, aliud *scivit: scire* enim facit *sciscere*, id est, jubere, præbere. Non omnia rotunda rata sunt cum *l* et *r* geminari solent, quotiens ratio non repugnat aurium sono, ut in *nullo*, in *verre: camelus* vero, et *loquela*, et [p]*querela*, et *suadela*, et *tutela*
58 uno *l* scribenda sunt, [q]ut uno *r*, *norat*, *narus*. Orthographia Græcorum ex parte maxima in iota littera consistit: nam et pro brevi, et pro longa, velut [r]ἰάσων et ἀονία: et in quibusdam mediis interponitur verbis, [s]ut αἴδε: et in extremis, ut [t]et εὐχῆι, πορεύηι: et [v]dativis casibus adjungitur: [w]cum η enuncietur, et eadem subjecta ε litteræ facit longam syllabam ει, [x]quod antea servabatur apud nos quoque: nam et pro brevi et pro

[i] *n g*] *n* et *g* P. [k] in supradictis autem] et in supradictis P. [l] authoritatis] auctoritatis P. [m] d. inde quam. n.] deinde quam non P. [n] quod] quæ P. [o] Jam aliud] Ad h. v. obelus — in marg. P. [p] querela] et querela P. [q] uno *r* norat] ut uno *r* narat P. [r] ἰάσων] ιαϝoN P. [s] ut αἴδε] αιΔΗ P. [t] εὐχῆι πορεύηι] et ευχηι πορϒΗΙ P. [v] casibus dativis] dativis casibus P. [w] quum η] cum N̄ P. [x] quod] que, P.

56 tam *d* inde quam *n* unde] Notetur mendum. Nisi ita forte legendum, quod tamen ne mihi quidem ipsi adhuc probatur, *Tam d inde quam non deinde et similia.* CAMER. Hæc mendis non carent. COMM.

longa nunc etiam valet: dativis autem casibus apud nos juxta apponebatur, ut antea vobis dixisse memini, cum *populoi Romanoi*, [y]pro *populo Romano*, solitos priores scribere ostenderem. Cum vero eadem *i e* litteræ 59
juncta esset, non solum pro longa syllaba accipiebatur, sed nominativum pluralem ita [z]scripta significabat, ut *amicei, bonei, doctei, Romanei*, et similia: at si per solum *i* scripta esset, eadem genitivum singularem faciebat, ut *hujus amici*, et cetera.

Denique [a]omnes qui de orthographia scripserunt, de 60
nulla scriptura tam diu, [b]quam diu de hac quærunt, quæ per *i* litteram, singularem genitivum, et quæ per *ei* literas nominativum pluralem faciunt, locuti partim acute, ut mihi quidem videtur; inepte illud [c]atque etiam ridicule, nam mihi quædam succurrunt: *Pilum* 61
[d]aiunt militare, et *vinea*, si sit supra quam milites aggerem instituunt, et *sicam*, et *silicem* [e]quæ secet, per *e* et *i* scribenda: at si *pilum* sit, quo pinsitores utuntur, et *vinea* quæ ruri colitur, et fistula, per *i*. A qui- 62
bus libenter [f]quærerem, quo modo scripturi essent ædificii *pila*, et quomodo singularem [g]dicerent, aut pluralem in his, [h]*res, dies, species*, et his similia. *Samnitem* licet per omnes casus *i* longam custodiat, tamen nominativo correpta *i* ut [i]*sanguis, pulvis* est. *Hoc fe-* 63
mur [k]cum nominativo per litteram *r* dicamus, tamen genitivo *feminis*, dativo *femini*, ablativo *femine*, scribite. Cognatæ [l]quædam vocantur inter se vocales, ut 64
scitis, et in declinationibus invicem succedunt. Item

[y] pro populo] populo romano P. [z] scriptum] scripta P. [a] omnium] omnes P. [b] quam] quam diu P. [c] atque etiam] etiam P. [d] aiunt] Ad h. v. obelus — in marg. P. [e] quæ secet] Et hic obelus — in marg. P. [f] quærerem] quererem P. [g] dicerent] dicebant P. [h] res species] res diës species P. [i] sanguis pulvis est] ut sanguis pulvis P. [k] quamvis] cum P. [l] quædam] quod P.

consonantes inter se: sed proprie sunt cognatæ, quæ simili figuratione oris dicuntur, ut est *b f* [m]*r m p*, quibus Cicero [n]adjicit *v*, non eam, quæ accipitur pro vocali, sed eam quæ consonantis obtinet vicem, et anteposita vocali fit ut aliæ [o]quoque consonantes. Quotiens igitur præpositiones [p]sequeretur vox, cujus prima littera incipit a supradictis litteris, id est, *b f* [q]*r m p v*, quæ vox conjuncta præpositioni significationem ejus confundat, vos quoque præpositionis litteram mutate, ut est, *combibit, comburit, comfert, comfundit, commemorat, comminuit, comparat, comvellit, comvalescit, compellit, comvocat:* non *conbibit, conburit* et similia. Sic etiam præpositio juncta vocibus quæ incipiunt a supradictis litteris *n* [r]commutat in *m*, [s]ut *imbibit, imbuit, imfert, imficit, immemor, impius, immitis, impotens.* At, *sub, ob*, quæ finiuntur in *b* litteram, id est, unam ex quinque supradictis cognatis, quotiens verbum [t]sequeretur quod initium habeat a supradictis, in eam *b* [v]mutabunt, a qua vox incipit, ut, *suffert, sufficit, suffundit:* non *subfert, subficit:* sic et *supparat,* [w]*suppressus,* sic *suvoluit, suvertit: Ob* autem mutatur in cognatas easdem, ut, *offert, officit,* et *ommovet, ommutescit,* et *oppandit, opperitur,* et *ovvertit, ovvius.* Et tamen quotiens verbum sequens incipit ab *l*, aut *r n*, [x]suam commutat in eam, a qua sequens vox incipit, ut, *collatum, collectum, illinit, illectus, collinit, illudit.* In *r* autem, ut, *corradit, corripit, corrodit, corrumpit,* ut *irrepit, irrogat, irruit:* perdit vero *n* litteram, cum sequens verbum a vocali incipit, [y]*coemit, coæquat, coit,*

[m] *r*] *s* P. [n] adijcit] adicit P. [o] quæque] quoque P. [p] sequetur] sequeretur P. inconsequetur Putsch. [q] *r m p*] *s p m* P. [r] commutāt] comutat P. [s] imbibit] ut imbibit P. [t] sequetur quod] sequeretur quæ P. [v] mutabunt] mutabant P. [w] suppressus] suppræssus P. [x] suam commutat] non suam commutant P. [y] coemit coæquat] coæquat coëmit P.

cooritur. Anceps, ancilla, [z]*ancilia, angustum, anquirit,* non [a]judico per *an,* sed more Græcorum per *ag* solitum [b]scribi. Nunc [c]adjicio, sicut inter *m* et *n* litteram vox media tam Græcis desit, quam nobis, ita inter *n* quoque et *g* deesse: neque enim ut illi ἄγγελον et [d]ἀγκύλην et similia, sive per *c* sive per *g* scripserint, alterutram in pronunciando litteram exprimunt: nec nos supradictas voces, sive per *c* sive per *g* scribamus, proprie aut *c* exprimimus in dicendo, aut *g*, quæ vox, quoniam ordini [e]litterarum nostrarum deest, et familiarior est auribus nostris *n* potius quam *g*, [f]et *anceps*, et *ancilla*, et [g]*angina*, et *angustum*, et *anquirit*, et *ancora*, et similia, per *n* potius quam per *g* scribite: sicut per duo *g* quotiens duorum *g* sonum aures exigent, ut *aggerem, suggillat,* [h]*suggerendum, suggestum*, et similia. Sunt, qui inter *u* quoque et *i* litteras suppu- 72
tant deesse nobis voces, sed pinguius quam *i*, exilius quam *u*: [i]sed et pace eorum dixerim, non vident *y* litteram [k]desiderari, sic enim *gylam,* [l]*myserum, syllabam, proxymum* dicebant antiqui. Sed nunc consuetudo paucorum hominum ita loquentium evanuit: ideoque voces istas [m]per *i* scribite. Si memores esse- 73
tis dixisse me vobis, præpositionis litteram *n* quotiens verbum sequeretur, aliter in his dumtaxat quæ [n]ex hac [o]præpositione verba [oo]conposita sunt, mutari solere in *m*, non scripsissetis *inprolem* [p]*n* quod per *m* debuistis *improlem* scribere: *improles* enim est, qui nondum vir est. Igitur, quæ Græce scribitis per ψ lit- 74
teram, scribetis Latine per *ps*. Græci priusquam reci-

[z] ancilia] angitia P. [a] judico] judicat P. [b] scribi] scribere P. [c] adjicio] adicio P. [d] ἀγκύλην] αγκαλην P. Paullo ante *ut* Putsch. pro *aut*. [e] litterarum] litteram P. [f] ut anceps] et anceps P. [g] angina] angitia P. [h] suggerendum] suggerendam P. [i] sed pace] sed et pace P. [k] desiderari] desiderare P. [l] myserum] miserum P. [m] per *i*] per *u* P. [n] ex hac] in hac P. Sed margo a p. m. ex hac. [o] præpositione] parte positione P. [oo] composita] conposita P. [p] *n* quod] inquam P.

perent in ordinem litterarum suarum ξ et ψ, [q]eas quidem voces in quibus apparebat *g*, ut αἶξ *αἰγός*, φλὸξ *φλογός*, et similia, scribebant per γς; in quibus vero incidebat κ, ut [r]ἄναξ *ἄνακτος*, δόναξ *δόνακος*, et similia,
75 per κ et σ: in quorum declinatione inerat β, ut ἄραψ *ἄραβος*, per β et σ: et in quibus π, κύκλωψ *κύκλωπος*, per π et σ: similiter nostri, voces quæ in *x* litteram incidunt, si in declinatione earum apparebat *g*, scribebant *g* et *s*, ut, [s]*conjugs*, *legs*, et similia, per *g* et *s*.
76 At quæ voces [t]ψ litteram habent, hæ per *b* et *s* scribebantur, si in declinatione acciperent *b*, ut [v]*cælebs cæ-*
77 *libis*, *plebs plebis*. Posteaquam a Græcis ξ, et a nobis *x* recepta est, abiit et illorum et nostra perplexa [w]ratio, et in primis observatio Nigidii, [x]qui in libris
78 suis [y]*x* littera non est usus, antiquitatem sequens. Sed libenter quærerem, quibus litteris scripturi essent eas voces, quæ in declinatione nec [z]*g* et *s* nec *c* et *s* exeunt, ut, *nix nivis*, *senex senis*, [b]*sexus:* et oppidum in Hispania *Austruxi*, quod est ab [c]*adtraho*, et
79 *vexi*. Voces igitur quæ (in) *x* litteram incidunt, relicta antiqua observatione, per *x* scribite, quæ vero per ψ, ea per *ps* potius quam *bs*, ψ enim nec in nostris, nec in
80 Græcorum libris inveniuntur [d]subjuncta *b* litteræ. Ea vero quæ ψ sonant, et non declinantur ut supra dicta, per *bs* scribite, ut [e]*abscedit*, *abscidit*, [f]*abscondit*, *abstinet*, et *abstrahit*, *obstat*, *obstipuit*, [g]*absynthium*, [h]*gyb-*
81 *sum*. Nam [i]*hyems* et *sumsit* et *insumsit*, *demsit*, sine

[q] eas quidem] ea qd P. [r] ἄναξ] annax P. [s] conjugs legs] conjunx lex P. [t] ψ litteram habent] habent litteram e P. [v] cœlebs cœlibis] caelebs caelibis P. [w] ratio] oratio P. [x] qui] quæ P. [y] et *x*] *x* P. [z] *g* et *s*] nec *c* et *s* addit P. [b] sexus sexus] sexus P. [c] attraho] adtraho P. [d] subjecta] subjuncta P. Supra σ Putsch. pro ψ, et mox invenitur. [e] abscedit] abscedite P. [f] abscondit] abscondit abstinet P. [g] absynthium] absinthium P. [h] gybsum] gỳbsum P. [i] hyems] hiems P.

78 *Austruxi*] Camerarius legit *Uxama, et attraxi quod*. COMM.

dubio per *ms* scribetis. Et [k]quando in harum vocum 82
mentionem [l]incidimus, nec [m]*consumtum*, nec *emtum*,
nec *redemtum*, nec [n]*temtat*, *attemtat*, et similia istis
per *pt* scribetis vitiose, sed ut ego [o]scripsi juxta *mt*
ponetis, et lucrifacietis litteram, quæ detracta nihil de
significatu vocis deminuit et scribitur expeditius. Credo 83
[p]quia vos ignoratis nomen privilegium quod dicitur,
lex enim privilegii in unum hominem est dicta. Video 84
vos sæpe et *orco* et [q]*vulcano h* litteram relinquere, sed
credo vos antiquitatem sequi, sed cum asperitas vetus
illa paulatim ad elegantioris vitæ [r]sermonisque est li-
mam perpolita, sic vos quoque has voces sine *h* secun-
dum consuetudinem nostri seculi scribite; item *co-* 85
rona, *ancora*, [s]*sepulcrum*, [t]sic et quæ *h* in [v]adspira-
tione desiderant, ut, *brachium*, *cohors*, *harena*, *pulcher:*
sed ea quatenus [w]debetis observare, ignoratis: inducti
fortasse eo, [x]quod legistis [y]præceptum antiquorum, qui
aiunt scribi quidem omnibus litteris oportere, in [z]enun-
tiando autem quasdam litteras elidere. In quo, ut 86
idem sæpius dicam, bis peccatis, [a]quod aliud scribitis,
et aliud legitis quam scriptum est: quid enim facietis
in his, [b]quæ, velitis nolitis, et scribenda sunt et legenda
ut scripta sunt, ut exempli gratia, *existimo*, non *exæ-*
stimo, et *conquinat*, non *coinquinat*, et similia. Eli- 87
duntur autem vocales singulæ, cum [c]duæ concurrerint,
ut,

Men' incepto desistere victam?

Non *mene*. Et,

[k] quando] q$\overline{\text{nm}}$ P. [l] incidimus] deest P. [m] consumtum—emptum—redemptum—temptat—attemptat] consumtum—emtum—redemtum—temtat—attemtat P. [o] scripsi] scribsi P. [p] quod ignoretis] quia vos ignoratis P. [q] ulcano] vulcano P. [r] sermonisque est] sermonisque P. [s] sepulcrum] sepulchrum P. pr. [t] sicut] sic et P. [v] disputatione] adspiratione P. [w] debeatis] debetis P. [x] quod] quia P. [y] præceptum] preceptum P. [z] enunciando] enuntiando P. [a] quod] quia P. [b] quæ] qui P. [c] duo] duæ P.

Ten' inquit, miserande puer.

88 Non *tene.* [d]*T* quoque ex consonantibus eliditur, ut,

Posquam res Asiæ:

non *postquam.* *M* autem, ut,

[e]*Mult' ille et terris.*

[f]Vocalis et consonans pariter,

Non equidem invideo.

Et breviter [g] *Trojæ supremum audire laborem.*

89 Cum fuerit autem scriptum *audiendus est,* et *scribendus est,* et *mutandus est,* et similia generis masculini, primam vocem integram relinquetis, ex novissima autem *e* [h]et *s* detrahetis, idem facietis in [i]femininis, ut prima vox, cujus generis sit, appareat, idemque in neutris.

90 At *hicce* et *hocce* pronominibus, si vox sequens a vocali incipiat, *e* novissimam detrahetis, ut,

[k]*Hicc' alienus oves custos bis mulget in hora.*

Et,

Manibusque meis Mezentius hicc' est.

Et,

[l]*Hocc' erat alma parens.*

Et,

Hocc' Ithacus velit.

91 Non idem sunt *tria,* [m]quod *trina: tria* enim sunt singularia, *trina* autem multiplicia, sic *trinos calceos,* et *trina vestimenta* non *tria;* et *terni* dicuntur, ut *bini, quini, septeni, deni.*

92 Quando distinguitis, cum erit perfecta oratio et sensus concludetur, inter novissimam verbi litteram et primam

[d] *T* quoque] et queq P. [e] Mult' ille] multille P. [f] vocalis] vocabulis (sic) P. [g] Trojæ] Trojæ supremum audire laborem P. [h] et *s̄*] et *es* P. [i] foeminis] feminis P. [k] Hicc—oves] Hic—ovis P. qui tamen hicc paullo infra. [l] Hocc] Hoc P. qui mox hocc. [m] quod] quæ P.

[n]sequentis in superiore parte versus punctum ponite aliud [o]quam quod librarius inter duo verba posuit: quotiens autem ante distinctum mora fuerit necessaria, similiter inter duas litteras ἀπλῆν aversam, id est *Sicilicum*, ponite: si vero fuerit hyperbaton, et longior sensus, at vos in ima parte versus inter duas similiter, ut supra, litteras clarum [p]punctum ponite, et si prius quam distinctum concluditur, mora iterum fuerit necessaria, ἁπλῆν aversam, id est *Sicilicum*, similiter in ima parte versus ponite. PR, quotiens [q]*prætorem* signi- 93
ficare vultis, nolite interpungere, ne fiat *populus Romanus:* nec composita, qualia sunt, *levianima, biduancula, tardigrada:* hæc enim fiunt specie et significatione unum. Sed ne ea quidem, [r]quæ cum præ- 94
positione dicuntur, circumpungetis, ut *circumduci*, et *circumveniri*, et *circumplecti*, et *nonnulli*, et *paulopost:* nec hæc, ut *in Galliam, in Italiam: nechoc, necillud*, [s]quæ infinite dicuntur.

Repertores litterarum Cadmus ex Phœnice in Græ- 95
ciam et Evander ad nos transtulerunt *a b c d e* [t]*i k l m n o p q r s t* litteras numero XVI, postea quasdam a Palamede, et alias a Simonide adjectas implesse numerum XXIIII. In [u]comœdia scriptum erat *ellum:* non 96
recte vos fecistis, [x]*illum:* est enim, *en illum*. Grammatici præterea Demetrius [y]Phalereus, Hermocrates, ex nostris autem Cincius, Fabius, Gellius, tradiderunt, ex quibus [z]Cincius, paucis, inquit, commutatis, ut ad linguam nostram pervenirent, eas namque Cadmus ex Phœnice in [a]Græciam, unde ad nos Evander [b]transtulerat. Scripserat autem vobis, quantum repeto, et 97

[n] insequentis] sequentis P. [o] quam] quam quod P. [p] punctum clarum] clarum punctum P. [q] prætorem] pretorem P. [r] quæcunque] quæ P. [s] quia] quæ P. [t] *i k l*] *h i k* P. [u] comœdia] comedia P. [x] illum] ellum P. [y] Phalereus] Phalereos P. [z] Cincius] Cintius P. [a] Græciam] Greciam P. [b] transtulerat] transtulerunt P.

alia plura, inter quæ nostros antea, [u] sicuti Græcos quoque, XVI litteris usos: ex quibus fuisse (v) vocales apud utrosque, his postea quasdam a Palamede, et alias a
98 Simonide adjectas implesse numerum XXIIII. Ex adjectis autem nostros solam *x* recepisse: *F* vero *g* et *q* in [x] Græcis etiam litteris fuisse et nunc esse, sed *G* numero [z] VI, *q* nonaginta significare, *F* autem Æolis dumtaxat idem valere quod apud nos [a] *v*, cum pro
99 consonanti scribitur, vocarique [b] βαῦ et digamma. Et significaveram prius quam Græcis inter vocales repertæ sunt η [c] et ω, vicem earum tam apud illos, quam apud nos explesse *e* et [d] *o*: *o* etiam scribi solitam pro syllaba [e] ου, *E* autem pro [f] η et [g] iota, easdemque et *o* et *e*, quotiens accepissent in finem ιωτα, dativum casum apud utrosque significare, et harum scriptionum exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam
100 ex [h] peritorum quorundam scriptionibus, ut *cameloi*, *caproi*; nam nostri eruditi uno ore *h* quidem et *k* supervacuas esse dixerunt, nec [i] indicarunt H apud Græcos prius quam reciperetur in ordinem vocalium tunc cum *e* et pro brevi et pro longa scriberetur, [k] ac ita

[u] sicut] sicuti P. Mox Terhærius corrigit, *ex quibus fuisse v vocales*, i. e. quinque vocales. Et sic Vossius. [x] Græcis] Grecis P. [z] servire atque] VI. q. P. [a] *u*] *v* P. [b] βαῦ] uau bay P. [c] et ω] et ω eas P. [d] *o*: *o*] *o* P. [e] ου *E*] ω̄ ē P. [f] ε] H P. [g] iota] ιωτα P. [h] peritorum] præteritorum P. [i] indagarunt η] indicar̄ ḥ P. [k] ac ita] acuta P.

100. Vid. Dawes. Misc. Crit. p. 130. ed. Burg.

ib. Nec indagarunt η apud Græcos] Non videtur etiam hic locus carere mendo. Sed sensus est ex eo manifestus quod scribit Athenæus lib. IX. [Seleucus ap. Athen. p. 398. A.] existimare se veteribus Græcis in usu fuisse η litteram pro nota aspirationis, unde Latini illam scriptionem acceptam retinuerint. CAMER. al. *indiguerunt* legebatur, sed altera lectio magis placet, nihilque ad integram sententiam desiderari videtur, tantum τὸ η quod *indagarunt* sequitur, in H (quod et H Græcum et *h* Latinum denotat) mutato, tum omnia pleniora erunt. COMM.

quæ nunc a nobis scribitur adspirandi vocem obtinuisse, et a nostris retentam propter peregrina nomina, nunc poni et ante vocales et juxta *c*, et *t*, et *p*, *c* autem et nomen habuisse *g* et usum præstitisse, [m] quod nunc *Caius* per *c*, et [n] *Cneius* per *cn*, quamvis utriusque syllabæ sonus *g* exprimat, scribuntur.

[o] Ergo et alia præterea ad has litteras pertinentia. In 101
defrudo apicem secundæ syllabæ imponere debetis, nam a defervendo et decoquendo fit tale quod defrudetur, id est, fraudetur coctura et minuatur. Vocalem litteram 102
i pro consonanti accedere, manifestum est in his nominibus, *Jane*, *jecore*, *Jovi*, [p] *jucundo:* pro vocali autem valet subjecta consonantibus, et facit nunc brevem syllabam nunc longam, ut *bibit*, *biga:* et *citat*, *civis:* *dies*, *dicit.* Sibi autem ipsa subjungitur in his, ut [q] *aijo*, *Troija*, *Gaijus*, *Aijax.* Adverbia cum *n* scri- 103
benda, *quotiens*, *deciens*, *totiens*, et similia per numerum; *Athenienses*, *Mediolanenses*, *Carthaginienses*, et similia; [r] at *aquosum*, *harenosum*, et similia sine *n*. Coma incisa non *cæsaries* sed *cesaries* est a *coma* 104
[s] *cæsa.* Et in eo quod est amans [t] adjicienda est *i* littera in genitivo plurali, si quando sunt participia, aut ex participiis figurata: ex nominibus autem nusquam, ut *ætas*, et similia. [u] *Internundium* scribendum ut 105
interlunium et *trinoctium:* ita *internundinium*, [w] quod novem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit. Non est *cloaca*, ut putatis, sed *cluaca*, quasi *conluaca.* *Contagio* apud omnes fere veteres scripta 106

[m] quod nunc Caius] qua nunc Gaius P. [n] et Cneius per *c n*] et *c n* Cneius P. [o] Ita] Ergo P. [p] jucundo] jocundo P. [q] aijo, Troija, Gaijus, Aijax] aio, Troia, Gaius, Ajax P. [r] at] ut P. [s] cesa] cæsa P. [t] adjicienda] adicienda P. [u] Internundium] internundinium P. [w] quod] qui P.

104. Coma incisa non *censaries* sed *cæsaries* a coma cæsa. CAMER.

est nominativo casu, ut *obsidio* quoque et *oblivio:* sed poetarum licentia primo fecit *contagia* et *oblivia*, postea dici cœpit et *oblivium*, et *obsidium*, et *contagium*.
107 Cum antiquitatem igitur posterior consuetudo vincat, vos utro modo scriptam vocem hanc inveneritis, ita relinquite, dum non ignoretis ab antiquis nominativo
108 *hæc contagio* dictum. Non est, ut emendastis, *porca* [x] *præcidanea*, sed *præcidaria*, quæ frugum [y] causa immolatur. Qui [z] justa defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccarunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat, antequam novam [a] quam dapem mereat de [b] suo capiant: *præcidaria* dicta, quod ante cæditur quam frugem [c] capiant: at illa, quæ et in re et in præsente mortuo, quem condituri sunt, immolatur, quia ex ea capere non possint ad quod justa
109 faciant, *præsentanea* vocatur. *Parilia* dicuntur non *Palilia*, non a *Pale* dea, sed quod eo tempore omnia sata arboresque et herbæ parturiant, pariantque. *Novensiles* sive per *l* sive per *d* scribendum: communionem enim [d] habuerunt litteræ hæ apud antiquos, ut *dinguam* et *linguam*, et *dacrimis* [e] et *lacrimis*, et [f] *Capitodium* et *Capitolium*, et *sella* a *sede*, *olere* ab
110 *odore*. [g] Est et communio cum Græcis: nos *lacrimæ*, illi, δάκρυα: *olere* ὀδωδέναι: *meditari* μελετᾶν. *Novensiles* autem, quos Græci συνεννέα, post *novendii* a considendo, id est, eadem sede præditi. *Sorix* autem *Saurix*, avis tributa Saturno ab auguribus: quia tarditati, et vetustati, et senectuti convenit: nam et in

[x] præcidanea] prædicanea P. [y] caussa] causa P. [z] justa defuncto] juxta defuncte P. [a] quasi] quam P. [b] se capere] suo capiant P. [c] capiat] capiant P. [d] habuerunt litteræ hæ] habuit littera P. [e] et lacrimis] lacrimis P. [f] Capitodium et Capitolium] Kapitodium et Kapitolium P. [g] Est et] Et P.

110. Sorix autem] Al. *Sorix aut Saurix.* COMM.

veteranis maxime versatur locis, et noctium est et noctis maxime primæ, et quia tempestatis nuntius, atque [i] index est parvi laris. *Forcipes* quod *formum* ca- 111
piant, id est calidum, ut *fornaces:* aut de foro capiant, ut *foricipes.* [k] *Forus* autem, status tam in foro, quam in navi et torculari, id est, [l] ληνῷ.

CAP. V. *De* [m] *Syllabis.*

Syllaba est conjunctio litterarum cum vocali vel vocalibus sub uno accentu et spiritu continuata: nam per solam vocalem abusive syllaba dicitur. Minima [n] ergo est syllaba unius litteræ, ut ea maxima est, quæ ex pluribus constat, ut *stirps.* Syllabarum in 2
pedibus differentiæ sunt tres: sunt enim longæ, breves, et mediæ, quæ et communes dicuntur. Ex his [o] bre- 3
ves uno modo sunt, id est, cum vocalis corripitur, quam non [p] sequuntur duæ consonantes. Longarum autem 4
syllabarum duæ species sunt, nam aut naturaliter longæ sunt, aut positione fiunt. Ex his natura longæ 5
duobus modis [q] constant: uno, si vocalis producta sit non sequente alia vocali, ut *primus ab oris:* nam et *pri* et *o* et *ris* productis vocalibus sunt natura longæ. Item alio [r] modo sunt longæ naturaliter syllabæ, 6
cum duæ vocales junguntur, quas syllabas Græci [s] diphthongos vocant, ut *ae, oe, au, eu,* [t] *ei:* nam illæ

[i] index] index est P. [k] Forus] Forys P. [l] ληνῷ] λενω P. [m] Syllabis] Sillabis P. ubi mox syllaba. [n] etiam est] ergō P. [o] breves] brevis P. [p] sequuntur] secuntur P. [q] constant] constat P. [r] modo] alio modo P. [s] diphtongos] diptongos P. [t] ei] ỳi P.

111. Quamvis et *formum* in Glossis reperiam, existimo tamen legendum, *quod fornum capiant, id est calidum,* ex Nonio. Vide Charisium in *forfices.* COMM.

v. Cassiodor. p. 2292.

ib. Imo *forceps* ex *ferceps* sive *ferriceps,* ut *bonus* ex *benus.* Proprie est fabrile instrumentum quo ferrum capitur. TERHÆRIUS.

[u] diphthongi non sunt quæ fiunt [w] per vocales loco consonantium [x] positas, ut [y] *ia, ie, ii, io, iu, va, ve, vi,*
7 *vo,* [z] *vu.* Aliæ vero fiunt positione longæ modis octo. Primo, si [a] correpta vocalis desinat in duas consonantes,
8 ut *ars.* Secundo, si excipitur a duabus consonantibus, ut *Acrisionæis Danae.* Tertio, si desinit in consonantem, et excipitur ab alia, vel ab eadem consonante, ut *arma, Anna.* Quarto, si desinit in duplicem litteram, ut *nox.* Quinto, si excipitur a duplici,
10 ut *axis.* Sexto, si desinit in consonantem, quæ duarum sonum præbeat, ut *hocc erat.* Septimo, si desinit in consonantem et excipitur a vocali loco consonantis posita, ut *arvum.* Octavo, si excipitur ab *i*
11 littera duplicata, ut [b] *Troiia, aiio, Graiius, Aiiax.* Mediæ autem sive communes syllabæ fiunt modis [c] quat-
12 tuor. Primo si correpta vocalis desinat in consonantem quæ orationis finiat partem, et excipiatur a principali littera vocali. Est enim brevis sic, *Te Coridon o*
13 [d] *Alexi.* Et item cum vocalem seu productam, seu brevem, aut [e] diphthongon, et est brevis, ut, *Insulæ Ionio in magno:* [f] longa est autem sic,

[u] diphthongi] dyptongoe P. [w] per] pro P. [x] positæ] posita P. [y] je ji] ja P. [z] vu] vus P. [a] correpta] correptæ P. [b] Troiia—Graiius] Troia—Graius P. [c] quatuor] quattuor P. [d] Alexi etc.] Alexi P. [e] diphthongon] dyphtongon P. [f] et longa] longa P.

12. Totus locus depravatus, non obscuro tamen sensu. Docet enim communem reddi syllabam, si quo loco brevem esse oportebat, longa ponatur, per productam vocalem vel diphthongum, qua finiatur pars orationis et quæ non excipiatur a consonante sed vocali. Deest autem omissus, incuria librarii, primus modus communium syllabarum exemplis suis conclusus, et inchoatum præceptum secundi, ut lectio talis fuisse videatur: *Si correpta vocalis desinat in consonantem, quæ orationis finiat partem, et excipiatur a principali littera vocali: Est enim longa sic: Hic ait et nostris: Brevis autem sic: Hic vir hic est. Secundo, cum longa vocalis continuam in alia dictione habet sequentem vocalem brevem. Est enim brevis sic, Te Corydon o Alexi: Longa autem, Mæonia generose domo ubi &c. Et idem cum vocalem &c.* CAMER.

Glauco et [h] *Panopeæ et Inoo Melicertæ.*

Et item, 14

Neque Aoniæ Aganippæ.

Tertio modo, si correpta vocalis excipiatur a duabus consonantibus, quarum prior sit muta, sequens liquida. Etenim brevis est sic,

Vastosque ab rupe Cyclopas:

et alibi sic,

Sese effudere quadrigæ.

Item longa est sic,

Infandi Cyclopes.

Item,

Centum [i] *quadrijugos.*

Quarto modo, si correpta vocalis desinit in consonantem et excipitur a principali littera *h*. Est enim brevis sic, 15

Hic amor, hæc patria.

Item alibi,

Hic vir hic est, tibi quem promitti sæpius audis.

Item longa est sic,

Terga fatigamus hasta.

Videtur plurimis esse quintus communium syllabarum modus, qui apud Lucilium et veteres multos est frequentatus, ut correpta vocalis desinat in *s*, et excipiatur ab alia consonanti, vel vocali loco consonantis posita, ut est illud, 16

Quare etiam [k] *atque etiam dico est communis voluptas.*

Et [l] item,

Efflantque elatis naribus lucem.

[h] Panopeæ—Melicertæ] Panope—Melichertæ P. [i] quadrijugos] quadrgijugos P. [k] atque etiam] ut P. [l] item] itē P.

16. apud Lucilium] Quamvis ex illo liquescentis litteræ *s* exempla citentur, ut, *Samnis spurcus homo, vita illa dignus locoque*, tamen versus qui adducitur est Lucretianus in illius libro IV. [ver. 1202.] atque ita scribetur, *Quare etiam atque etiam, ut dico, est communis voluptas.* CAMER.

Hæ syllabæ pro brevibus apud veteres, pro longis vero
17 apud omnes ponuntur. Potest et hic modus sextus communium syllabarum videri, qui apud omnes veteres semper, et apud [i]Virgilium plerumque pro longa
18 syllaba est: nam pro brevi apud novos poetas frequenter: quod est sic, cum verbum sive nomen *o* habet ultimam correptam, non sequentibus [k] duabus consonantibus: ut,

Canto quæ [l] *solitus.*

Et,

Mœnia prima loco fatis.

Item,

Cui Juno [m] *summissa.*

Et alibi,

Heu nimium virgo nimium.

In his enim omnibus *o* littera correpta pro longa ac-
19 cipitur. Nam pro brevi [n] novi tantum [o] posuerunt, ut Martialis,

Non amo te Sabidi.

Et apud Virgilium invenitur, ut est,

Nunc scio, quid sit amor.

Sed qui hanc syllabam longam esse [p] voluerunt semper elidunt inde *i* litteram, ut sic, *nunc sco.* quanquam [q] causa est super hoc verbo, quare necesse est *o* [r] litteram
20 corripi. In his enim verbis quæ nominum speciem gerunt, eadem corripi oportet propter discretionem. Nam *scio*, si corripias *o* litteram, verbum est; si producas, [s] nomen est singularis dativi vel ablativi, ut *huic*, et
21 *ab hoc scio.* Item tale est *monstro*, et *ostento*, et fre-

[i] Vergilium] Virgilium P. [k] duabus] duobus P. [l] solitus etc.] solitus P. [m] submissa] sum̄issa P. [n] non novi] novi P. [o] posuere] posuerunt P. [p] voluerunt semper] semper voluerunt P. Mox *ut sit* Vossius. [q] caussa] causa P. [r] litteram] *o* litteram P. [s] nomen] nomen est P.

19. Dicit Sosipater in hoc Virgilii versu nullam synalœphen esse, sed hanc fuisse rationem, quod veteres, sequuti Græcos, ω natura longam in ultima verbi syllaba pro communi usurparint. COMM.

quentativa verba multa, ut *lecto, facto, scripto, dicto.* Nam pronomen *ego* pro [s]brevi habere ultimam *o* [t]deprehenditur: ut est,

Non ego [u]*Myrmidonum.*

Item,

Ast ego quæ divum.

Item *ergo* conjunctio pro [v]longa habet [w]ultimam 22
go, ut est illud, *Ergo jussa* [ww]*parat.* Propter quod talis syllaba finalis tamen tantum communis esse multis generibus probatur. *O* autem littera pro duabus Græcis habetur, id est, pro ο et ω, sicut etiam *e* pro η et ε, et istæ apud Græcos poetas invicem pro contrariis sibi litteris ponuntur, et vocantur [x]ἀντίστοιχα: unde et nostri hanc consuetudinem Græcorum propter metri necessitatem [y]sequuntur. Nam illo 23
[z]versu Virgilius *o* productæ longitudinem servat:

Armatumque auro circumspicit Oriona.

Item in eodem nomine eandem litteram corripit, sic:

Cum subito [a]*adsurgens fluctu* [b]*nimbosus Orion.*

Itaque et in hoc et in huic similibus *e* et *o* [c]putan- 24
dum est esse communes syllabas, sed per [d]ἀντιστοιχίαν Græcam recipi posse. Nam etiam *e* naturaliter pro- 25
ductam per eandem ἀντιστοιχίαν Virgilius corripit, ut,

Gener adversis instructus Eois.

et alibi,

Primo surgebat Eoo.

[s] brevi] verbi P. [t] deprehenditur] deprænhenditur P. [u] Myrmidonum etc.] Myrmidonum P. [v] longa] longam P. [w] ultimam litteram *o*] ultimam *go* P. [ww] parat etc.] parat P. [x] ἀντίστοιχα] antistoecha P. [y] sequuntur] secuntur P. [z] versu Virgilius] versus Vergilius P. [a] assurgens] adsurgens P. [b] nimbosus Orion] nimbosus P. [c] putandum] putandus P. [d] ἀντιστοιχίαν bis] antistoechian P. bis.

23. Docet etiam Athenæus lib. XI. [p. 466. F.] abusos quondam Achivos omnes littera ο non modo in potestate illius, sed etiam pro syllaba ου. CAMER.

atque e contrario autem in eodem producta est, sic,

Eoasque acies.

et alibi,

Ante tibi Eoæ [e] *Atlantides abscondantur.*

26 In brevi syllaba tempus est unum, quia nihil morarum illic vox facit: in longa autem duo sunt, quibus tantum quantum in brevi [f] eadem vox detinetur. Breves
27 autem correpta vocalis efficit, longas [g] producta. Syllabæ aut natura longæ sunt, aut positione fiunt. Natura, cum vocalis producitur: positione, cum correpta
28 vocalis sequentes habet duas consonantes. Hæ aut in eadem syllaba [h] solent esse, ut *ars:* aut in proxima, ut *amnis:* aut in duas syllabas [i] divisæ, ut *arma.* Sed et duplex littera *x* duarum consonantium loco fungi-
29 tur. Hæc quoque aut in eadem syllaba solet esse, ut [k] *nox:* aut in proxima, ut *axis.* Præstant idem et vocales litteræ loco consonantium positæ *i* et *u:* ut, *servus, injustus:* sed hæc in metris facilius deprehenduntur.

30 Syllabæ positione longæ fiunt his modis: si correpta vocalis desinat in unam consonantem, et excipiatur ab altera consonanti, ut,

Arma virumque cano.

31 Item si desinat in duas consonantes, ut,

Est in secessu longo [l] *locus.*

32 Si excipiatur a duabus consonantibus, ut,

Acrisioneis Danae.

33 Si desinat in duplicem litteram *x*, ut,

Nox erat.

34 Si excipiatur a duplici littera, ut,

Axe sub æthereo.

[e] Atlantides] Antlantides P. [f] ea] eadem P. [g] producta] productæ P. [h] solet] solent P. Supra dedi *hæ* pro *hæc.* [i] divisa] divisæ P. [k] vox] nox P. [l] locus etc.] locus P. ubi etc. sæpe om.

Idem hoc et in *z*, ut,

Mezenti ducis exuvias,

quæ apud Græcos duplex est. Item si desinat in con- 35
sonantem, et excipiatur a vocali vice [m] posita consonantis, ut,

Inveni germana viam.

Si desinat in consonantem, qua pars orationis [n] finiatur, 36
ut,

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

Si correpta vocalis per se partem orationis impleverit, 37
ut,

Horresco referens.
Liminaque laurusque dei.

Hæc syllaba et inter communes haberi potest. Si 38
vocalem brevem sequatur [o] *i* littera vice posita consonantis, ut,

[p] *Harpyiæque colunt.*

Si post brevem vocalem subjuncta sit consonanti vo- 39
calis, et vocalem correptam habeant consequentem, ut,

Parietibus textum cœcis iter.

Item communes syllabæ sunt et ex his quæ natura 40
longæ [q] fiunt, et ex his quæ positione.

Natura, si producta vocalis excipiatur a vocali, est 41
enim longa in hoc,

Glauco et Panopeæ, et Inoo [r] *Melicertæ.*

Fit autem in hoc brevis, 42

Te Corydon o Alexi, trahit [s] *sua quemque voluptas.*

Item natura, cum geminæ vocales, quas Græci [t] di- 43
phthongos vocant, a vocali excipiuntur. Est enim longa syllaba in hoc,

[m] consonantis posita] posita consonantis P. et sic infra. [n] finitur] finiatur P. [o] i littera] ỳ littera P. [p] Harpyiæque] Arpyiæque P. [q] sunt] fiunt P. [r] Melicertæ] Melichertæ P. [s] sua quenque voluptas] s. q. v. P. [t] diphtongos] dỳptongos P.

Ulla [u] *moram fecere neque Aoniæ Aganippæ.*

Fit autem in hoc brevis,

Insulæ Ionio in magno quas dira Celeno.

44 His vero quæ positione longæ fiunt communis est, quæ excipitur a duabus consonantibus, ut prior sit muta quam liquida. Est enim longa in hoc,

Immemores socii vasto Cyclopis in antro.

At in hoc brevis est,

Lustra domosque traho vastosque ab rupe Cyclopas.

45 Potest præterea communis videri ea syllaba, quæ apud Virgilium et pro longa et pro brevi posita est, *hic* vel *hoc*, si a vocali excipiatur: est enim pro longa,

Omnibus hic erit unus honos, tres præmia [w] *primi.*

Pro brevi autem,

Hic vir hic est.

46 Sed pro brevi bis fere tantum. Nam ut longa sit, et ipsi et omnibus usitatum est. [x] Consideranda ergo est in his dumtaxat pronominibus natura *c* litteræ, [y] quæ crassum quodammodo et quasi geminum sonum reddat,

47 *Hic* et *hoc*. Si autem *nec* conjunctionem aspiciamus licet eadem littera [z] finitam, diversum tamen sonabit, [a] quæ facilius dijudicabitur, sed [b] quoniam alterum ha-

48 bemus, etiam alterum [c] tentemus. In versu est ergo,

Hoc erat alma parens.

Et,

Pro Juppiter ibit
Hic, ait, et nostris [d] *illuserit* [*advena regnis.*]

Sin autem feceris:

[u] moram fecere] mora facere P. [w] primi] primus P. [x] Consyderanda]Consideranda P. [y] quod] quæ P. [z] finitam] finitum P. [a] quod]quæ P. [b] quando] qn̄m P. [c] tentemus] temptemus P. [d] illuserit advena regnis] illuserit P.

46. pro brevibus] *pro brevi bis* Santenius ad Terent. Maurum p. 252.

Nec erat alma parens:
Nec ait:

speciem suam versus amittit, cum æque et hanc et illam syllabam constet esse correptas. Ergo illæ non 49
ideo longæ fiunt, quod pars orationis finitur, ut putant plurimi, nam idem et in hac effici posset, sed, ut dixi, in pronominibus *c* littera sonum [e] efficit crassiorem, et naturam *i* litteræ inter vocales positæ, ac per hoc sonum geminantis imitatur, quibus primæ potestatis quinque vocales [f] exsistunt *a e i o u*, quæ gemina virtute temporum præditæ dum corripiuntur aut acuuntur longas et breves syllabas metris præstant. Unde 50
eas [g] haud immerito nostri [h] auctores *dichronos* [i] pronuntiarunt, eoque fit, ut Græcis [k] vocalibus, quamvis numero inferiores, potestate tamen ex æquo respondeant. Omnis autem syllaba cum correpta in se vocalis 51
est unius temporis, cum producta duorum accipit potestatem. Tempus autem est [l] spatium moræ per quod syllaba longa extenditur, brevis vero contrahitur. Ipsa præterea vocalis per se, id est, sine societate at- 52
que adminiculo consonantis, vocis orationisve qualibet parte completa, abusive syllaba [m] nuncupatur.

In *a* littera,

A virgo infelix.

In *e*,

E terra magnum alterius spectare laborem.

In *i*,

I nunc ingratis offer te irrise periclis.

In *o*,

O mihi præteritos referat si Juppiter annos.

[n] In *u*, affectus ingemiscentis seu [o] ejulantis personæ 53

[e] efficit] effic̄ P. [f] existunt] exsistunt P. [g] haud] haut P. [h] authores] auctores P. [i] pronunciarunt] pronuntiarunt P. [k] vocalibus] vocabulis P. [l] spacium] spatium P. [m] nuncupatur] nuncupata P. [n] affectus] in u affectus P. [o] ejulantis] heu julantis P.

plerunque apud tragicos seu comicos [p] repperitur. Vel si ex composito accipias,

Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

54 Rursus duæ inter se vocales jugatæ, ac sub unius vocis enuntiatione prolatæ, syllabam faciunt natura longam, quam Græci [q] diphthongon vocant, veluti geminæ vo-
55 cis unum sonum, ut *ae*, *oe*, *au*. His seu simplicibus seu conjunctis [r] connexæ reliquæ litteræ, [s] quod sonum [t] vocis augeant crassioresque efficiant, consonantes vocantur; quæ in duas partes diremptæ, semivocales [u] quidem VII dabunt, id est, *f l m n r s x*, ex quibus liquidæ, quas [w] ἀμεταβόλας sive ὑγρὰς Græci vocant, sunt quattuor *l m n r*, ideoque subjectæ mutis litteris, quæ in tertio habentur tam ordine quam potestate, quæ sunt *b c d g h k p q t*, in declinatione verborum seu nominum [x] numquam a proprio tenore ac legitimo positionis suæ ordine divulsæ, atque in alteram litterarum commigratione translatæ speciem, ut alia deflectantur atque mutentur, qua conditione, etiam in metris communes syllabas faciunt.

Cap. VI. *De Enuntiatione Litterarum.*

Placuit autem, ante quam de natura syllabarum, quæ nunc longæ nunc breves in metris asseruntur, dicere incipiam, prius de enuntiatione singularum litterarum et sono, qui in ore nostro vario quodam vocis
2 ictu nisuque [a] formatur, exordium sumere. Non solum autem vox sonusve icto aëre, ut audimus, expri-

[p] reperiuntur] repperitur P. [q] diphtongon] dyptongon P.
[r] connexæ] conexæ P. [s] quod] quæ P. [t] vocis] voci P.
[u] quidem] q̄d P. [w] ἀμετάβολα—ὑγρὰ] αμεταβολας—υγρας P.
[x] nunquam] numquam P. [a] formatur] formantur P.

55. *F* inter semivocales veteres posuerunt, sed Priscianus vehementer contendit esse mutam. CAMER.

mitur, sed et omne corpus verberatum et [b] inpulsum sonum confusæ vocis dabit, et [c] quidem varium ac multiplicem pro qualitate plagarum. Diximus igitur 3
litteras in duas species, id est, vocales consonantesque, [d] discerni: quarum alias, sine [e] quibus syllaba coire vix potest, vocales; alias, quæ conjunctæ superioribus vocis sonum adjuvent, et sensum auribus ex utriusque conjunctione velut geminum afferant, consonantes adpellari: eas quoque in duas partes, id est, semivo- 4
cales mutasque, [f] digeri, e queis semivocales in [g] enuntiatione propria ore semicluso strepunt, mutæ autem nec ictu oris nec linguæ nisu sonum [h] edere nisi conjunctæ vocalibus queunt. Igitur singulæ qua oris 5
nostri sede conceptæ, quo spiritu nisuve formatæ, vocis suæ vim potestatemque exprimant, ut potero, explicabo.

A littera rictu patulo, suspensa neque impressa den- 6
tibus [i] lingua [k] enuntiatur.

E, quæ sequitur, [l] represso modice rictu oris, re- 7
ductisque introrsum labiis effertur.

I, semicluso ore, impressisque sensim lingua denti- 8
bus, vocem dabit.

O, ut *E*, geminum vocis sonum, pro conditione tem- 9
poris, promit, unde inter nostras vocales η et ω Græcorum, ut supervacuæ, prætermissæ sunt: igitur [m] *o* qui

[b] impulsum] inpulsum P. [c] quidem] quod P. [d] discerni] decerni P. [e] quibus] quis P. [f] digeri e queis] dicere e quis P. In marg. ante *id est*, conspiciuntur duo puncta sic . . [g] enuntiatione] enuntiatione P. [h] ædere] edere P. qui ante v. seq. in marg. ponit obelum — . [i] lingua] linguæ P. [k] enunciatur] nuntiatur P. [l] reprehenso] represso P. [m] *o* qui] qui P.

5. *ædere conjunctæ*] lego, *ædere nisi conjunctæ vocalib.* Terentianus, *Vocalia rictum nisi juncta disserarint.* COMM. Sic dedit Putschius.

7. reprehenso] legere malim cum Terentiano *depresso.* Sed nihil muto. Vide Terentianum p. 10. v. 22. (v. 116.) COMM.

correptum [n] enuntiat, nec magno hiatu labra reserabit, et retrorsum actam linguam tenebit: longum autem productis labiis, rictu tereti, lingua [o] arcu oris pendula sonum tragicum dabit, cujus observationis et in *e* littera similis [p] pæne ratio est.

10 *V* litteram quotiens enuntiamus, productis et coëuntibus labris efferemus. Et ne *y* [q] connexam Græcis vocalibus prætermiserim, cujus frequentem usum [r] quia verba seu nomina desiderare noscuntur, ipsam [s] quoque Græcis vocabulis, cum inciderint, reservabimus, loco autem hujus *v* litteram, aptam nostris vocibus finximus, quam nisi per *ου* conjunctam Græci scribere ac pronuntiare non possunt.

11 Nunc de consonantibus, quæ sibi vocis sonore atque ipsa oris expressione sunt proximæ, ut sese obtulerint, enarrabimus: [t] ex quibus *B* et *P* litteræ conjunctione vocalium quasi syllabæ, (nam muta portio penitus latet, neque enim labiis hiscere, ullumve meatum vocis exprimere nisus valet, nisi vocales exitum dederint, atque ora reserarint,) dispari inter se oris officio exprimuntur: nam prima exploso e mediis labiis sono, sequens compresso ore, velut introrsum attracto vocis
12 ictu explicantur. *C* etiam et *G* ut supra sono proximæ oris molimine nisuque dissentiunt: nam *c* reducta introrsum lingua, hinc atque hinc [u] molares urgens, hærentem intra os sonum vocis excludit: *g* vim prioris, pari linguæ [w] lapsu palato suggerens, lenius reddit. *D* [x] autem et *T*, quibus, ut ita dixerim, vocis

[n] enunciat] enuntiat P. Et sic fere semper. [o] arcu] artati P. [p] pene ratio est] pæne ratio P. [q] connexam] conexam P. [r] quædam] quia P. [s] quidem] quoque P. [t] ex] e P. [u] inter molares surgens] molaresurgens P. [w] lapsu] labitur P. [x] tamen] autem P.

10. *ου*] Ita Putsch. Ceteri *y*. Vid. Santen. ad Terent. Maur. p. 393. Camerarius in marg. "Est enim *ου* apud illos syllaba."

vicinitas quædam est, linguæ sublatione ac positione [y] distinguuntur, nam, cum summos atque imos conjunctim dentes suprema sui parte pulsaverit, *d* litteram exprimit; quotiens autem sublimata partem, qua superius dentibus est origo, [z] continget, *t* sonore vocis explicabit. *K* et *Q* [a] supervacue numero litterarum 13
inseri doctorum plerique contendunt, scilicet quod *c* littera harum officium possit implere: nam [b] muta et otiosa parte, qua *c* incipit, pro qualitate conjunctæ sibi vocis supremum exprimit sonum. Nonnihil ta- 14
men [c] interest, utra earum prior sit *c* seu *q* sive *k*, quarum utramque [d] exprimi faucibus, alteram distento, alteram producto rictu manifestum est. *H* quoque 15
inter litteras otiosam Grammatici tradiderunt, eamque [e] adspirationis notam conjunctis vocalibus præfici, ipsi autem consonantes [f] tantum quattuor præponi, quotiens Græcis nominibus Latina forma est, persuaserunt, id est, *c t r p*, ut *Chori*, *Thymos*, *Phyllis*, [g] *Rhombus*, quæ profundo spiritu, anhelis faucibus, exploso ore fundetur.

Superest ut septem reliquas semisonas, spiritu 16
[h] quoque instrepentes, ordine quodam persequamur, e [i] queis *F* litteram imum labium [k] superis inprimentes dentibus, reflexa ad palati fastigium lingua, leni spiramine proferemus. Sequetur *L*, [l] quæ va- 17
lidum nescio quid [m] per partem palati, qua primor-

[y] distinguuntur] distinguntur P. [z] continget] contingent P. An contigerit? [a] supervacuo] supervacue P. [b] multa] muta P. Santenius ad Terent. Maur. p. 398. *Nam mutata oris ea parte, qua C incipit.* [c] est] interest P. [d] exprimi] exprimit P. [e] aspirationis] adspirationis P. [f] tantum in marg. a p. m. P. Supra *cunctis* pro *conjunctis* malebat Eldikius. [g] Rhombus] Rhombos P. [h] quoque] quodam P. [i] queis] quis P. [k] supremis imprimentes] superis inprimentes P. [l] qua] quæ P. [m] per partem] partem P.

15. Thymos—Rhombus] F. *Thymus—Rhamnus.* Santen. Ter. Maur. p. 11.

dium dentibus superis est, lingua [n] trudente, diducto
18 ore personabit. At *M* impressis invicem labiis, mugitum quendam intra oris specum attractis naribus dabit. *N* vero sub convexo palati lingua inhærente, gemino naris et oris spiritu explicabitur. Sequetur *R*, quæ [o] vibratione vocis [p] in palato linguæ fastigio fra-
19 gorem tremulis ictibus reddit. Dehinc duæ supremæ *S* et *X* jure jungentur, nam vicino inter se [q] sonore attracto sibilant rictu, ita tamen, si prioris ictus pone dentes [r] excitatus ad medium lenis agitetur: sequentis autem crasso spiritu hispidum sonet, [s] qui per conjunctionem *c* et *s*, quarum et locum implet et vim
20 exprimit, ut [t] sensu aurium ducamur, efficitur. *Z* apud nos ultima, in qua non sonus litteræ sed vocabulum et duplex syllaba est, Græcis tantum, cum in usum venerint, apta vocibus, ut *y* superius propter peregrina vocabula recipiemus.

Cap. VII. *De Syllabarum natura et* [a] *connexione.*

Sed ut ad propositum nobis redeam, discussa litterarum tam enuntiatione quam potestate, [b] quod cumulo plenissimæ eruditionis aptum ac necessarium præterire absurdum foret, consequens erit de syllaba-
2 rum natura et connexione tractare. Nam ideo dicta est syllaba, quod a vocalibus, sine [c] queis eadem coire non potest, reliquæ litteræ (ut fides Græci sermonis indicat,) [d] comprehendantur; id est, *παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα.* Quarum tripartita species est, namque
3

[n] trudente] trudentes P. [o] vibratione] vibrato P. [p] in palato l. fastigio] palatum l. fastigia P. [q] sono attracto] sonore attractu P. [r] excitati] excitatus P. [s] qui] quæ P. [t] sensu a. ducamur] sensum—ducemur P. [a] connexione] conexione P. et sic infra. [b] quod] que P. [c] quibus] quis P. [d] comprehendantur] comp̄hendantur P.

22. lenis] s. *levis* Santen. Ter. Maur. p. 38.

aliæ earum breves, aliæ longæ, aliæ communes, appellantur; scilicet, quod nunc pro brevibus, nunc pro longis, ut necessitas metri, aut producentis aut corripientis easdem, postulaverit, accipiantur. Positio au- 4
tem consonantium litterarum breves syllabas, secundum disciplinam legemque metricæ artis, efficit longas. Nam, parente natura, omnis vox sub duorum accentuum sono ore mortalium promitur, producto scilicet aut correpto: ex quibus alter extenditur, alter contrahitur. Igitur cum in metris longa syllaba opus 5
esset, ut ea, quæ brevis lege naturæ prolata videbatur, longa efficeretur, a principibus musicæ artis [e] auctoribus positio, id est, duarum consonantium copulatio reperta atque inducta est. Hæc deinceps observatio 6
consensione poetarum legem dedit; [f] quæ auctoritatem de vetustate temporis trahens, disciplinam veluti sacrosanctæ in metris observationis [g] ceteris sanxit. Igitur syllaba brevis tempus unum, longa duo, neque 7
amplius recipit, ex qua evenit plerumque, metri necessitate cogente, ut pro syllaba longa, duæ breves; aut pro duabus brevibus, una longa ponatur. Id [h] quod 8
in trimetris anapæstico, iambo, et ceteris hujusmodi versibus datur cognoscere. Neque enim hæc commutatio numero metrorum officit, congruentibus sub utraque lege temporum [i] spatiis atque momentis. Posi- 9
tione vero octo modis, ut supra relatum est, fiunt, ex quibus sex videntur aperti: de septimo etiam nunc tractemus. Si correpta per se vocalis littera sequentem *i* habeat inter duas vocales constitutam, ut,

Trojaque nunc stares.

Hic enim *o* litteræ vocali correptæ [k] infertur *i* littera

[e] authoribus] auctoribus P. [f] quæ authoritas item] qui auctoritatem P. [g] cæteris] ceteris P. et sic mox. [h] quod] q P. [i] spaciis] spatiis P. [k] infertur] imfertur P.

pro duabus consonantibus accipienda, quanquam et [l]geminata *i* scribere [m]jubeamur, ut,

Proijecit fluvio, penitusque in nubila fugit.

11 Alii *oi* [n]diphthongon volunt esse, ut sit pes [o]dactylus, prima syllaba natura longa [p]*Troi* sequentibus duabus brevibus [q]*a* et *que*. Hoc *u* [r]littera facere nequivit, eodem [s]quotiens fuerit loco. Nam ita ponuntur hæ duæ litteræ in syllabis, ut exigente ratione interdum sint vocales pro suapte natura, interdum consonantes, quia et [ss]prolatæ et subjectæ aliis vocalibus coëunt et syllabam reddunt, [t]quod reliquæ facere non possunt,

12 ut eædem et consonantes sint et vocales. Nam cum et inter se geminantur et cum aliis junguntur, prima earum, quæ in syllaba fuerit, evidenti ratione consonans erit, quippe cum vocis sonus in subjecta tantum vocali audiatur, ut *jaculum*, *Juno*, *vota*, *vultus*, et his

13 similia. Octavo, si correpta vocalis desinit in consonantem, qua pars orationis finiatur, et sequens syllaba a vocali incipiat, ut, *hoc erat*, et *hic ait*.

14 Nunc de communibus plenissime tractemus, unde sumus digressi: quarum in metris triplex ratio et [v]causa repperitur, si quidem una eademque syllaba, nunc longa, nunc brevis, [w]utriusque temporis lege

15 [x]fungatur. Sciscitantibus autem cur tres modi communium syllabarum sint, dicemus, longam syllabam

16 aut natura fieri aut positione. Hæc sub utraque specie communem in metris syllabam dabit, id est, aut natura, cum [y]ultimo pedis dactyli longa reperitur: ut,

Insulæ Ionio in magno.

[l] geminata] geminita P. [m] jubeamus] jubeamur P. [n] diphtongon] dyptongon P. [o] dactylus] dactilus P. [p] Tro] Troi P. [q] *ia* æque] a et que P. [r] litteram] littera P. [s] quotiens] quot si P. [ss] prolatæ] f. prælatæ. [t] quod reliquæ] quæ reliq. P. [v] caussa reperitur] causa repperitur P. [w] nunc utriusque] utriusque P. [x] fungitur] fungatur P. [y] ultima—dactyli] ultimo—dactili P.

aut positione, cum [z]inferuntur brevi syllabæ duæ consonantes, quarum prior semper muta, sequens liquida est. Superest natura brevis, cujus unus modus: id 17
est cum correpta vocalis desinit in consonantem, ea dumtaxat lege, ut sequens syllaba incipiat a vocali, [a]tamquam,

Hic ait, et nostris.

Ita efficiuntur modi, ut supradictum est, tres. Igitur 18
prima species erit, quæ [b]dactyli pedis tertiam brevem seu productam vocalem, seu duarum conjunctione, id est, [c]diphthongon, longam efficiens contra legem[d] hexametri heroi amphimacrum inducit, qui pro dactylo lege communium syllabarum accipietur, ita tamen ut sequens a vocali pes inchoet. Cujus exemplum apud 19
Homerum,

ἀνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα:

apud nostrum,

Insulæ Ionio in magno.

Nam subtili conjunctione [e]longæ quæ sunt, hujusmodi utriusque vocalis nomen incurrunt, et in collisione [f]spatium temporis ipsa pronuntiandi celeritate consumitur: [g]quamquam nonnulli [h]quasi finalem syllabam propter indifferentiam quæ in metris omnibus competit, tradant, super quo plerique ambigunt, in isto dumtaxat syllabarum communium privilegio. Harum al- 20
tera est, cum ejusdem pedis secunda syllaba, natura semper brevis, utpote sequenti loco in dactylo pede conjunctis duabus consonantibus, quarum prior muta, sequens liquida sit, longam efficit positione: ut est,

Vidit [i]*turicremis,*

in *r*: et,

[z] ingeruntur] inferuntur P. [a] tanquam] tamquam P. [b] dactyli] dactili P. et sic infra. [c] diphtongo] dỹptongon P. [d] hexametri] exametri P. [e] longæ] longe P. [f] spacium] spatium P. [g] quanquam] quamquam P. [h] quali] quibusi P. [i] thuricremis] turicremis P.

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus,
in *l:* item,

Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon,
in *m:* item,

Nescio quis teneros [k]*oculus mihi fascinat agnos,*
in *n.* Habes exempla quattuor liquidarum, quas ametabolas diximus, nam brevis syllaba est loco posita positione longa vim suæ proceritatis loci conditione non [l]obtinet. Ergo hic pro brevi accipietur lege communium, [m]quum prior muta *c* sequens liquida sit *r*, ita tamen, ut utræque consonantes in una syllaba conjunctæ habeantur: nam si altera earum in secunda syllaba, sequens in tertia reperiatur, non jam communem, sed longam syllabam [n]jure efficient. Sed et duæ liquidæ *m* et *n*, quæ solæ ex [o]his sibi subjunguntur, non præcedente muta, in una syllaba longam syllabam facere possunt, ut,

Omnibus errantem terris.

Et,

Aut [p]*Agamemnonius scænis.*

Tertia vero, cum eodem dactylo prima syllaba, quæ semper natura est brevis, longa invenitur, hoc modo, si correpta in ea vocalis desinat in unam consonantem, ut,

Hoc erat alma parens.

Erit ergo communis syllaba ea conditione, qua pars orationis finiatur, et sequens a vocali incipiat, ne loco et sede dactyli tribrachus positus esse videatur. Neque enim hic finalem syllabam [q]causatus sis, nam nulla ibi proceritas sonat, ubi vere finalis non est: velut,

Arma virumque cano.

Cum enim *ma* syllaba partem orationis compleat, ta-

[k] oculis] oculus P. [l] obtinens] obtinet P. [m] qua] quam P. [n] in se] jure P. [o] his quæ] his P. [p] Agamemnoniis] Agamemnonius P. [q] caussatus] causatus P.

men, [r]quia loco [s]longæ posita non est, vim [t]proceritatis capere non potest. Cum autem locum obtinet 27
longæ syllabæ, et finit partem orationis, tunc est communis et efficitur longa, [v]quod etiam naturali ratione dinoscas. Nam cum sermo terminatur, et postrema 28
clauditur syllaba, ad initium alterius transitum fieri manifestum est, quod intervallum aliquanti temporis intercapedinem sumit, sic syllabæ naturalis brevitas additamento temporis crescit. Hæc ratio communium 29
syllabarum cum in dactylicis, tum in ceteris metrorum generibus, sub eadem observatione tractanda est, qua tamen frequentius auctores Græci quam nostri usi sunt: non enim vitium est, quippe cum maximi [w]auctores hoc genus compositionis ultro [x]affectaverint. Nam apud Homerum notabilis ille versus habetur, in quo quattuor longæ syllabæ lege communium pro brevibus [y]inductæ accipiuntur: cujus [z]exemplum est,

οὔ τι μοι αἰτίη ἔσσι, θεοὶ νύ μοι αἴτιοι [a]εἰσιν.

Alia rursus apud eundem speciei superiori contraria, 30
in qua breves pro longis lege communium recipiuntur, ut est,

ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ' ὅν οἱ Ἀθήνη.

Nam tres continui dactyli [b]e ternis syllabis brevibus 31
subsistunt, cujus generis apud eundem complures versus reperiuntur.

Dignum forsitan inquisitione sit, cur muta liquidæ 32
sociata communem syllabam reddat, duæ autem semivocales aut mutæ copulatæ similiter inter se nequaquam id faciant, non [c]inmerito: [d]nam quum major in li- 33
quida quam in muta virtus sit, utpote [e]ametabola, quæ

[r] quod] quia P. [s] longæ] longe P. [t] proceritatis] proceritas P. [v] quod] quæ P. et infra. [w] authores] auctores P. et infra. [x] affectarint.] affectaverint. Nam P. [y] inductæ] suprasc. a p. m. P. [z] exemplum] exemplum est P. [a] εἰσιν] εσιαν P. Mox *speciei* Putsch. Libri *specie*. [b] æternis] eternis P. [c] immerito] inmerito P. [d] nam cum] namq; ũ P. [e] metabola] ametabola Vossius A. G. I. 19.

a tenore suo non [e]inmutetur, attamen infirmiora paria sociata [f]præstantur his quæ ex impari veniunt, [g]quod
34 sub exemplo magis aperiam. Sicut enim minime par ad nitendum virtus est asini mulo conjuncti, cum alter alterum, propter inæqualitatem naturæ non [h]respondentis viribus, dum jungitur, debilitat potius quam juvat, ita hoc et his litteris, quæ ex impari copulatione veniunt, [i]intellegendum est, ut jugatæ instabiles semper et lubricæ sint, quia non pari aut æquali virtute
35 nituntur. Hæ tamen, ut supra diximus, sub uno enuntiatu conjunctæ, communem syllabam, divisæ autem longam efficient. Mutæ vero et semivocales ut libet appositæ correptæ vocali semper longam syllabam reddunt.

36 Illud etiam, [k]admonente occasione, intimandum est, litteras quasdam contra rationem naturæ, metri necessitate, nunc produci, ut,

Italiam fato profugus.

nunc corripi, ut,

Fervere Leucaten.

Cum quidam in hoc primam verbi positionem non a *ferveo* sed a *fervo* tractam [l]contendant, meritoque cor-
37 ripiant. Eadem metri lege etiam consonantes geminantur, ut,

Relliquias Danaum.

Et,

Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.

Et,

Redduxere retro longe [m]*capita ardua ab ictu.*

[e] immutetur] inmutetur P. [f] præstantur] prestantur P. [g] quod sub exemplo] quæ sub exemplo magis P. [h] respondentibus] respondentis P. [i] intelligendum est] intellegendum est P. [k] admonente] ammonente P. [l] contendant] contendunt P. [m] capita] kapita P.

33. præstantur] Legendum *præstat* (*præstant*) *his quæ* etc. CAMER.

37. redduxere retro] Notandus locus V. Æneidos, ubi vulgo legitur, *abduxere retro*. CAMER.

Siquidem artis poeticæ in eo vim rationemque subsi- 38
stere manifestum fit, ut verba seu nomina metro repugnantia, vel corripiat, vel acuat, interdum minuat, ut,

Apparent rari [n] *nantes* [*in gurgite vasto.*]

Aut forte dividat, ut,

Septem subjecta trioni.

Unde species innumerabilium figurarum repertæ sunt. Et Græci maxime schematibus his utuntur, quibus major ac speciosior licentia est corrumpendi sermonis.

CAP. VIII. *De Mensura longarum et brevium syllabarum.*

Inter Metricos et Musicos propter [o]spatia tempo- 1
rum quæ syllabis [p]conprehenduntur, non parva dissensio est. Nam Musici non [q]omnes inter se longas 2
aut [r]breves pari mensura consistere, siquidem et brevi breviorem, et longa longiorem dicant posse syllabam fieri: Metrici autem, prout cujusque syllabæ longitudo ac brevitas fuerit, ita temporum spatia definiri, neque brevi breviorem, aut longa longiorem, quam natura in syllabarum enuntiatione protulit, posse aliquam reperiri. Ad hæc, Musici, [s]qui temporum arbitrio sylla- 3
bas committunt in rhythmicis modulationibus aut lyricis cantionibus, per circuitum longius [t]extentæ pronuntiationis tam longis longiores, quam rursus per correptionem breviores brevibus, proferunt. Afferunt 4
etiam exempla, quæ in metricis pedibus secum faciant, asserentes accessione consonantium momenta temporum crescere: [v]tamquam *Thersandrus* constat duabus

[n] nantes in gurgite vasto] nantes P. [o] spacia] spatia P. et infra. [p] comprehenduntur] conprehenduntur P. [q] omnes] omnis P. [r] breves] brevis P. [s] qui temporum] obelus — in marg. P. [t] extentæ] extente P. [v] tanquam Thersandrus] tamquam Thessandrus P.

positione longis, et brevi ultima, qui fit pes palimbac-
5 chius. Hujus primam positione longam correpta *e* littera esse manifestum est, quam si produxeris, ut interdum etiam Metrici faciunt, ut pro *e*, η Græca littera audiatur, quæ semper natura longa est, fit, ut etiam accedentibus duabus consonantibus, longior prolixior-
6 que videatur; quippe cum trium temporum spatio aucta sit, quæ duum fuerat, cum esset per *e* correptam
7 nomen elatum. Item ἀμφιεσμένος, ἠμφιεσμένος. [n]Quod in metro apud Græcos frequenter invenimus, habet enim et de natura et de positione longioris syllabæ in-
8 crementum. Brevem autem [o]brevi longiorem sic intelligi volunt, ut in eodem nomine, [p]*Thersandrus: drus* enim syllaba [q]quum unam vocalem natura brevem habeat, tres tamen aliæ consonantes cum eadem elatæ non parum temporis in mora pronuntiationis occupa-
9 bunt. Erit ergo hæc brevis ab ea longior, in qua sola *u*, quam cum aliis enuntiata litteris *drus:* auctiorem enim uberioremque auribus sensum reddit. Sed hæc
10 [r]scrupulositas Musicis et Rhythmicis relinquatur. Nam quia ad nos attinet, notemus plerasque syllabas ratione pares esse, spatio autem seu sono impares, ut dicimus omnes Germanos longos esse, quamvis non sint [s]omnes ejusdem staturæ: sic dicemus etiam has syllabas in genere esse non in spatio longarum seu brevium
11 syllabarum. Igitur cum metris nihil majus minusve afferat hujusmodi ratio, nec præfiniti sibi temporis modum adjectio consonantis excedat, Musicis potius quam Metricis id auscultandum esse dicemus.

Cap. IX. *De Arsi et Thesi.*

Decursis syllabarum modis, (quæ per vocales et

[n] quod] quæ P. [o] brevi longiorem] breviorem P. [p] Thersandrus] Thessandrus P. [q] quum] cum P. [r] scrupulositas] scrupulosi P. [s] omnes] omnis P.

[t]consonantes litteras velut quibusdam elementis coalitæ connexæque formantur, certisque secundum aut naturam aut positionem legibus positæ pedes, cum inter se geminantur, per Arsin et Thesin gradientes [v]procreant, quibus metrorum omnis ratio inter se præfinita subsistat,) consequens reor prius de Arsi ac Thesi, id est, de alterna syllabarum sublatione ac positione, quibus pedes in metris nituntur atque formantur, dicere: ac deinceps pedum rationem paucis exponere.

Arsis igitur ac Thesis quas Græci dicunt, id est sublatio et positio, significant pedis motum. Est enim Arsis sublatio pedis sine sono; Thesis positio pedis cum sono. Item, [w]Arsis est elatio temporis, soni, vocis: Thesis, depositio et quædam contractio syllabarum. Nam in pyrrhichio tollitur altera brevis, altera ponitur: in spondeo quoque vicissim longa tollitur ac ponitur syllaba. Trochæo autem et iambo contraria inter se ratio est: alterius enim prius longa tollitur, dehinc brevis ponitur: alterius secundum suam legem sicut supra dicti ordinis immutatur. In dactylo vero tollitur una longa, ponuntur duæ breves: in [x]anapæsto contra, sicut in trochæo et iambo ostendimus. [y]Etenim in simplicibus pedibus Arsis ac Thesis, aut simplici, aut duplici, aut sescupli ratione taxatur. Et in simplo quidem erunt [z]pyrrhichius, spondeus, dactylus, anapæstus: horum enim par est sublationi positio, cum tantundem moræ in duarum brevium positione, quantum in unius longæ sublatione habeatur. In duplo autem, iambus, [a]trochæus, [b]tribrachus, molossus: horum enim duplex sublatio, simplex positio est, [c]vel contra.

[t] consonantes] consonantis P. [v] procreant] procreantur P. [w] Arsis est] Arsis P. [x] Anapæsto] Anapesto P. [y] Et ita] Etenim P. [z] Pyrrichius] Pyrricheus P. [a] Trochæus] Trocheus P. [b] Tribrachus] Tribrachys P. [c] et contra] vel contra P.

Nam modo sublatio dimidio plus habet, modo positio.
9 At in [d]sescuplo pedes quattuor bacchius, palimbacchius, [e]amphibrachus, creticus. Et in cretico nunc sublatio longam et brevem occupat, positio longam: vel contra, positio longam et brevem, sublatio unam longam, prout syllaba se obtulerit, id fiet. In [f]bacchiis
10 etiam hæc divisio est. Nam [g]bacchius a brevi incipiens in sublatione semper brevem et longam retinet, in positione longam: [h]palimbacchius autem in sublatione [i]longam in positione longam et brevem, ne in quadruplum ratio temporum protendatur, si duæ longæ adversus unam brevem copulentur, qua ratione [k]sescupli et
11 pæones continebuntur. [l]Molossi ratio æque duplex. Nam idem valent duo contra quattuor, sicut quattuor adversum duo: ut modo sublatio unam longam habeat, positio
12 duas: nunc positio unam, sublatio duas longas. [m]Amphibrachus, in quo duæ breves, media longa est, in Arsi tria, in Thesi unum tempus accipiet: rursusque Arsis unum, Thesis tria sibimet vindicabit, non dupli, seu sescupli, ut in reliquis, ratione diducta, quippe cum tribus temporibus unum, et contra unum tribus insequentibus repugnare videantur, unde minus aptus pes in metris, Musicis autem consentaneus æstimatur.
13 Nam licet minor temporum [n]spatio sit, respondet tamen imagini hippiorum, quos epitritos vocamus, qui sunt [o]heptachroni, id est e prima brevi et tribus longis: neque enim syllabarum numero sed ratione temporum Arsis Thesisque pensatur.

[d] sesquiplo—quatuor—Bachius] sescuplo—quattuor—Bacchius P. [e] Amphibrachus] Amphybrachys P. [f] Bachiis] Bacchis P. [g] Bachius] Bachus P. [h] Palimbachius] Palimbacchius P. [i] longam] Addit P. in marg. in positione longam. [k] sesquipli] sescupli P. et infra. [l] Molossi] Molosi P. [m] Amphibrachus] Amphibrachis P. [n] spacio] spatio P. [o] Heptachroni] eptachroni P.

12. *non dupli*] Lege, *non simpli, non dupli.* Santen. Terent. Maur. p. 92.

CAP. X. *De Rhythmo.*

Exigit locus, et temporum inter se vicina cognatio, ut, priusquam pedum disputationem [p]adgrediar, de Rhythmi conditione pauca dicam: cujus origo de Arsi et Thesi manare dinoscitur. Nam Rhythmus est pe- 2
dum temporumque junctura velox, divisa in Arsi et Thesi: vel tempus quo syllabas metimur, Latine numerus dicitur, ut Virgilius,

Numeros memini si [q]*verba tenerem.*

Differt autem [r]Rhythmus a metro, quod metrum in 3
verbis, Rhythmus in modulatione ac motu corporis sit: et, quod metrum pedum sit quædam compositio, Rhythmus autem temporum inter se ordo quidam: et quod metrum certo numero syllabarum vel pedum finitum sit, Rhythmus autem [s]numquam numero circumscribatur: nam ut volet, protrahit tempora, ita ut breve tempus plerumque longum efficiat, longum contrahat. Unde et Rhythmus, id est, a [t]ῥύσει et fluore quodam, nuncupatur. Rhythmorum autem tres esse differen- 4
tias volunt, in dactylo, iambo, et pæone, quæ fiunt per Arsin et Thesin. Nam dactylus æqua temporum divisione taxatur, ut et anapæstus, uterque enim pes quattuor temporum est. Nam ut longa prima dactyli duabus brevibus insequentibus par sibi et æqualis est, idem et in anapæsto fit, ut initium fini simile inveniatur, et dicunt in Arsi et Thesi æqualem rationem, [v]ἴσον λόγον. Idem etiam in dipodia facta conjugatione bi- 5
num pedum per choriambum et [w]antispastum, quia quantum in sublatione habet, tantundem in positione, et idem apud Græcos æqualis, [x]id est ἰσόρυθμος, dicitur.

[p] aggrediar] adgrediar P [q] verba tenerem] v. t. P. [r] Rythmus] rithmus P. [s] nunquam] numquam P. [t] ῥύσει] chỳsi P. χύσει ed. Cam. qui in emend. correxit ῥύσει. [v] ἴσον] σον P. [w] Antispastum] Antispatum P. [x] id est ισοριθμος] σορυθμος P.

6 Secundus autem Rhythmus in iambo dupli ratione substitit, qua trochaica et utraque ionica monosemos. Unius enim temporis Arsis ad disemon Thesin 7 comparatur. Etenim iambus a brevi syllaba incipit, quæ est unius temporis, et in longam desinit, quæ est temporum [y]duum: trochæus autem [z]contra. Eadem et in ionicis metris dupli ratione versatur. 8 Nam ionicus ἀπὸ μείζονος incipit a duabus longis et in duas desinit breves, ionicus autem ἀπὸ ἐλασσόνος a bre- 9 vibus incipiens in longas desinit. Erit itaque inter hos disemos ad tetrasemon Arsis ad Thesin, quia unam partem in sublatione habet, duas in positione, seu con- 10 tra. Ergo iambica et trochaica metra, quæ in duplici ratione sunt posita, facta conjugatione binum pedum 11 ad legem quadrupli vocabuntur. Tertius autem Rhythmus, qui pæonicus a Musicis dicitur, hemiolia [a]substi- 12 tit, quæ est sescupli ratio. [b]Hemiolium enim dicunt numerum, qui tantundem habeat quantum alius et dimidium amplius, ut si compares tres et duo: nam in tribus et duo et eorum dimidium continetur, [c]quod cum evenit, trisemos Arsis ad disemon Thesin accipitur, id est, tres partes in sublatione [d]habens, duas in positione, seu contra: quam rationem maxime incurrunt [e]pæonici versus et [f]bacchii, ita nobis metra gradienti- 13 bus, ut [g]pæonicus servetur Rhythmus. [h]Hæ sunt tres partitiones, quæ continuam [i]ῥυθμοποιΐαν faciunt. Aristoxenus autem ait non omni modo inter se composita tempora Rhythmum facere. Nam [k]coitus temporum communis est Rhythmo et [l]Arhythmiæ. Unde si apte congruant spatia, Rhythmum faciunt: si contra, A-

[y] duorum] duum P. [z] contra] qui P. [a] subsistit] substitit P. [b] Hemiolium] Hemiolium enim P. [c] quod] qui P. [d] habent] habens P. [e] Pœonici] Pæonici P. [f] Bachii] Baracchii P. [g] Pæonicus] Pœonicus P. [h] Hæ] Hæc P. [i] ῥυθμοποιΐαν] rythmopœiam P. [k] coitus] coetus P. [l] Arrythmiæ] Arythmiæ P. et mox.

rhythmiam: ut [m] intellegamus [n] et in ipsa concursione temporum non fortuitam sed certam esse disciplinam.

CAP. XI. *De Pedibus.*

Pes est certus modus syllabarum, quo cognoscimus totius metri speciem, compositus in sublatione et positione: fiunt enim ex syllabis pedes ordine incrementorum, quem Græci syllabicen parauxesin vocant: item temporum, [o] quem Græci chronicen parauxesin nominant. Syllabarum autem incrementa fiunt quinque, 2
incipientia a [p] disyllabis usque ad [q] hexasyllabum: temporum vero incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id est, a disemo ad duodecasemum. Et- 3
enim cognationis et cujusdam ad augmentum propagationis, qua pedes multiplicati noscuntur orti a [r] disyllabis quattuor, ratio talis est. Syllaba, quæ ad in- 4
crementum pedum [s] adjicitur, aut longa est, aut brevis: hujus adjectione ita numerus propagabitur. Sic 5
[t] Pyrrhichius e duabus brevibus, hunc brevis[u] Tribrachum, longa Dactylum aut Anapæstum facit. Sic 6
Spondeus e duabus longis, hunc brevis Palimbacchium seu Bacchium, in prima sede posita longa Molossum reddit. Quo genere trisyllabi et tetrasyllabi usque ad 7
hexasyllabos additamento temporum processerunt, ut dictum est a disemo ad duodecasemum, seu a dichrono ad duodecachronum. [w] Σημεῖον autem veteres χρόνον, 8
id est *tempus*, non absurde dixerunt, ex eo, quod signa quædam accentuum, quæ Græci προσωδίας vocant, syllabis ad declaranda temporum spatia superponuntur, unde tempora *signa* Græci [x] dixerunt. Sed et hoc, 9

[m] intelligamus] intellegamus P. [n] et in] in marg. a p. m. P. [o] quam] quem P. [p] dissyllabis] disyllabos P. [q] hexasyllabum] exasyllabum P. [r] dissyllabis quatuor] disyllabis quattuor P. [s] adjicitur] adicitur P. [t] Pyrrichius] Pyrricheus P. [u] Tribrachum] Tribrachyn P. [w] σημεῖον] σημιον P. [x] dixerant] dixerunt P.

loco suggerente, non prætermiserim, eosdem figuras pedum secundum spatia temporum per litteras ita designasse, ut brevis syllabæ loco, quæ sit unius temporis, ponatur B: [y]longæ autem loco, quæ sit temporum duum, M: hoc ideo, ut per litteras regula pe-
10 dum facile [z]intellegatur. Pes autem dictus est, sive [a]quia pars mensuræ et modus quidam: similiter pes vocatur, sive quia in percussione metrica pedis pulsus ponitur tolliturque: seu quia, ut nos [b]pedibus nostris ingredimur atque progredimur, ita et versus per hos
11 pedes metricos procedit et scandit. Inter pedem autem et rhythmum hoc interest, quod pes sine rhythmo esse non potest, rhythmus autem sine pede decurrit, non enim gradiuntur mele pedum mensionibus, sed rhythmis fiunt.

12 Pedes [c]ergo simplices sunt duodecim, qui procedunt [d]adcrescuntque a duabus syllabis ad tres, item duobus temporibus ad sex, ex quibus disyl-
13 labi, †quod quattuor temporum existunt. Quorum princeps et [e]auctor Pyrrhichius, qui et Pariambus et Dibrachus appellatur: sed Pariambus ideo, quod minus habeat unum tempus ab iambo, *παρὰ* enim Græci *minus* dicunt, subsistens e duabus brevibus, ut *dea*, temporum duum: ita enim ratio exposcit, ut a brevi origo temporum cœperit, quippe cum ejusdem geminatio longum fecerit tempus, haud aliter quam in numeris: etenim ex uno multiplicato, veluti primor-
14 dio ac semine, reliqui gignuntur. Nec immerito a

[y] longæ] longa P. [z] intelligatur] intellegatur P. [a] quædam] quia P. [b] pedibus] pedibus nostris P. [c] igitur] ergo P. [d] accrescunt] adcrescunt P. [e] author] auctor P. et mox.

9. *ponatur B* etc.] Notæ brevium et longarum videntur esse debere litterarum *A* et *B*, et apparet hoc planumque fit in sequentibus. CAMER. *B* pro *βραχ.* i. e. brevi syllaba, *M* vero *μακρ.* i. e. longa. Camerarius *B* in *A*, et *M* in *B* mutandum censet, motus illo quod p. 63, 1. [c. xi, 61.] et sequentibus legitur. Ego *B* et *M* retinere malo; et forte ex hoc alter ille locus corrigendus. COMM.

Græcis hic pes, ut auctor et parens reliquorum, ἡγεμὼν dicitur. Pyrrhichius autem a celeri motu ac recursu [f]qui in pyrrhicha habetur, nuncupatus est. Huic con- 15
trarius est Spondeus e duabus longis, ut *reges*, temporum quattuor, dictus a tractu cantus ejus qui per longas tibias in templis supplicantibus [g]editur. (Unde et spondulæ appellantur, qui hujusmodi tibias inflare [gg]adsuerunt.) Quorum uterque quantum in Arsi, tantum retinet in Thesi. At [h]qui e brevi prima, sequente 16
syllaba longa, [i]digeritur, erit Iambus, temporum trium, ut *parens*, ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id est *maledicere*, quod in iambicis plerumque versibus reperimus, vel ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην: a brevi enim profectus per longum porrigitur. Huic contrarius Trochæus, dictus a cursu et 17
celeritate, (nam τροχὸς ἀπὸ τοῦ τρέχειν vocabulum [k]sumpsit, idem et Chorius ἀπὸ τῆς χορείας sumpsit,) e longa et brevi, temporum totidem, ut *Roma*. Horum Arsis et 18
Thesis alterna mutatione variatur. Siquidem in iambo Arsis primam brevem, in trochæo autem longam habeat; in Thesi vero contraria superioribus sumat. Trisyllabi autem pedes octo, in quibus mensura tem- 19
porum a trisemo sive trichrono ad [l]hexasemon sive hexachronon usque porrigitur. Primum habebunt pedem Tribrachyn, sicut disyllabi dibrachyn, dictum a temporum substantia. Idem et [m]Pygnomus a quibus- 20
dam, ne vos prætereat, vocatur. Subsistit autem e tribus brevibus, ut *anima*, temporum trium. Contrarium 21
huic Molossum, dictum a [n]Molossis qui in Thessalia

[f] qui] quæ P. [g] æditur] editur P. [gg] assueverunt] adsuerunt P. [h] qui e] que P. [i] digeritur] dirigitur P. [k] sumsit] sumpsit P. bis. [l] hexasemon—hexachronon] exasemon—exachronon P. [m] χορεῖος] pygnomus P. fere cum Diomede p. 475. Cæsio Basso p. 2666. qui *pygmona*. [n] Molossis—Thessalia] Molosis—Thesalia P.

15. *a supplicantibus* Salmasius ad Vopisc. p. 493=824.

ib. spondulæ] *spondaulæ* Salmasius.

degunt, e tribus longis, ut *Eumedes*. Hi temporum inter se brevitate et extentione discrepant. Nam prior trium, sequens sex temporum [o]spatio prolatatur, [p]quod in disyllabis in pyrrichio et spondeo docuimus. At qui prima longa duabus brevibus subjectis ordinatur, Dactylus dicitur, temporum [q]quattuor, ut *Virbius:* qui et a situ et similitudine digitorum, qui in manibus habentur, vocabulum traxit. Nam ex utraque parte breviores [r]longiori junguntur. Huic contrarius mutata temporum vice, pari autem magnitudine, erit Anapæstus, qui et [s]Antidactylus vocatur, ut *scopulos*. Horum in Arsi et Thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabæ. Anapæstus autem a situ contrario et repercussione [t]dactyli, quod est ἀντιπαίεσθαι, dictus: ideoque Antidactylus nuncupatur. Cum vero longis duabus præponitur brevis, fit [u]Bacchius, temporum quinque, ut *Catones:* [uu]qui a Bacchi carminibus seu cantilenis, quæ aptissime hoc metro [v]conponuntur, nomen accepit: vel quia familiariter hic rhythmus [w]Bacchantibus aptus sit. Cui, mutato [x]temporum ordine, mensura autem permanente, [y]Palimbacchius contrarius dabitur, sive Pompicus, temporum totidem, ut *Romanus*. Horum Arsis [z]ac Thesis eadem est, quæ anapæsto et [a]dactylo. Superest Amphibrachus contrario sibi Amphimacro, sive Cretico. Prior pes e brevi, longa, et brevi, temporum [b]quattuor erit,

[o] spacio] spatio P. [p] quod in dissyllabis] quæ in disyllabis P. [q] quatuor] quattuor P. [r] longiori] longior P. [s] antidactylus] antidactilus P. [t] dactyli quod] dactili qui P. [u] Bachius] Bacchius P. [uu] quia a Bachi] qui a Bacchi P. [v] componuntur] conponuntur P. [w] Bachantibus] Bacchantibus P. [x] temporum] tempore P. [y] Palimbachius] Palimbacchius P. [z] et thesis] ac thesis P. [a] dactylo—amphibrachus] dactilo—amphibrachys P. [b] quatuor] quattuor P.

26. ἀντιπαίεσθαι] ἀναπαίειν Santen. Ter. Maur. p. 77. cum Diomede p. 475.

ut *Homerus:* sequens duabus [c] utrinque longis media brevi temporum quinque scribitur, quæ Græci κρητικὰ vocant, ut *Eumenes.* Uterque autem a compositione temporum vocabulum traxit. Horum Arsis ac Thesis longe inter se discrepant. Nam [d] amphibrachus in triplo, creticus, cui de gente inventoris nomen est, in sescuplo pensatur: de qua re in superioribus plenissime dictum est. Hoc pede [e] ἐπορχήματα constabant. Inter 29
hæc ne quispiam nos aut ignoratione aut incuria [f] præteriisse forsitan putet, quod per divisionem et conjunctionem inter se temporum et [g] disyllabi pedes in metris extendantur, trisyllabi vel tetrasyllabi contrahantur, [h] quod supra cursim attigi, repetendum hoc nobis [i] existimavi. Nam [k] trochæi seu iambi [l] longa 30
in duas breves divisa [m] tribrachum pedem efficient. [n] Adæque in spondeo, soluta in breves prior longa anapæstum, sequens [o] dactylum procreabit. Utraque autem divisa tetrasyllabum e [p] quattuor brevibus, id est, [q] Proceleusmaticum pedem dabunt, qui rursus contra [r] consociatis inter se brevibus ad originem [s] revertetur, id est, spondeum reformabit: quod æque [t] dactylus et anapæstus, brevibus suis in longam copulatis, efficient molossum. Eum quoque trium [u] tetra- 31
syllaborum parentem pedum [w] in promptu est cernere.

[c] utrinque] utrique P. [d] Amphibrachus] Amphibrachis P. [e] ἐπορχήματα constabant] επορχηματαcoN P. [f] præteriisse] præterisse P. [g] dissyllabis] disyllabi P. [h] quod] quæ P. [i] existimavi] æstimavi P. ed. Cam. [k] trochæi] trochei P. [l] longa] longas P. [m] tribrachum] tribrachyn P. [n] Adæque] atæque P. adæque correxit Camerarius. [o] dactylum] dactilum P. [p] quatuor] quattuor P. [q] proceleusmaticum] proceleumaticum P. [r] consociatis] nam sociatis P. [s] revertetur] revertatur P. [t] dactylus] dactilus P. [u] tetrasyllaborum] tetrasyllabarum P. [w] promptum] inpromptum P.

28. ὑπορχήματα Nunnesius ap. Santen. ad Terent. Maur. p. 97.

29. æstimavi] Lege *repetendum hoc nobis existimavi.* CAMER.

Nam divisa prima ejus longa Ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, tertia Ionicum ἀπὸ μείζονος, media Choriambum [x] gignit.
32 Hoc idem et pedes [y] ceteri, quos supervacuum est persequi, facere poterunt. Unde orta progenies pedum, ausim dicere, merito credatur.
33 Nec te syllabarum [z] adcrescentium in metris terreat numerus, cum unicuique pedum præstituta legitime tempora custodiantur, quod frequenter in iambicis et trochæis et ceteris metrorum generibus, excepto heroico,
34 reperies. [a] Memineris sane trisyllabos pedes temporum dumtaxat quinque vel sex, ut est [b] bacchius et molossus, cum in quibusdam metris, sicut in Galliambico, longæ eorum solvuntur in breves, vim tetrasyllaborum obtinere. Idem hoc et tetrasyllabis per [c] disyllabos ac tri-
35 syllabos conjunctione temporum fieri. Nam pæones primus et quartus, coeuntibus in unam longam duabus suis brevibus, amphimacrum vel [d] palimbacchium gi-
36 gnunt. Id Græci κατὰ διαίρεσιν et συναίρεσιν sive ἕνωσιν, cum metri necessitas postularit, fieri memorant, quod necessario [e] insinuandum esse credidi, ne, syllabarum numero inducti, aut simplices aut compositos pedes proprii status vim semper cum vocabulo obtinere catholice [f] pronuntiaretis.
37 Nunc de [g] disyllabis conjunctis, qui et duplices et tetrasyllabi pedes appellantur, quos etiam quidam Sotadios vocant, referemus, quorum conjunctio *basis*
38 appellatur. Nam Græco sermone duorum pedum

[x] gignit] gignitur P. [y] cæteri] ceteri P. et sic infra. [z] accrescentium] adcrescentium P. [a] Memineris] meminisse P. [b] Bachius] Bacchius P. [c] dissyllabos aut] disyllabos ac P. [d] Palimbachium] Palimbacchium P. [e] insinuandum] insinuandum esse P. [f] pronunciaretis] pronuntiaretis P. [g] dissyllabis] disyllabis P.

34. Calliambico] Galliambico, dictum enim hoc genus metri a Gallis Idæis, quasi γάλλων ἰαμβοὶ, ut postea dicitur. CAMER.

copulatio *basis* dicitur, veluti quidam gressus pedum, qui, si ejusdem generis, id est, pares jugati fuerint, dipodiam, aut ut quidam, [h] tautopodiam; sin dispares, ut trochæus cum iambo, [i] syzygian efficiunt: in qua arsis unum, alterum thesis pedem obtinebit. Quamquam in his nonnumquam syllaba pro integro pede in ultima duntaxat versus parte accepta propriam impleat thesin. Igitur tetrasyllabi pedes erunt 39
omnes sedecim; ut geminato numero ea taxatione trisyllabos, [k] qua illi [l] disyllabos, antecedant. In qui- 40
bus spatia temporum a tetrachrono ad octachronum, id est, a [m] quattuor temporibus ad octo producuntur: quorum origo [n] Proceleusmaticus e quattuor brevibus subsistens, ut *Minutius*, habebit contrarium Dispondeum e quattuor longis, scilicet ut compositum a spondeo nomen ostendit, qui solus in tetrasyllabis octachronos, sive octasemos, invenitur, cujus exemplum [o] *Calliclides*, haud alias quam spondeus inter disyllabos tetrachronos est. [p] Sequitur Antispastus, 41
cujus prima et ultima brevis, mediæ duæ longæ, id est, [q] ex iambo et trochæo compositus, ut *Aristippus*. Huic contrarius est Choriambus ex longa, et duabus mediis brevibus, et longa, scilicet ex [r] trochæo et iambo copulatus, ut *Penelope*. Quorum mensura mutato 42
tantum inter se temporum ordine apud eos congruit. At cum prior brevis subjecta longa, rursus brevis longa terminante componitur, erit [s] Diiambus pes, id est, e [t] duobus iambis [u] adnexus, ut *Simonides*. Rursus 43
cum præcedentem [w] longam sequitur brevis, geminatum

[h] tautopodiam: sin] tautopodians. in P. [i] syzygian] sizygian P. [k] qua] quam P. [l] dissyllabos] disyllabos P. [m] quatuor] quattuor P. et mox. [n] proceleusmaticus] proceleumaticus P. [o] Calliclides] Callicudes P. [p] sequetur] sequitur P. [q] iambo] ex iambo P. [r] trochæo] trocheo P. et mox. [s] diiambus] diambus P. [t] duobus] duabus P. [u] annexus] adnexus P. [w] longam] longum P.

hoc facit Ditrochæum, ut [x]*Zenodorus*. Consimilis [y] ferme his et illa Ionicorum ordinatio est. Nam præeuntibus duabus longis subjectæ duæ breves, veluti spondeo [z] pyrrhichius adnexus, Ionicum ἀπὸ μείζονος
44 procreabunt, ut *Demetrius*. Rursus mutato temporum situ, cum breves in prima sede, secunda autem longæ constituuntur, id est, [a] pyrrhichio spondeus jugatus Ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος gignit, ut *Diomedes*.
45 [b] Sequuntur Pæonici pedes, numero quattuor, qui sunt [c] pentasemi, sescupli enim ratione [d] consistunt: ideoque metris minime inutiles æstimantur. Sed Epitriti dicti ob adjectionem tertiæ partis, quam sunt Pæones, meritoque a Græcis ita dicti ἐπίτριτοι: nam sunt heptasemi, unde tetrasyllabis, qui sunt numero decem et sex, [e] quattuor tantum utiles asseruntur, id est, choriambus et antispastus æqualitatis ratione constantes, sed et Ionici duo, [f] ceteris decem non adeo necessariis: nam [g] ditrochæum et diiambum inter disyllabos magis aptos
46 haberi volunt. Igitur Pæon primus erit, cui prima longa, tres continue breves [h] adhærent, ex trochæo et
47 pyrrhichio copulatus, ut *Cæcilius*. Secundus Pæon præcedente brevi, sequente longa, cui subjiciuntur duæ breves ex iambo et pyrrhichio formabitur, ut *Cane-*
48 *phorus*. Tertius e duabus brevibus, longa tertia, quarta brevi syllaba compositus, ex pyrrhichio et trochæo,
49 ut *Epicurus*. Quartum autem quarta longa, tribus brevibus syllabis in prima regione positis, ex pyrrhichio

[x] Zenodorus. consimilis] Zenodotus. cum similis P. [y] ferme] formæ P. [z] Pyrrichius annexus] Pirrichy̆us adnexus. [a] Pyrrichio] Pirrichio P. [b] sequuntur] secuntur P. [c] pentasemi] pentasimi P. [d] consistunt] subsistunt P. [e] quatuor tantum] quaṅtuor tantum utiles P. [f] cæteris] ceteris P. [g] ditrochæum] ditrocheum P. [h] adhærent] adherent P. et mox trocheo et pyrrichio.

44. jugatus] jugatur Santen. Ter. Maur. p. 121. 45. inutiles] utiles Santen. Ter. Maur. p. 123.

et iambo [i] connexum accipiemus, ut *Diogenes.* Su- 50
persunt Epitriti qui et Hippii, [k] adæque numero [l] quat-
tuor, quodque est veluti genus pæonicorum, præser-
tim cum [m] sint spatio temporum dispares, forma [n] con-
similes. Sunt enim heptasemi, id est, temporum sep-
tem: quorum primus priore syllaba brevi, sequentibus
longis tribus, ex iambo et spondeo constabit, ut [o]*Ari-*
stocles. Secundus e longa et brevi, subjunctis ei dua- 51
bus longis, erit ex trochæo et spondeo copulatus, ut
Archimedes. Tertius, in quo primæ duæ longæ, ter- 52
tia brevis, longa ultima, ex spondeo et iambo concretus
videbitur, ut *Demosthenes.* Restat complendo [p] tetra- 53
syllaborum pedum numero Epitritus quartus, quem pri-
mæ tres longæ, quarta in ultimo brevis ex spondeo et
trochæo connexum esse demonstrant, ut *Irenæus.*

Hac inspectione [q] conjicere poteris, quemadmo- 54
dum ex disyllabis et trisyllabis pentasyllabi, sed et
geminatis trisyllabis [r] hexasyllabi pedes formati vide-
antur, quorum syllabatim per tempora species com-
prehendi poterunt. Nam etiam si propriis nominibus,
ut alii pedes, minime exprimuntur, tamen [s] situ sylla-
barum et substantia temporum manifesti sunt: qui
rursus soluti, exigente usu, ad [t] proprium statum con-
ditionemque revocabuntur. Igitur cognatio, et quæ- 55
dam ad incrementum propagatio, qua pedes a primor-
dio multiplicati noscuntur, talis est: nam ex primi-
geniis duobus pyrrhichio et spondeo adquisitis, facta
temporum permixtione, iambo et trochæo quattuor
dissyllabi pedes effecti sunt. Quorum status adjec- 56

[i] connexum] conexum P. [k] adæque] atæque P. [l] quatuor] quattuor P. [m] sine spacio] sine spatio P. *sint* Santen. Ter. Maur. p. 128. [n] consimiles sunt: etenim] consimiles. Sunt enim P. [o] Aristocles] Aristoteles P. [p] tetrasyllaborum pedum] tetrasyllaborum P. [q] conjicere] conicere P. [r] hexasyllabi] exasyllabi P. [s] situ] si situs P. [t] proprium] propū P.

tione syllabarum simul ac temporum propagatus, in trisyllabos pedes octo processit, qui, pari ratione adcrescentes tetrasyllabos ex se geminato trisyllaborum
57 numero XVI ediderunt. Rursus [u]XVI tetrasyllabi simili, ut superiores, geminatione, triginta et duo ex se schemata, id est, figurationes pedum pentasyllaborum
58 reddiderunt. Hi quoque dum per syllabas, ut priores, augentur ac tempora, hexasyllabos pedes pari ratione in schematibus sexaginta et quattuor simili duplicatione protulerunt: ita ut summa omnium ad centum viginti et quattuor pedes redacta [w]sit. Ita ut simplices numero duodecim, compositi centum et duodecim ha-
59 beantur. Hi autem ejusdem inter se mensuræ sunt, aut sescuplo [x]anteeunt aut duplo. Ex quibus magis mele et rhythmi lyricorum modulorum, quam
60 metra formari poterunt. Incipiunt autem et porriguntur tempora in pentasyllabis a quinque usque ad decem, id est, a pentasemo ad decasemum *χρονικῇ παραυξήσει*, ut sit pentasemus, *Philopolemus*, e quinque
61 brevibus *a a a a a*. Decasemus autem e quinque longis, ut *Atroxiclides*, cujus canon per quinque *b b b b b* signabitur. Item hexasyllabi ab hexasemo ad duodecasemum *χρονικῇ παραυξήσει*, ut *Menelaophorus*, e sex brevibus, hujus canon, *a a a a a a*, qui est duplex tri-
62 brachus. Alter e sex longis quibus tempora duodecim subsistunt, ut *Callistochermedes*, qui est duplex molossus, [y]et hoc canone signabitur *b b b b b b*, ut sit duodecasemus.

63 Non parva autem in pentasyllabis copulandis quæstio est, qua colliguntur differentiæ figurarum; namque interest mediam syllabam cui parti velis adne-
64 ctere. Aliud est enim si duabus præcedentibus sociata faciat conjunctionem ex trisyllabo et disyllabo,

[u] XIII] XVI P. [w] sit] est P. [x] anteunt] anteum P. [y] et hoc] hoc P.

contrarium autem si a duabus præcedentibus divulsa postremis duabus subsequentibus copuletur, ut sit conjugatio e [z]disyllabo et trisyllabo, qui fit ut multiplices harum figurarum numerus per differentias oriatur. Erit 65
igitur in exemplo hic versus,

Armiger in Ida pede vago littora petens.

Nam si ut trochaicum scandas, erunt omnes conjugationes e trochæo et anapæsto: si contra ut a trisyllabo incipias, erunt omnes conjugationes ex dactylo et iambo, et efficietur iambicus versus: juxta quæ intellegi datur varia divisione conjugationum, naturam versuum, vel a trochaico in iambicum, vel ab iambico in trochaicum posse transduci. Hoc igitur de cunctis 66
triginta duobus pentasyllabis pedibus accipiendum est: quæ quidem variatio non in aliis quam in pentasyllabis conjugationibus evenire consuevit, [a]causa mediæ syllabæ [b]quæ movetur, cum aut præcedentibus aut subsequentibus syllabis copulatur.

Cap. XII. *De Metris.*

Metrum est compositio pedum ad certum finem deducta, seu dictionum quantitas et qualitas pedibus terminata, vel rhythmus modis finitus. Prima autem 2
metra sunt, syllaba brevis, syllaba longa: ex his enim metimur ipsos pedes, ac rursus ex pedibus, metra: et deinceps de metris, carmina. Initium autem metri, 3
conjugatio syllabarum, ex quibus colligitur totius qualitas metri: judicium vero in auribus et auditu est. Species igitur metrorum sunt [c]quattuor, Epica, Melica, Comica, Tragica.

Epos est proprie heroicum metrum, quod divina- 4
rum humanarumque rerum et vel maxime heroum

[z] disyllabo, qui] disyllabo et trisyllabo quæ P. [a] caussa] causa P.
[b] quæ movetur] quidēmovetur P. [c] quatuor] quattuor P.

facta versu [d]hexametro comprehenduntur, [e]quod Græca significatione dictum putant ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις, id est, quod primas partes ejus [f]ceteræ
5 insequantur. Hoc metro Homerus [g]virtutes heroum est [h]prosecutus, sicut Horatius refert dicens,

Res gestæ regumque ducumque et tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.

6 Idem et Pythium, quod interfecto Pythio [k]dracone compositum esse dicatur, cum Delphorum incolæ laudem Apollinis ita persequerentur,

ἴη παιάν, ἴη παιάν, ἴη παιάν,

7 quod constat ex spondeis sex. Idem erit et iambicum trimetrum, si ι litteram, quæ dichrona est, corripias. In his enim [l]dactylo et iambico metrorum omnium fundamenta subsistunt. Hoc quidam a Lino Apollinis antistite, alii ab Orpheo, nonnulli ab Ho-
8 mero inventum putant. Melicum autem sic ut Lyricum, quod ad modulationem lyræ citharæve componitur, sicut fecit Alcæus et [m]Sappho, quos plurimum
9 est [n]secutus Horatius. Carmen autem Lyricum, [o]cum metro subsistat, potest tamen videri extra legem metri esse, quia libero scribentis arbitrio per
10 rhythmos exigitur. Tragicum autem, quod trimetro magis versu componitur, quo usi sunt Sophocles et
11 Euripides. Comicum vero varia versuum et modulorum lege compositum reperitur, sicut plerumque apud
12 Menandrum, sed et alios, cognoscimus. Metrorum genera alia a Dis appellata, ut dithyrambicon, [p]Priapion: alia ab inventoribus, ut [q]Archilochium, Sota-

[d] hexametro] exametro P. [e] quod] quæ P Mox addidi *est* post *id*. [f] cæteræ] cetere P. [g] virtutes heroum] heroum virtutes P. [h] prosequutus] prosecutus P. [k] dracone] draconem P. [l] iambico et dactylo] dactilo et iambico P. [m] Sapho] Sappho P. [n] sequutus] secutus P. [o] quum] cum P. [p] Priapion] priapicon P. ed. Cam. Priapium corr. Camerarius. [q] Archilochium] Archilocium P.

6. Pythio] f. *Pythone* Santen. Ter. Maur. p. 139.

dium: alia ab his qui crebrius usurparunt, ut [r]Sapphicum, Asclepiadicum: alia a qualitate pedum, ut Iambicum, [s]Dactylicum, Anapæsticum: [t]alia a numero pedum, ut Trimetrum, Tetrametrum, Hexametrum: [v]alia a numero syllabarum, ut, [w]Heptasyllabon, Hendecasyllabon. Metrum autem bifariam accipiemus: nam aut Poeticum metrum est, aut Bioticum.

Bioticum metrum est, quod in usu vitæ et humana 13
conversatione taxatur: quod ipsum accipietur modis
[x]quattuor. Primo per spatium longitudinis, ut me- 14
trum cubitale, pedale, palmale. Secundo per ponderum examen, ut in libra, uncia, [y]scrupulo. Tertio per 15
qualitatem acervalem, ut in modio, sextario, hemina. Quarto per qualitatem [z]humidam et fluxam, ut in cya- 16
tho, congio.

Poeticum vero metrum, quod a poetis per syllabas 17
pedum et versus figuratur, et ipsum [a]intellegetur modis quattuor. Per tempora, ut syllaba longa, brevis, cum 18
dicitur. Per numeros, quia certa syllabarum dinumeratione metrum finitur. Per qualitatem pedum, quia 19
certis pedibus versus quique procedunt; unde iambica trochaica et [b]dactylica metra dicuntur. Per numerum pedum, quia versus pro mensura sua quisque trimeter, et tetrameter, et [c]hexameter intellegitur. [d]Hexametrum poetæ, quod sex pedibus ingrediatur, 20
[e]quos metra eodem modo Græci nominant, appellarunt. Sicut et illa quibus metimur, cum et trimodia 21
sit certa mensura, et modius, et [f]hemina; nihilominus

[r] Saphicum] Sapphicum P. [s] dactylicum] dactilicum P. [t] tetrametrum hexam.] alia a numero pedum, ut trimetrum ex. P. [v] aliæ] alia P. [w] Heptas. hendec.] eptas. endec. P. [x] quatuor—spacium] quattuor—spatium P. [y] scrupulo] scripulo P. [z] humidam] umidam P. [a] intelligetur—quatuor] intellegetur—quattuor P. [b] dactylica] dactilica P. [c] hexameter intelligitur] exameter intellegitur P. [d] hexametrum] exametrum P. [e] quos—nominant] quæ—nominata P. [f] hemina] emina P.

et cyathus exigua mensuræ portio, parique ratione de-
22 cempeda, et pes, et digitus: sic et totus versus me-
trum, et singuli pedes quibus eum metimur, metra no-
23 minantur. Itaque quia sunt verba rebus pauciora, nam
propter infinitam rerum multitudinem, cui nequaquam
omnibus vocabula propria invenirentur, quæ ratio lo-
quendi flagitabat, [g]translatitie a quacumque re simili
ac proxima pleraque appellari [h]cœperunt, ut in mon-
tibus vertices, in vitibus flagella, in exercitu acies, alæ,
et cornua, in surculis gemmæ, et [i]cetera per [k]meta-
24 phoram translata. Quidam autem non pedem [l]me-
trum esse volunt, sed syllabam, quod hac ipsum quo-
que pedem metiamur, et [m]quod finita esse mensura
25 debeat, pedes autem in versu [n]variantur. Alii rur-
sum nec pedem nec syllabam metrum putant esse
dicendum, sed tempus, quia omne metrum in eo quo
metimur numero finitum est, ut decempeda: non enim
modo decem habet, modo undecim, modo duodecim
pedes, sed semper decem: unde pedem [o]metrum esse
non posse, quia in versu modo unus est [p]dactylus
modo duo, seu spondei, interdum incurrunt [pp]tro-
chæi, aut amphimacri, quorum diversitate juxta [q]spa-
tia temporum metrum, quod certam mensuram ha-
26 bere debeat, nequaquam finitum inveniri. Nobis su-
pervacua videtur esse pugna vocis, cum de re conve-
niat, siquidem [r]metrum et in syllaba, et in tempore, et
in pede constitutum ad [s]unam summam decurrat.
27 Horum etenim omnium cognita potestate, supervacua
est lis omnis. Nam cum temporibus syllabam metia-

g translaticie a quacunque] translatitie a quacumque P. h cœperunt] cæperunt P. i cætera] cetera P. k metaphoram] metaphoran P. l metrum—quod] metron—quæ P. m quod] quæ P. n varientur] variantur P. ed. Cam. o metrum] metron P. p dactylus] dactilus P. pp trochæi] trochei P. q spacia] spatia P. r metrum] metron P. s unam summam] unum summa P. Sed N. B. est rasura post *a* in summa.

mur, syllabis pedes, pedibus versum, [t]connexum inter se jus omnium reperimus. Quemadmodum cum pedale 28
vel libra metitur aliquid, est in illis uncia, est semiuncia, est digitus, vel ab eo minus quippiam, per quas portiunculas ipsum pedem computamus et libram, simili modo metrum erit et in tempore, et in syllaba, et in pede, sed minimum metrum, tempus id est, brevis [v]syllaba erit, majus quod ex duobus temporibus, e [w]queis et pes stabit. Nec minus pro metro frequenter colis 29
utimur, cum [x]aliquam odem compositam aut ex strophe aut antistrophe [y]aut epodo metimur per cola. Carmen vero ipsum versibus æstimamus.

Metra autem omnia [z]quattuor modis variantur, ad- 30
jectione, detractione, transmutatione, concinnatione. Ita fiunt innumerabiles species ortæ ex prototypis no- 31
vem, id est, [a]dactylico, iambico, trochaico, [b]anapæstico, pæonico, proceleusmatico, ionico *ἀπὸ μείζονος*, ionico *ἀπὸ ἐλάσσονος*, choriambico: his [c]adjiciunt antispastum loco [d]proceleusmatici, namque is anapæstico [e]plerumque subditus caret auctoritate, nonnulli eum in specie decima recipiunt: quorum omnium exempla plura in [f]versu sui cujusque metri breviter ut ostendam, hæc 32
erunt. Et [g]primo [h]dactylici sive heroici metri, ut,

Arma, virumque cano [i] *Trojæ qui primus ab oris.*

[k]Anapæstici tetrametri catalectici, ut, 33

Alius citharæ sonituque potens volucres pecudesque movere.

[t] connexum] conexum P. [v] erit syllaba] syllaba erit P. [w] quibus] quis P. [x] aliquam odam] aliquem odem P. [y] aut epodo] epodo P. ed. Cam. [z] quatuor] quattuor P. [a] dactylico] dactilico P. [b] anapæstico — proceleusmatico] anapestico — proceleumatico P. [c] adjiciunt] adiciunt P. [d] proceleusmatici] proceleumatici P. [e] plerunque—authoritate] plerumque—auctoritate P. [f] versu] versus P. [g] primum] primo P. [h] dactylici] dactilici P. [i] Trojæ qui primus ab oris] T. q. p. a. o. P. [k] Anapæstici] Anapestici P.

34 Iambici trimetri [l]acatalecti, ut,

Beatus ille qui procul negotiis.

35 Trochaici trimetri catalectici, ut,

Roma, Roma, cerne quanta sit Deum benignitas.

36 Ionici ἀπὸ μείζονος tetrametri [m]brachycatalecti, ut,

Galli timidi semianimes tergora vertunt.

37 Ionici ἀπὸ ἐλάσσονος tetrametri [n]acatalecti, ut,

[o]*Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.*

38 [p]Choriambici tetrametri [q]acatalecti, ut,

Lydia, dic perdere [r]*cur hunc cupias, quid retices.*

39 Antispastici tetrametri [s]brachycatalectici, ut,

Libens hoc tibi persolvo, nihil me sic juvat.

40 Pæonici tetrametri [t]catalectici,

Sic Tyberis [v]*inplacidus in maria labitur.*

41 [w]Proceleusmatici tetrametri catalectici, ut,

Nemus ave reticuit, ager [x]*homine silet.*

42 Igitur ex his generalibus novem metris, quæ prototypa et primiformia diximus, composita fiunt metra, cum invicem sibi per [y]hemistichia copulantur, quæ Græci σύνθετα, id est, conjuncta atque composita, appellant.

43 Cum hemistichio iambico jungitur [yy]hemistichion trochaicum aut anapæsticum, [z]ionicum, dactylicum, seu quolibet alio, de quibus et [a]ceteris in processu di-

44 cemus. Metra autem [b]quædam singulis pedibus, quam Monopodiam, [c]quædam binis, quam Dipodiam voca-

45 verunt, scandi moris est. Hanc nos *conjugationem* appellamus. Et per monopodiam quidem sola [d]dactylica,

[l] acatalecti] acatalectici P. [m] catalectici] brachycatalecti P. [n] acatalecti] acatalectici P. [o] miserarum] miserorum P. ed. Cam. [p] choriambici] coriambici P. [q] acatalecti] catalectici P. [r] cur hunc] hunc P. [s] brachycatalectici] brachicatalectici P. [t] catalectici] catalecti P. [v] implacidus] inplacidus P. [w] proceleusmatici] proceleumatici P. [x] homine] hominem P. [y] hemistichia] emistichia P. [yy] hemistichion] emistichium P. [z] ionicum dactylicum] colon cum dactilicum P. [a] cæteris] ceteris P. [b] quædam] quedam P. [c] quædam] quidam P. [d] dactylica] dactilica P.

per dipodiam vero [e]cetera. Igitur cum [f]hexameter 46
versus metrorum omnium finis ac summa sit, hi qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum [ff]hexametri versus, unde per [g]dipodias feriuntur: ut etiamsi decem pedum fuerint, non decametri appellentur, sed pentametri, quinque scilicet dipodiis computatis.

CAP. XIII. *De Colis Metrorum.*

Consideranda præterea in metris Cola, quæ Latine *membra*, item Comma, [h]quod *cæsum* a nobis proprie dicitur, id est, extrema et exigua pars in metris. Mensura enim seu modus metrorum hujusmodi accipietur, nam extremum in his atque ultimum, quod monometron dicitur, constat ex uno pede, maximum vero usque ad periodum decametrum porrigetur, quorum differentia talis est. Colon est membrum quod finitis 2
constat pedibus; Comma autem in quo vel pars pedis est. Erunt itaque Cola particulæ solutorum metrorum, ut,

Arma virumque cano.

[k]Omnis autem versus κατὰ τὸ πλεῖστον in duo cola 3
dividitur. Abusive autem etiam [l]et comma dicitur colon. His quidam adjungunt Stichum, id est, versum, sub hujusmodi differentia, ut sit versus qui excedit dimetrum, unde et [m]hemistichium dicitur, colon autem et comma intra dimetrum. Erit itaque 4
colon cum integræ fuerint syzygiæ; comma vero, cum imperfectæ. Proprie autem Græci cola dicunt, quæcunque circa juncturas aut artus porrecta sunt in longitudinem membra: unde Euripides,

καὶ κῶλα κώλοις τετράπουν μιμήσομαι.

[e] cætera] cetera P. [f] hexameter] exameter P. [ff] hexametri] exametri P. [g] dipodias] dipodeas P. [h] quod] quæ P. [k] omnis] omnium P. [l] comma] et comma P. [m] hemistichium] emistichium P.

5 Unde dictum melos brachia scilicet et femina. Nec in metro apud quosdam hæc communiter *mele* appellantur, quæ nos carmina interpretamur et membra, quæ 6 [n]mele Græci divisa membrorum vocant. Partes ergo versus, cum ex ea qua conjunctus erat parte [o]dissolvitur, cola [p]efficient; cum vero ea qua conjunctus erat parte absciditur, particula, quæ [q]divulsa ex eo est, comma dicetur, ut in illis versus solvatur, in his [r]cæ- 7 datur. Nam Periodus, [s]quæ Latina interpretatione *circuitus* vel *ambitus* vocatur, id est, compositio pedum trium vel [t]quattuor vel complurium similium atque [v]absimilium, ad id rediens unde exordium [w]sumpsit, sicut temporis lustrum, vel sacrorum trieterici, vel in [x]poëmatibus, quando non versus [y]omni metri genere panguntur, sed ex variis versibus carmen omne compositum per circuitum quendam ad ordinem suum de- 8 currit. Περίοδος dicitur omnis [z]hexametri versus modum excedens, unde ea quæ modum et mensuram habent, metra dicta sunt. Subsistit autem ex commate, colis, et versibus.

Cap. XIV. *De Versu.*

Versus est, ut Varroni placet, verborum junctura, quæ per articulos et commata [a]ac rhythmos modula- 2 tur in pedes. Incipit autem a dimetro, et procedit usque ad [b]hexametrum, in his dumtaxat versibus qui 3 per singulos pedes dirimuntur. In illis autem qui per [c]dipodiam usque ad tetrametrum vel pentametrum,

[n] mele] melle P. [o] dissolvitur] disolvitur P. [p] efficient] efficit P. [q] divulsa] divolsa P. [r] cædatur] cedatur P. [s] quæ] qui P. [t] quatuor—complurium] quattuor—complurum P. [v] absimilium] abdissimilium P. [w] sumsit, sicuti] sumpsit, sicut P. [x] poëmatibus] poëmatis P. [y] omni] omnes P. [z] hexametri] exametri P. [a] ac rhythmos] arythmos P. [b] hexametrum] exametrum P. et mox. [c] dipodiam] dipodian P.

5. Nec in metro] Camerarius legit, *Nec immerito.* COMM.

nonnunquam hexametrum procedunt, quibus de divisione ac scansione sua cuique nomen est, quos Latine taxatione [d]simplicium senarios, trimetros, octonarios vero tetrametros vocaverunt, abusive vel hæc [e]appellatio habebitur cum [f]sincera et propria significatione Græcorum. Versus Herous hexameter Epos dicatur. 4
Apud nos autem versus dictus est a versuris, id est, a repetita scriptura [g]ex ea parte in quam desinit. Primis 5
enim temporibus, sicut quidam asserunt, sic soliti erant scribere, ut cum a sinistra parte initium facere cœpissent, et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes, ad sinistram perducerent: quem morem ferunt custodire adhuc in suis liris rusticos. Hoc autem genus scripturæ dicebant [h]Boustro- 6
phedon a boum versatione, unde adhuc in arando, ubi desinit sulcus et unde alter inchoatur, *versura* proprio vocabulo nuncupatur. Omnis autem versus ab inte- 7
gra parte orationis incipit, et in integram desinit, exceptis his, [i]quæ in comœdiis joculariter dicta, corrupta aut semiplena efferuntur, aut quæ raro apud epicos metri necessitate dividuntur: ut apud Virgilium,

Septem subjecta [k]*trioni.*

Pari ratione in versu et Apocope præcepta est, id est, 8
subtractio syllabæ syllabarumve, cujuslibet orationis, metro cogente facta, quæ sive in verbo, sive in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, ut,

[d] simplicium] simplicum P. [e] appellatio] appellatione P. [f] syncere] sincera P. [g] ea ex] ex ea P. [h] Bustrophen] Bostrophen P. Boustrophedon Valesius. [i] quæ] qui P. et sic mox. [k] Trioni] Trione P.

5. *liris* pro *litteris* em. Valesius ad Harpocrat. p. 138=56.

6. Bustrophen] βουστροφηδὸν scripturam exaratam Pausanias commemorat fuisse in arca ædrina Cypseli heliacon α′, quæ esset talis, ut a fine cujusque versus inciperetur exordium alterius, atque ita recurreret, tanquam spacia duplicata quæ sunt, ut Græci vocant, διαύλου. CAMER.

9 [l] *Endo sua do:*
id est, in sua domo. Item,
[m] *Ac famul infimus esset,*
pro famulo. Similiter,
Proras [n] *detondete et despoliate guberna:*
id est, gubernacula: sicut [o] diximus metri necessitate. Versus autem distat a metro, quod in versu statim auditur et metrum, in metro autem non statim versus.

Cap. XV. *De* [p] *Poetice.*

Qui versus facit, [q] *παρὰ τὸ ποιεῖν* dictus est *ποιητὴς*, Latina lingua [r] *vates* dicitur, quod verba modulatione [s] connectat. *Viere* enim connectere est; unde vimen
2 dictum virgulti species, et viti in rotis. [t] Poetice est ars ipsa: nam poesis et poema distant, eo quod poema tantummodo clauditur carmine, ut tragœdia vel rhapsodia, poesis autem ex pluribus, id est, corpus operis confecti,
3 ut Ilias Homeri, et Æneis [v] Virgilii. Poematum autem seu carminum species sunt tres: alia enim a Græcis *κατὰ στίχον*, alia [w] *συστηματικὰ*, alia *μικτὰ* dicuntur, [x] quæ etiam *ἀμετάβολα* et *μεταβολικά*. Igitur *κατὰ στίχον* sunt, quæ eodem metro constant, ut metrum epicum Homeri, et Maronis nostri: vel [y] quod ex trimetris et tetrametris continuis subsistit, aut colis, aut commatibus ejusdem
4 metri. Systematica autem quæ ex plurimis metris, neque ex uno versu aut eodem colo vel commate conti-

[l] Endo] indo P. [m] Ac] a P. [n] detondete et despoliate] detendite et spoliate P. [o] metri necessitate diximus] diximus metri necessitate P. [p] Poetica] Poetice P. [q] *παρὰ τὸ*] *τὸ* om. P. [r] vates, quod] vates dicitur qui P. [s] connectat] conectat P. et mox. [t] poetica] Poetice P. [v] Virgilii] Vergilii P. [w] *συστηματικὰ*] *σιστηματικὰ* P. [x] quod—ac] que—et P. [y] quod ex trimetris ac] que ex trimetris et P.

9. Endo sua do] Ad Græcorum similitudinem hæc facta videntur, qualia sunt apud illos, *Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ*, et Arati, *εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ κυβερνητῆρες ἔχουεν*. CAMER.

nentur, ut sunt [z]ἐπῳδοὶ, et quæ apud lyricos invenimus, [a]quæ syzygiis gradiuntur. Mixta autem quæ partim 5
sunt κατὰ στίχον, partim ex trimetro et tetrametro mixta, [b]quamquam non in uno versu semper versus expleatur, ut in [c]elegeia vel epodis. Nam neque per se 6
versus hexameter sine sequente pentametro elegiacum metrum implebit, neque in epodis singuli versus sine clausulis suis et [d]adsequelis audiri poterunt [e]ἐπῳδοί. Quæ similiter κατὰ [f]δίστιχον fiunt, eadem ferme ἀμετάβολα et μεταβολικὰ erunt. Nam ἀμετάβολα dicta sunt, 7
[g]quod sui generis qualitatem mensuramque semper obtineant, ut sunt Homeri carmina, et ea quæ κατὰ στίχον appellari diximus: Μεταβολικὰ autem, quæ ab aliis metris ad alia genera transitum faciunt, qualia esse tragica et comica paulo ante memoravi. Nam et 8
Menander in comœdiis frequenter a continuatis iambicis versibus ad trochaicos transit, et rursum ad iambicos redit. Hæc etiam in carminibus, quæ mutuo 9
[h]adnexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit, προωδικὰ et (ἐπ)ωδικὰ vocaverunt, [i]id est, antecantativa et [k]postcantativa, ut sit in hexametro προωδικὸν ipsum epos, et (ἐπ)ωδικὸν versus pentameter, qui ei subjungitur in elegiis. Item (ante)cantativum erit 10
trimeter iambicus, ut,

Ibis Liburnis inter alta navium.

Erit [l]dimeter postcantativum,

[z] ἐπωδοὶ] epodoe P. [a] quæ] q̄ P. [b] quanquam] quamquam P. [c] Elegia] eleia P. qui mox, exameter. [d] assequelis] adsequelis P. [e] ἐπῳδοὶ quia] epodoe que P. [f] δίστιχον] δίστοιχον P. [g] quod] que P. [h] annexa] adnexa P. [i] i.] id est P. [k] præcantativa] postcantativa P. [l] dimeter] trimeter P. Correxit Camerarius.

9. Legendum *antecantativa et cantativa* vel *postcantativa*. Et forte scriptum fuit προῳδικὰ, ᾠδικὰ et ἐπῳδικὰ, i. e. *antecantativa, cantativa*, et *postcantativa*, ut paulo post, προῴμνια, ἐφύμνια, vel μεθύμνια. COMM. Correxi fere cum Buretto Mem. Litt. T. X. p. 247.

Amice propugnacula.

Et quæque alia qualia et metro scripta sequentes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia proodicis versibus ἐπᾴδονται, id est, *accinuntur.*

Cap. XVI. *De Strophe et Antistrophe et Epodo.*

Pleraque [m]Lyricorum carminum, quæ versu [n]colisve et commatibus componuntur, ex Strophe et Antistrophe et [o]Epodo, ut Græci appellant, ordinata sub-
2 sistunt, quorum ratio talis est. Antiqui deorum laudes carminibus comprehensas circum aras eorum euntes canebant, cujus primum ambitum quem ingrediebantur [p]a parte dextra στροφὴν vocabant. Reversionem
3 autem sinistrorsum factam, completo priore orbe, Antistrophon appellabant. Dein in conspectu deorum soliti consistere, cantici reliqua consequebantur, appel-
4 lantes id Epodon. Nam Epodos est tertia pars aut [q]periodus lyricæ odes. Igitur quæ post στροφὴν et ἀντιστροφὴν, [r]ἐπῳδὸν dicebant. [rr]ἐπάδειν quidem est *superca-*
5 *nere.* Hinc sumptum vocabulum in has Epodos, quæ binos versus impares habent. Nam ut illæ canticum
6 finiebant, sic hæ sensum versu insequenti. Hoc quia e tribus subsistit, appellatur [s]τριάς. Ita ut omnis et στροφὴ et ἀντίστροφος et [t]ἐπῳδὸς totidem habeant syllabas in proxima periodo, [v]quæ subjicitur priori, ut sit aut [w]ἰσόμετρος aut ἰσόχρονος quolibet metro seu rhythmo
7 subsistens. [x]Nam sicut dextra manus impares habet digitos, sed [y]horum pares sunt sinistræ manus si con-

[m] Lyricorum] liricorum P. [n] colisque] colisve P. [o] Epodo] epode P. [p] ex parte] a parte P. [q] periodus lyricæ odes. Igitur quæ] periodos lyricę· odes igitur quod P. [r] ἐπῳδὸν] εποδον P. [rr] ἐπάδειν quidem] epodon quod P. [s] τριάς] τrica P. [t] et ἐπῳδὸς] et om. P. [v] quæ subjicitur] qui subicitur P. [w] ἰσόμετρος—ἰσόχρονος] cομετρος—coχρονος P. [x] Nam] quō P. [y] numero] horum P.

feras [z]digitis, sic et strophes cola, cum sint dissimilia in proxima epodo subjectæ triados. Observabis autem 8
ut temporibus non syllabis pedes dividas, ut solvantur duæ longæ in [a]quattuor, et disyllabo pede pro tetrasyllabo utaris, parique vice quattuor syllabarum brevium tempora in duo contrahantur, quod per necessitatem fieri licet, ut aut divisæ numero respondeant, aut conjunctæ temporum [b]spatiis occurrant, quod et in [c]ceteris metris generali præcepto servabimus. Inter hæc 9
sunt quædam carmina quæ Monostropha appellantur, [d]quod duas periodos et eas pares habeant, neque epodo, ut alia, concludantur. Præterea reperitur nonnun- 10
quam hujusmodi compositio versuum in carminibus, non ut prima compositio secundæ compositioni, sicut in *στροφῇ* et antistropho, [e]respondeat, sed ut prima tertiæ, secunda quartæ similis habeatur, quæ compositio *κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ* dicitur: est enim *περικοπὴ* carmen subsistens ex strophe et [f]antistropho et epodo, vel bis, vel ter, vel [h]sæpius carmen [i]concludatur * *μονοπερίκοπον* nominatur. Si vero dissimilia inter se in epo- 11
dis cola jungantur, [k]*πολυπερίκοπον* nuncupatur, quando non [l]sollemni continuatione, sed per distantiam et varietatem in epodis periodi compleantur. Id est, tres partes, [m]eas e quibus pericope subsistit, quæ *ἀνομοιομερῆ*

[z] digitis, * sic] digitis· sic et P. [a] quatuor—dissyllabo] quattuor—disyllabo P. [b] spaciis—quod] spatiis—quæ P. [c] ceteris] ceteris P. [d] quod] quæ P. [e] respondeant] respondeat P. [f] Antistrophe] Antistropho P. [h] sæpius] sepius P. [i] concludat, * *μονοπερίκοπον*] concludatur. Μονοπερικοπον P. ed. Cam. [k] *πολυπερίκοπον*] *πολι περίκοπον* P. [l] solenni] sollemni P. [m] eas] ea P.

7. sic strophes cola] Locus mendosus, sensus autem est, ad strophen et antistrophen et epodon, quarum unaquæque dissimilia metra complectatur, respondere tamen proximæ periodi strophen antistrophen et epodon, et paritatem efficere vel metri vel temporum, quod in Pindaricis odis manifestum est. CAMERAR.

10. vel bis] Forte legendum, *si vel bis.* COMM.

ib. concludatur] Locus est mutilus. CAMER.

merito diximus, [n]id est, dissimilium partium copulatione periodi conclusio, si quidem inducta prima strophe et [o]antistropho, rursus aliam strophen et [p]antistrophon præcedentibus dissimilem afferant, et rursus [q]tertiam nihil duabus præeuntibus similem, et quartam æque a ceteris discrepantem. Cui varietati solent illud adjungere, ut postrema epodos cunctis dissimilis aliquando jungatur, [r]quod non tantum tragici, sed et lyrici [s]auctores in epodis sæpe fecerunt.

12 Hoc loco non supersederim dicere esse brevia cola, [t]quæ post strophen et antistrophon supercini moris est, quæ jam non [v]ἐπῳδοὶ sed *ἐφύμνια* dicentur, ut est *ἰὴ παιάν*. Hæc enim vel [w]Hymnis vel Dithyrambis supercini moris est, quæ [x]de Epodicis carminibus, si quando præponuntur *προύμνια*, si autem post antistrophon col-
13 locentur, *μεθύμνια* nuncupabuntur. Hoc genus in sacris cantilenæ ferunt quidam instituisse Theseum, qui occiso Minotauro cum apud Delum solveret vota, imitatus intortum et flexuosum iter labyrinthi, cum pueris virginibusque cum quis evaserat cantus [y]edebat, primo in circuitu, dehinc in recursu, id est, *στροφῇ* et antistropho.
14 Alii tradunt [z]hunc sacrorum concentum, mundi cantum cursumque ab hominibus imitari. Namque in hoc quinque stellæ quas erraticas vocant, sed et sol et luna, ut doctiores tradunt philosophorum, jucundissi-
15 mos [a]edunt sonos, per orbes suos nitentes. Igitur concentum mundi cursumque imitans chorus canebat:

[n] et est] id est P. [o] Antistrophe] Antistropho P. [p] Antistrophen] Antistrophon P. [q] tertiam] tertia P. [r] quod] qui P. [s] authores] auctores P. [t] quæ] qui P. [v] *ἐπωδοὶ*] epodoe P. [w] Hymnis] ymnis P. [x] Epodicis] de Epodicis P. [y] ædebat] edebat P. [z] hunc] hoc P. [a] ædunt] edunt P.

12. Dithyrambis] Hos et Herodotus lib. I. scribit primum Arionem Methymnæum composuisse, nominasse, docuisse apud Corinthios. CAMER.

dextrorsumque primo tripudiando ibat, (quia [c] cælum dextrorsum ab ortu ad occasum volvitur,) dehinc sinistrorsum redibant, [d] quandoquidem sol lunaque et [e] cetera erratica sidera, quæ Græci πλανήτας vocant, sinistrorsum ab occasu ad ortum feruntur. Tertio con- 16
sistebant [f] canentes, quia terra (circa quam [g] cælum rotatur) immobilis medio stat mundo. De qua re Varius sic [h] tradidit, *primum huic, nervis septem est intenta fides, variique* [i] *additi vocum modi, ad quos mundi resonat* [k] *canor, sua se volventis in vestigia.* Item et Varro: 17

Vidit et ætherio mundum torquerier axe,
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes,
Nitentes aliis alios, (quæ maxima divis
[l] *Lætitia'st,) at tunc longe gratissima Phœbi*
Dextera consimiles meditatur reddere voces.

CAP. XVII. *De Metrorum* [m] *fine seu clausula.*

Nunc de metrorum, prout versus processerit, præscripto et legitimo fine clausulaque dicemus. Nam metrica lege in fine versuum quadripartita conclusio est, per quam exitus metri statusque dinoscitur, utrum pede, seu semipede, vel dipodia sit terminatum. Hanc 2
Græci [n] κατάληξιν vocant: id est, cum legitimum metrum in [o] syzygia simplicem pedem, in monopodia vero, id est, in [p] simplici pede, syllabam perdit. Hujus 3

[c] cœlum dextrorsum] cạlum dextrorsum q. P. An *quoque?* [d] quandoquidem] quam P. [e] cætera—sydera] cetera—sidera P. [f] canendo] canentes P. [g] cœlum] cẹlum P. [h] tradit] tradidit P. [i] additi] addita P. [k] tenor] canor P. [l] læticia stat—longa] lætitia stat longe P. [m] fine] fine seu clausula P. [n] κατάληξιν] κατάλεξιν P. [o] syzygia] synzygia P. [p] symplici] simplici P.

15. *redibant*, numerum mutat. COMM.

16. Varius] Vide Weichert. de Lucii Varii etc. Carminibus Grimæ 1836. p. 100.

17. Lego, *alios* (*quæ maxima divis* Lætitia'st) *at tunc longe gratissima Phœbi Dextera consimiles medit.* COMM. Vide Anthol. Lat. Burmanni T. II. p. 335. Adde Wullner. de P. T. Varronis Atacini Vita Monast. 1829. p. 25.

species [q] sunt quattuor, nam aut [r] acatalectum est, aut [s] catalecticum, aut [t] brachycatalectum, aut hypercatalectum: id est, cum in fine versuum nunc desunt, nunc
4 exuberant syllabæ, aut manent integræ. Est igitur catalecticum, [u] quotiens in fine versus syllaba una pro toto pede accipitur, atque ita posita velut refrenat et cohibet
5 metri cursum. Acatalectum autem, [w] quod novissimum pedem integrum pro conditione sui metri obtinet, cui nihil abundat aut deest. Brachycatalectum vero, cum uno pede, id est, duabus syllabis metrum imminuitur, et pro dipodia pes unus ponitur, scilicet cum dipodiæ
6 feriuntur. Hoc metrum quidam [x] colobon vocant: miuron enim una fit syllaba detracta. Hypercatalectum contra, cum metrum in postrema parte versus una syllaba abundat ultra quam exigit dipodiæ numeri, pro lege versus oppositi terminatus. Id ut pla-
7 nius sub exemplo heroici versus faciam, erit acatalectum, [y] quod integris suis pedibus et modis finitur: ut,

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris.

8 Catalecticum si una syllaba ei detrahatur: ut,

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab o.

9 Brachycatalectum, si duæ: ut,

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab.

10 Hypercatalectum si una, amplius quam versus integer exigit, syllaba exuberet: ut,

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab orisque.

[q] quatuor] sunt quattuor P. [r] acatalecticum] acatalectum P. ed. Cam. [s] catalecticum] katalecticum P. [t] brachycatalectum] braclicatalectum P. [u] quoties] quotiens P. [w] quod] qui P. [x] colobon] colofon P. [y] quod] qui P.

6. Miuron] μείουρον sunt qui μύιτρον scribant a caudæ musculi similitudine, sed non recte, nisi fallor, etsi non fugit me corripuisse Terentianum primam in verbo syllabam, sed idem aliis quoque in Græcis verbis syllabarum quantitatem neglexit. CAMER.

[z] Quod in omni genere metrorum observabitur. Rursus, ut exempla etiam ex his metris, quæ conjugationibus gradiuntur, proferamus, cum ad perfectam conjugationem pes integer deest, erit brachycatalectum: ut est hoc tetrametrum, 11

Quis non adultas detrahat ramo voluptates.

Habet enim tres integras conjugationes, et quartam uno pede breviorem. Catalecticum autem, cum [a] perfectæ conjugationi non pes sed syllaba amputatur, ut est hoc tetrametrum, habet enim quartam conjugationem, una syllaba breviorem: 12

[b] *Cærulæ Neptune rector,* [c] *Conse litorum potens.*

Acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram conjugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum, 13

Amare nolo nec [d] *dolere Clinia.*

Hypercatalectum vero, cum ad integram conjugationem una abundat syllaba, ut est hoc trimetrum, 14

Caduca [e] *populi coma glauca jam per agros.*

Sed metra magis gaudent catalecticis conclusionibus. Proprie autem iambica metra [f] gaudent acatalectis et catalecticis et hypercatalectis conclusionibus, adversantur autem brachycatalectis: trochaica vero hypercatalectis ejectis, residuas conclusiones admittunt. Choriambica autem et [g] antispastica iisdem conclusionibus, quibus etiam iambica, lætantur, ionica autem [h] trochaicis depositionibus sociantur, et ideo hypercatalectica illis exosa sunt. [i] Dactylica vero et anapæstica magis acatalectis delectantur. 15 16

[z] Quod] qui P. [a] perfectæ] perfecte P. [b] Cærulæ] Cærule P. [c] undæ, littorum] conselitorum P. [d] dolere] dolore P. [e] populi coma glauca] poplicum aglauca P. ed. Cam. [f] gaudent] plaudent P. [g] antispastica] antispatica P. [h] trochaicis] throcaicis P. [i] Dactylica] Dactilica P.

14. Lege sicut paulo post carmen adducitur, *Caduca populi coma glauca jam per agros.* CAMER. v. Lib. III. p. 165. ed. Comm.

17 Præter has autem depositiones est æque quæ δικατα-
λῆξία nominatur, cum ex diversis metris versus sub
unius figura [k] conponitur. Nam si sit dactylica tetra-
18 podia et ithyphallus, id est, [l] si post quattuor dactylos
[m] pedes tres continui trochæi [n] subjiciantur, isque ver-
sus [o] quasi uniformis pronuntietur, δικαταλῆξίαν pati-
19 tur. [p] Quandoquidem quarto pede [q] dactylo et pars
orationis et catalectici metri finis includitur, atque ita
[r] rursus trochaicum dimetrum brachycatalectum ad-
jungitur, quod ithyphallicum nominatur, ut est,

Tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido.

20 Occasio suggerit hoc loco etiam illud dicere, quædam
metra familiariter propriis pedibus terminari. Nam
iambica catalectica iambis, acatalectica iambo super-
fluente syllaba, similiter trochaica et anapæstica suis
libentius terminantur: contra, quædam alienis depo-
sitionibus gaudent, ut antispastica et choriambica iam-
bicis conjugationibus, ionica autem utraque trochai-
21 cis. Siquidem sunt his finitima et familiaria metra
singula singulis, non enim solum in fine ponuntur,
[s] sed et in medietate versuum, et inter initia conjun-
22 guntur. Scias autem in omni metro novissimam syl-
labam ἀδιάφορον, id est, indifferentem esse. Nihil enim
metri interest, utrum illa longa sit an brevis, ea vide-
licet ratione, quia distinctionis mora breve tempus
23 ostendit: longam autem syllabam pro brevi accipi
finalem ea ratione putaverunt, qua reperiuntur in me-

[k] componitur] conponitur P. [l] supra quatuor] si post quat-
tuor P. [m] pedestres] pedes. tres P. [n] subijiciantur] subici-
antur P. [o] quasi] quibus P. [p] Quandoquidem] Quando P.
qui habet *quarto* in marg. [q] dactylico] dactilo P. [r] rursum]
rursus P. [s] sed in] sed et in P.

20. catalectica—acatalectica] F. acatalecta—hypercatalecta.

22. ostendit] l. extendit. Santen. Ter. Maur. p. 220.

tris longæ plerumque pro [u]brevibus positæ, quas communes vocant, ut est,

Insulæ Ionio in magno.

Unde fit, ut in omni metro novissima syllaba indiffe- 24
rens habeatur. Nam Aristoxenus musicus dicit breves finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequente versu fieri, [w]idcircoque in sexta sede trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet. [x]At contra disyllabos familiaris est, quia celerius desinit, et eo magis, si posteriorem syllabam brevem habuerint.

CAP. XVIII. *De Epiploce, id est, Metrorum amplexione.*

Nunc de metrorum connexionibus, quas *epiplocas* Græci appellant, dicemus. Adjectione enim et detractione per syllabas et tempora [y]iis accidentia metra variantur. Dicta autem Epiploce, id est, amplexio, 2
a metricis, eo quod [z]copulari metra metris diversa his adjectionibus, [a]vel detractionibus, aut etiam translationibus videantur. Harum species sunt tres, quarum prima trisemos, secunda tetrasemos, tertia [b]hexasemos dicitur, ex eo quod e tribus, et [c]quattuor, et sex temporibus subsistant, quæ, detractis ab initio versus primis syllabis, diversa metrorum genera informant. Qua- 3
rum prima erit ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τρίσημος, id est, cum iambicis trochaica [d]connexa variantur in species duas, utrasque trisemas, ut diximus, temporum trium: in conjugatione vero sunt [e]ἑξάσημοι, id est, temporum sex. Nam iambico versui, ut est, 4

[u] brevibus] ve brevibus P. [w] iccircoque] idcircoque P. [x] at contra dissyllabos] atque disyllabos P. [y] his] iis P. [z] copularі] copulare P. [d] detractionibus] vel detractionibus P. [b] hexasemos] exasemos P. [c] quatuor] quattuor P. [d] connexa] conexa P. [e] ἑξάσημοι] exasemoe P.

Paratus omne Cæsaris periculum ;

si adjeceris longam, efficies trochaicum, ut,

O paratus omne Cæsaris periculum.

Rursus trochaico si detrahas primam syllabam, iambicum efficies, velut est,

Celer [f]*phaselus ille quem videtis.*

5 Aut cum [g] dactylicis anapæstica sociantur, similiter ἐπιπλοκὴν δυαδικὴν τετράσημον faciunt, ut,

Arma virumque cano.

6 Huic si accesserint duæ breves, fiet anapæsticus, ut,

Ades arma virumque cano.

7 Rursus adjecta longa fiet [h] dactylicus, ut,

Pro ades arma virumque cano.

[i] Quod adæque ut supra per duas species variatum est [k] dactylici et anapæstici, et ideo δυαδικὴ, id est, dua-
8 rum amplexio. Tetrasemos autem propter [l] quattuor tempora, quibus uterque pes extenditur, appellatur,
9 qui in conjugationem copulati octasemi fiunt. Observabis autem in hac specie semper duas breves aut [m] adjicere aut detrahere longam unam, [n] quia est uter-
10 que pes trisyllabos. Tertia ἐπιπλοκὴ est in ionicis duobus et [o] choriambo et antispasto, quæ τετραδικὴ [p] hexasemos dicitur, id est, amplexio quadra, [q] quat-
11 tuor enim pedes sibi mutuo [r] connectuntur. Temporibus autem sex [s] constant: nam cum sit hic versus ionici minoris,

Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

[f] Phaselus] Phasellus P. [g] dactylices] dactilicis P. [h] dactylicus] dactylicum P. ed. Cam. [i] Quod] Qui P. [k] dactylice] dactilici P. [l] quatuor] quattuor P. [m] adijere] adicere P. [n] quod] quia P. [o] choriambico] choriambo P. [p] hexasemos] exasemos P. [q] quatuor] quattuor P. [r] connectuntur] conectuntur P. [s] constant] constat P.

11. *Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas*] Catalecticus tetrameter, nullam sententiam perfectam continens, quæ neque in aliis exemplis adductis requirenda, cum de autoribus tantum as-

Adjecta longa fit choriambicon, ut, 12

Cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Rursus adjecta [t] alia longa, efficiet ionicum majorem, 13 sic,

Hoc cur dea fecit dea belli dominatrix [u] *Phrygas.*

Item adjectio brevis quartam speciem in pede anti- 14 spasto procreabit, ita,

Et hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Adæque et hic versus apud Horatium, 15

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci,

constat ex ionico minore; huic si copulaveris longam, 16 erit choriambicum,

Quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Item longa alia apposita facit ionicum majorem, ut, 17

O quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Brevis autem prælata antispastum informabit, sic, 18

Et o quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Ad [w] summam, omnis ἐπιπλοκὴ propriis pedibus nulla 19 intermixtione aliorum subsistens suis usque ad ultimum pedibus terminabitur: sin autem alios admiserit, variabitur. Nam familiare est [x] utrisque ionicis trochaicas sibi [y] bases admiscere. Ergo [z] sincerum μονοειδὲς, mixtum autem ὁμοειδὲς vocabitur.

CAP. XIX. *De tome sive incisione versuum.*

Incisiones etiam versuum, quas Græci τομὰς vocant, ante omnia in [b] hexametro heroo necessario obser-

[t] alia] alia longa P. [u] Phrygas] Phrigas P. [w] summum] summam P. ed. Cam. [x] utriusque] utrisque P. et sic corr. Camerarius. [y] bases] basis P. [z] syncerum] sincere P. [a] τομὰς] τομος P. [b] hexametro] exametro et sic mox P.

sumserint quantum ad declarandum hoc quod doceret, satis esse crederet. Sed Terentianus locum integrum adduxit, et versus acatalectos. *Diomedem modo | Dea fecit dea belli dominatrix Phrygas omnis | Ut in armis superaret,* &c. Similiter Horatianus trimeter acatalectus, *Miserarum est neque amori dare ludum*, adducitur adjuncto sequente pede in forma tetrametri. CAMER.

2 vandæ sunt. Omnis enim versus in duo cola formandus est, qui herous hexameter merito nuncupabitur, si [c]competenti divisionum ratione dirimatur. Sex enim pedum percussio versum quidem hexametrum, non tamen heroum, quem epicum, si legem incisionis non
3 tenuerit, faciet. Quarum prima [e]penthemimeres tome dicitur, cum post duos pedes sequens syllaba plenam orationis partem distinguit, cujus exemplum erit,

Quam Juno fertur.

4 Verbum enim post duos pedes concludit ac [f]determinat syllaba, quæ in metro [g]semipes habetur, ut sequens sermo ab integra parte orationis incipiat. Geminata autem penthemimeres tome versum pentametrum complet, ut,

Quam Juno fertur, quam Juno fertur.

5 Secundam divisionem [h]hepthemimerem Græci dixerunt, quæ tribus pedibus emensis [i]adjicit syllabam,
6 completque sensum [k]quacumque orationis particula. Huic, sicut et superiori, nomen inditum ex eo est, [l]quod tribus pedibus et una syllaba, id est, semipede, quæ in arsi et thesi septem motus efficiunt, versum dividat. Cujus exemplum erit,

Quam Juno fertur terris.

7 Nam post tres pedes suprema *ris* syllaba sensum com-

[c] competenti] conpetenti P. [e] Penthemimeres] Penthememeres P. [f] determinat] determinatur P. Hoc si mavis, repone supra *concluditur*. [g] semper] semipes P. [h] ἑφθημιμερῆ] eptimimerem P. ἑφθημίμεριν ed. Cam. [i] adijcit] adicit P. [k] quacunque] quacumque P. [l] quod] qui P.

2. quem epicum] *dicunt* addit Santenius Ter. Maur. p. 227.

3. Penthemimeris] Lege *Penthemimeres*. Sunt enim hæc adjectiva ad τομὴ id est πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, quibus fuere qui et τριθημιμερῆ adderent, cum post unum pedem syllaba partem orationis finiret, ut *Arma virum* et *Italiam*. Et hac ratione scribentur hæc nomina per *es*, ut *philalethes*, *philopseudes*, visum tamen est quibusdam posse usurpari et substantive, quoniam esset μερὶς, ut fieret πενθημίμερις ἑφθημίμερις, quod ut non prorsus rejicio, ita priorem usum verbi tutiorem esse judico. CAMER. v. Santen. ad Ter. Maur. p. 260. Penthemimeris ed. Cam.

plet. Erunt igitur hæ duæ principales tomæ, ut dictum est, heroici versus incisiones, quibus similiter et [m]iambici versus trimetri dividuntur. Sed his in heroo duæ 8
aliæ accedunt. Nam si harum neutram inveneris, tertium [n]trochæum in versu conquires, id est, penthemimeren [o]disyllabo clausam: ut est,

Infandum regina.

Nam percussis duobus pedibus, tertius pes [p]trochæus 9
est *gina*, cui conjuncta brevis *ju* secundum legem versus [q]hexametri dactylum complet, *bes* autem syllaba et sensum superioris coli integrat, ut fiat [r]hephthemimeres, et sequentis pedis initium inducit. Eodem 10
modo et quartus [s]trochæus accipietur, qui raro admodum reperietur, ut est,

Quæ pax longa remiserat arma novare parabant.

Quartus pes trochæus *arma*, (vide hephthemimerem 11
[t]disyllabo clausam, ut supra,) cui adnexa brevis *no* syllaba [v]dactylum lege heroici versus implet. Harum 12
si nullam in hexametro speciem inveneris, heroum versum jure ac merito negabis. Nonnunquam autem 13
evenit, ut in eodem versu plures incisiones, id est, penthemimeren, et hephthemimeren, et eam quæ quarta [w]cæsura partem orationis terminat (quam *bucolicon* Græci dicunt) [x]reperiamus: ut,

Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris.

Nam *jæ qui* pes in versu quartus eam divisionem ex- 14
plicat, quam bucolicon vocari dictum est, sub qua pedum percussione sensus impletur. Nam bucolici me- 15
tri hæc lex est, quam per omne opus sui carminis

[m] Iambici et] Iambici versus P. [n] Trochæum] Trocheum P. Mox Penthemimerin ed. Cam. [o] dissyllabo] disyllabo P. [p] Trochæus] Trocheus P. [q] hexametri dactylum] exametri dactilum P. [r] hephthemimeres] epthemimeres P. et mox. hephthemimeris ed. Cam. et inf. [s] Trochæus] trocheus P. [t] dissyllabo] disyllabo P. [v] Dactylum] Dactilum P. [w] cæsura] cesura P. [x] reperiamus] reperiantur P.

Theocritus Syracusanus observat, exceptis paucis versiculis de quibus in processu dicemus.

CAP. XX. *De concursu et collisione vocalium.*

Observanda præcipue in metris litterarum vocalium inter se collisio, quæ trifariam evenit, id est, per [y] *συναλοιφὴν, ἔκθλιψιν, συνεκφώνησιν*, vel [z] *συναίρεσιν*, quarum inter
2 se differentia talis est. Nam *συναλοιφὴ* est, cum inter duas loquelas duarum vocalium concursus alteram elidit: id est, cum duæ partes orationis ita coeunt, ut altera in vocalem desinat, et altera incipiat a vocali: ut,

Hic hasta Æneæ stabat.

Item,

Priamique evertere gentem.

3 Nec tamen putaveris quamlibet [a]e duabus eximi posse, illa enim quæ supervenit, priorem semper [b]excludit,
4 non prior sequentem. Ἔκθλιψις autem vel *ἔκτριψις* fit, cum duæ inter se dictiones dure concurrentes aliquam pluresve vocalium cum consonanti [c]dumtaxat exprimunt: ut,

Multum ille et terris jactatus et alto.

Item,

[d] *Circumdat necquicquam humeris et inutile ferrum.*

5 Συνεκφώνησις vero, cum duæ vocales in unam syllabam coguntur, quæ possunt duarum syllabarum locum divisæ complere, [e]nulla dumtaxat interposita consonante: cum [f]*Phaethon* in metro sic enuntiatur, ut ex trisyllabo nomine [g]disyllabum faciat: ita,

Cum te [h] *flagranti dejecit fulmine Phæthon.*

[y] *συναλοιφὴν*] *συναλιφὴν* P. et sic mox. [z] *συναίρεσιν*] *σιναίρισιν* P. [a] e duabus] duabus P. [b] excludit] excludat P. [c] duntaxat] dumtaxat P. [d] Circundat nequicquam humeris] Circumdat neq. quam umeris P. Mox supra *vero cum* aliquid a manu veteri scriptum est, quod legere nequeo. [e] dumtaxat] nulla dumtaxat P. [f] Phaethon] Phae P. ed. Cam. [g] dissyllabon] disyllabun P. [h] flagranti—fulmine Phæthon] flagrantem—flumine Phæton P.

Et illud Maronis,

Villis onerosum atque unguibus aureis.

Aureis enim pronuntiandum est: in scandendo autem 6
reis syllaba non dividitur, sed *e* littera in unitatem cum *i* deducta per [i]diphthongon Græco more et ratione scripta enuntiatur. Sed et nostri veteres eas syl- 7
labas, in quibus *i* productum invenitur, *e* anteposito scriptitabant, ut in antiquis libris invenimus. Consimili ratione quæritur, *Orpheus* in metro (ut,

Non me carminibus [k]*vincet nec Thracius Orpheus*)

utrum trisyllabum an [l]disyllabum sit, an idem nomen duplici enuntiatione promatur; aut sine *a* littera, ut [m]*Peleus Pentheus*, aut cum *a*, ut ita declinetur *Orphæus*, ut *Aristæus:* visum est tamen hoc posse 8
discerni, ut illa sine *a* littera Græca sit enuntiatio, hæc Latina quod per [n]diphthongon effertur. Sed ut ad 9
propositum revertamur, quidam superioribus tribus quartam speciem addiderunt, quam Græci dicunt κρᾶσιν, id est, cum unius litteræ vocalis in duas syllabas fit communio, ut,

Audire est operæ [o]*pretium procedere recte.*

Item,

[p]*Quæcumque est fortuna mea est.*

Quæ veluti per contrarium συνεκφώνησιν in metris imi- 10
tatur. Hæ figuræ sollicite observandæ sunt tam in heroicis quam iambicis ac [q]ceteris metrorum generibus, ne nobis per [r]neglegentiam obrepant, maximumque errorem afferant.

[i] diphthongon] diptongon P. [k] vincet nec Thracius] vincat nec trachius P. [l] dissyllabum] disyllabum P. [m] Pentheus] peleus pentheus P. [n] diphthongon] diptongon P. [o] precium] pretium P. [p] Quæcunque] Quæcumque P. [q] cæteris] ceteris P. [r] negligentiam] neglegentiam P.

CAP. XXI. *De vitiis versuum.*

Inter alia, quæ in metris vitanda esse præcepimus, tria vel maxime hæc observanda vitia nobis sunt, quibus vulnerati versus claudicabunt, quæ trifariam con-
2 tingunt. Nam [s]aut in principio, aut medietate, aut in extrema sui parte corrumpuntur. Igitur cujus initium pro conditione propriæ legis nequaquam integrum processerit, ἀκέφαλος dicitur, veluti capite [t]inminuto: ut,

Fluviorum rex Eridanus.

Item,

Adicias nec te ullius violentia vincat.

3 In [v]media vero parte læsus λαγαρὸς appellatur: ut,

Anchisen facio certum.

Quibus qui medentur, finalis syllabæ excusatione succurrunt, ne media versus sede iambus habeatur causantes, quod parte orationis terminata pro longa positione accipienda sit, ut,

Quam Juno fertur.

Et,

Quis te magne Cato tacitum.

Item,

Classe veho mecum.

4 At in ultima [w]μείουρος ob decurtationem, ut Græci dixerunt, caudæ, id est, extimæ partis: ut est ille versus apud Homerum,

Τρῶες [x]δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Cujus exemplo etiam nos utemur ita,

Attoniti Troes viso serpente pavitant.

5 Cui quidam ita medentur, ut dicant Homerum artis poeticæ patrem geminata littera ὄφφιν dixisse, sicut et

[s] aut] ut P. [t] imminuto] inminuto P. [v] media] medio P. [w] μείουρος] miurus P. et infra. [x] δ' ἐρρίγησαν] δερίγησαν P. qui mox utimur.

ὅσσοι, ὔμμιν, ὅττι. At cum Livius Andronicus præmisso hexametro hujusmodi subnectat versus per ordinem iambo terminatos, novam potius hanc speciem, quam μείουρον æstimant versum, et *teliambon* appellant. Nam 6
in hymno Dianæ apud eundem ita inveniuntur in fabula Inone,

Sed jam purpureo suras include coturno,
Balteus et revocet volucres in pectore sinus,
Pressaque jam gravida crepitent tibi terga pharetra,
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.

Nam cum superiorem versum [y]plerumque chorius, se- 7
quentem iambus terminent, non absurde choriambicam clausulam idem affectasse in ejusmodi modulatione [z]diceretur, ea videlicet contemplatione, qua [a]videret Homerum, fontem atque originem metricæ disciplinæ, non tantum in duobus corpusculis Iliados et [b]Odysseæ his versibus teliambis frequenter usum, sed et in eo carmine [c]cui Margite nomen est, eundem herois hexametris trimetros iambicos [d]tamquam pares numero miscuisse viderit, qua ratione id in opere suo Livius. Nobis autem, quibus [e]in isto artis metricæ 8
commentario omnia insinuandi curæ ac moris est, ne aut per imperitiam, aut [f]neglegentiam id præterisse ab obtrectatoribus diceremur, utrumque super hujusmodi conditione versuum aperire atque expromere in maximo opere et studio fuit[g].

y plerunque] plerumque P. z dicetur] diceretur P. a viderit] videret P. b Odysseæ] Odisseæ P. c cui] cujus P. d tanquam] tamquam P. e isto in] in isto P. f negligentiam] neglegentiam P. g Marii Victorini de Metricis didascalicis lib. I. explicit feliciter. Incipit liber secundus. P.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I. *De [a]Prototypis speciebus novem.*

CREDO nos omnia, quæ ad instructionem metricæ disciplinæ, velut quædam primæ [b]institutionis incunabula, [c]necessario his, quibus hujusce artis voluptas ac studium est, intimanda sunt, [d]adfatim persecutos.
2 Unde nunc ad novem prototypa, id est, primiformia omnium metrorum genera, e quorum fonte [e]atque origine derivata [f]innumerabilis metrorum profluit copia, [g]stylum nostri operis convertam, de quorum disciplina et præceptis, et ratione omni, qua inter se congruunt sive dissentiunt, textus hujus secundi voluminis
3 singula quæque reserans explicabit. Auspicandum igitur ab eo nobis pede potissimum credidi, [h]qui heroum metrum [i]principem omnium continens etiam nominis sui appellatione signavit: siquidem nonnulli ambigant, a quo e duobus metrorum ordinem inchoantes ex-
4 ordium capiant. Nam qui [k]ab iambo initium trahunt, eo studio id fieri volunt, quod idem a brevi, a quo his origo est, incipiens tempore, et longo desinens, [l]velut a minori ad majus egressus per temporum incrementa consurgat. Pyrrhichius enim nullum ex se metrum

[a] Prototypis] Prototipis P. [b] institutionis] instructionis P. [c] quæ necessaria] necessario P. [d] affatim] adfatim P. [e] et—derivata] atque—dirivata P. [f] innumerabilis] innumerabiles P. [g] stylum] stilum P. [h] qui] quod P. [i] principem] principe P. [k] a] ab P. [l] veluti] velut P.

3. principem] *principium* hic et mox legendum præcipit Santenius ad Ter. Maur. p. 137.

[m]edidit: trochæus vero a longa incipit. Nos autem, 5
ut dictum est, principi metrorum omnium heroo, sive
Pythio, deferentes, non absurde a dactylico auspican-
dum esse censuimus. Igitur prototypa, id est, primi-
formia novem metra, quorum et in primo mentionem 6
fecimus, sunt hæc: e quibus primum dactylicum, de-
hinc anapæsticum, post iambicum, et trochaicum, et
choriambicum, et antispasticum, ionicum ἀπὸ μείζονος,
ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, et pæonicum. Nam [n]proceleus-
maticum, speciem novem prototypis decimam [o]adso- 7
ciandam esse quidam putant, de quo suo loco. Placuit
itaque hoc situ ordinis ad illuminandas eorum inter se 8
[p]altercationes ac mutuas æmulationum vicissitudines,
(quas per contrariam naturæ positionem habere noscun-
tur,) eadem sic digerere, ut dactylicis anapæstica, iam-
bicis trochaica, et cetera, ut paulo ante induximus, [q]e
diverso proposita, quo distent ac differant sive copu-
lentur et congruant ipsa inter se comparatione propo-
sita, non solum ingenii [r]sed oculorum veluti contem-
platione percepta, in promptu ac propatulo habeantur.

CAP. II. *De Dactylico metro.*

Igitur dactylicum hexametrum constat e spondeo
trochæo et eodem dactylo: habet autem sedes sex,
quas Aristoxenus musicus χώρας vocat. Recipit autem
pedales figuras tres, has Græci dicunt ποδικὰ σχήματα.
Nam aut in sex partes dividitur per monopodian, aut 2

[m] ædidit: Trochæus] edidit: trocheus P. [n] Proceleusmaticum] proceleumaticum P. [o] associandam] adsociandam P. [p] alte-rationes] altercationes P. [q] a diverso] e diverso P. [r] sed] set P.

8. alterationes] alternationes Santen. Ter. Maur. p. 152.

ib. *non solum ingeniis et oculorum veluti*] Lege *non solum ingenii sed oculorum virtuti.* Vult enim nota esse genera metrorum ordine et collocatione quadam tanquam perscriptorum in tabella. CAMER.

in tres per dipodian et fit trimetrus, aut in duas per
3 κῶλα duo, quibus omnis versus constat, dirimitur. E cujus genere hæ metrorum species gignuntur. Diphilium seu Chœrilium, [s]logaœdicum seu Archebulium, Æolicum sive Sapphicum, et cetera de quorum statu
4 ac ratione suo loco dicemus. Dactylici igitur metri id præcipuum est, quod heroum appellatur. Differt enim a dactylico heroum eo, quod et dactylicum est, et in duas cæditur partes, de quibus supra diximus,
5 [ss]penthemimerem et hephthemimerem. Dactylicum enim, licet iisdem subsistat pedibus, non tamen iisdem
6 divisionibus, ut herous cæditur versus. Inter spondeum autem et [t]dactylum mensura temporum congruente, etiam in arsi et thesi eadem æqualitas stabit, quam Græci dicunt ἴσον λόγον, [v]quibus per conjunctionem et divisionem, ut supra docuimus, mutua procreatio est, meritoque indifferenter in quacumque versus sede, (ut sors scandendi processerit,) reperiuntur, dumtaxat us-que ad pedem quartum: quintus enim frequenter, ut
7 heroum decet, dactylus esse debet. Eadem cognatione etiam anapæstus, qui e spondei prima in duas breves divisa efficitur, heroo posset [w]adnecti metro, nisi, [x]incipiente dactylo et subjuncto anapæsto, mediæ breves numero quattuor heroum versum deformarent: seu quod anapæsti per syllabas gradiantur, sive quia metrorum fere omnium natura talis est, ut caveant ne singulas partes orationis singulorum pedum fine concludant, sed potius ut verba vel nomina ex residua sui parte [y]sequentibus pedibus adnectant, quo pacto eve-

[s] Logoaoedicum] logoedicum P. [ss] penthemimerem et hepthemimerem] penthemimeren et hepthemimeren P. penthemimerin et hephthemimerin ed. Cam. [t] Dactylum] Dactylicum P. [v] quæ et] quibus P. [w] annecti] adnecti P. et infra. [x] incipienti] incipiente P. [y] frequentibus] sequentibus P.

8. frequentibus, etc.] Mendosus *annectant; quo pacto evenit vo*locus. Lego, *sequentibus pedibus cum partes integras esse* &c. et

nit vocum integer pes esse, sed sane ut perfectæ parti orationis de sequenti sermone aliquid accedat, nec umquam facile cum fine pedis pars orationis impleatur. In anapæstis autem contra evenit istud: etenim pes 8
hic singulis conjugationibus partem orationis includere, sicut in comœdiis pleraque exempla declarant. Non- 9
nunquam hæc observatio prætermittitur, sed qui fuerint versus, neque sonum neque gratiam habebunt, et prosæ orationi similes audientur. Trochæus numero 10
tantum syllabarum spondeo congruens, velut alienus ab his, semper in extima parte versus locabitur. Super 11
quo etiam nunc inter grammaticos lis pendet: nam qui eum asserunt, ferunt pulchriorem versum epicum effici, si *κατάληξιν* habeat, id est, si trochæo claudente terminetur: ut persuadeant dactylicis pedibus familiariter trochæos in depositionibus conjugari. Adversus 12
quos alii loci extimo, in quo tantum locali præscriptione nituntur. Nec [c]immerito, ut novissima ejus syllaba, [d]quæ semper brevis est, mora temporis intercedente, quæ in fine versus naturaliter contingit, suppleatur, quo tunc demum pro longa sumatur, sicut pleræque in metris finales syllabæ, vel [e]quod in omni versu ultima brevis *ἀδιάφορος*, id est, indifferens, habeatur. Quæ tamen persuasio in medio posita potest et 13
trochæo accidere. Non amat autem, ut dictum est, per singulos pedes verba finire, sed immiscere syllabas.

[c] immerito] merito P. [d] quæ] qua P. [e] quod] que P.

mox, *includere* deest *solet*, vel certe subaudiri debet. COMM. Hoc monuerat Camerarius.

ib. *quo pacto evenit vocum integer pes esse*] Mendosus et mutilus locus in manifesto sensu, fieri enim vult integrum pedem non integrarum vocum sed quasi diremtarum numeris. *Ut, At re|gina gra|vi jam | dudum* et, *Insig|nem pie|tate vi|rum tot a|dire la|bores.* CAM.

12. *κατάληξιν*] f. in catalexi Santen. Ter. Maur. p. 219.

13. extimo] extimi Id.

ib. locali] locatur Id.

Nam [f]qui per singulos pedes verba terminarit, erit indecens: sicut,

[g]*Pythie, Delie, te colo, prospice, votaque firma.*

15 At si misceantur syllabæ, erit decentissimus: ut,

At regina gravi jamdudum saucia cura.

16 [h]Adæque observatur, ne tertius pes verbum finiat, versumque a se [i]diducat: ut est,

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos?

17 Heroi versus vitiosi habentur, qui ex solis dactylis [k]vel qui ex solis spondeis constant, quia in talibus aut 18 gravis tarditas aut velocitas nimia, vitiosa est. Insignes autem in metris sunt aut dactylici, in quo quinque [l]dactyli ultimo spondeo clauduntur: ut,

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

19 Aut [m] σπονδαΐζοντες, id est, cum in quinta et sexta regione versus pedes spondei ponuntur: ut,

Cornua velatarum obvertimus [n]antemnarum.

20 Aut in monosyllabum desinentes: ut,

procumbit humi bos.

Aut quattuor orationis partibus decurrentes: ut,

Cornua velatarum obvertimus [n] antemnarum.

Aut ἀσύνδετοι et διὰ πέντε: ut,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

21 Incipit autem versus herous hexameter a duodecim syllabis, in quo omnes spondei sunt: ut,

Non phocæ turpes, non marcentes [o] balenæ.

22 Et crescit usque ad septemdecim syllabas. Quotiens autem dactylus accedit, totiens syllaba [p] adcrescit: quas species sub exemplis enumerare, et apud nos longum, et apud eruditos absurdum habeatur, quo-

[f] qui] q. P. [g] Pythie] phitie P. [h] Adæque] Atæque P. [i] deducat] diducat P. et sic Santen. Ter. Maur. p. 272. [k] vel solis] vel qui ex solis P. [l] dactyli] dactilici P. [m] σπονδαΐζοντες] σπονδιαζοντες P. [n] antennarum] antemnarum P. [o] balenæ] ballenæ P. [p] accrescit] adcrescit P.

tiens et quibus in locis per alternas dactyli et spondei vices inter se obortæ collocentur: quas tamen triginta duas esse manifestum est. Est autem herous versus 24
temporum viginti quattuor, spondeo dumtaxat ultimo. At si trochæus versum clauserit, viginti trium: quem volunt haberi hexametrum catalecticum. Memineris 25
autem sæpe Græcos huic metro molossum et palimbacchium et creticum loco dactyli sub lege syllabarum communium admiscere. Nam et apud nos simi- 26
lis versus reperitur, in quo primus amphimacrus: ut est,

Insulæ Ionio in magno.

Qui tamen certa ratione creticus [q] non est. Nam ter- 27
tiam longam, id est æ diphthongon, quæ creticum pro dactylo dedit, sequens syllaba a vocali incipiens, dum tempus prioris in se trahit, produci non patitur, atque ita productam vocalem superveniens alia vocalis elidit. Nec te idem pes in illo versu decipiat, velut hujus si- 28
milis, qui est talis,

Ponite: spes sibi quisque.

Nec enim hic, ut in superiore, primus pes creticus erit 29
propter duas consonantes, sed pes est dactylus, primo quod pars orationis compleatur cum pede, id est, *Ponite*, dehinc quod *sp* sequentis pedis [r] inferri superiori non possunt, [s] quando alium inchoant sensum. Nec [t] umquam consonantes duæ longam syllabam fa- 30
ciunt, nisi in eadem parte verbi constitutæ: [u] quod et in ceteris observabimus.

Incipit autem et adcrescit per augmenta syllabarum 31
dactylicum metrum a dimetro usque ad hexametrum. Erit ergo versus dimetrus catalecticus, qui duobus suis dumtaxat pedibus subsistit, tamquam,

Terruit [w] *urbem.*

[q] non est] est P. [r] inferre] inferri P. [s] quando] que P.
[t] unquam] umquam P. [u] quod] que P. [w] orbem] urbem P.

[w]Quod concurrit etiam in choriambicum monometrum
32 hypercatalectum, quod Adonidium appellatur. Trimetrus autem acatalectus, qui e tribus, ut,

Cui non dictus Hylas puer.

Hoc [x] ἡμιεπὲς dicitur: quo Simonides frequenter usus est. Tetrametros, qui e quattuor, ut,

Nos patriæ fines, et dulcia.

33 Qui in [y] dactylum desinens Alcmanicum, in spondeum vero [z]Archilochium metrum efficit. Pentametrus [a]acatalectus, qui e quinque, ut,

Phœbus me docuit juga Pieridum sequi.

34 Et hoc Simonidium dicitur. Hexametrum cui sex incisiones sunt, ut,

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Fit catalecticum in [b] syllaba, cujus ea compositio est, ut habeat [c] duos dactylos et spondeum, dehinc totidem dactylos, et in fine syllabam, ut,

Alma parens [d] *genetrix divum decus Oceano.*

35 Nam si una syllaba brevius fuerit a legitimo hexametro heroo, dicetur Diphilium metrum; ita tamen ut ista versificatio tertium [e] pedem spondeum semper
36 habeat. Hoc quoque dignum eruditis auribus non prætermiserim, repertum in hexametro versu dactylico, cui tamen duo cola e duobus dactylis et spondeo constabunt, quattuor pedes disyllabos, id est, trochæum, iambum, pyrrhichium, spondeum, per ordinem semper [f] positos inveniri, si velis alias, quam hexame-
37 tri heroi lex postulat, scandere. Ut est apud Homerum,

Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο τερπικέραυνος.

[w] Quod] qui: et mox P. [x] ἡμιεπὲς] emiepes P. [y] dactylum] dactilicum P. [z] Archilochium] Archilochicum P. [a] catalecticus] catalectus P. Pentameter catalecticus em. Camerar. [b] syllaba] syllabas P. [c] duos dactylos] duo dactyli P. [d] genitrix] genetrix P. [e] pedem] pedum P. [f] positos] potius P.

Et apud nostrum,

Conciliumque vocat [g] *divum pater atque hominum rex.*

Et,

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Et appellatur quadrupes δυοδεκάσημος περίοδος, eo quod 38
quattuor pedes temporum duodecim, [h] quasi per circuitum quendam recurrentes, contineat. Sed de his hactenus. Namque ex heroo metro per adjectionem et 39
detractionem, item per immutationem et concinnationem genera metrorum propagata, quibusve vocabulis nuncupata sunt, decursis speciebus prototypis, de quibus nunc sermo est, persequemur, quo facilius cetera, enodatis atque illuminatis principalibus, [i] intellegantur: nec tamen omnia, quorum infinitus atque immensus est numerus, ausim promittere, sed quæ potior [k] auctoritas adprobat, vel frequens usus celebrando commendat.

Heroici versus hexametri cola seu commata, alia 40
sunt (ut Græci dicunt) ἀρκτικὰ, alia τελικὰ, alia κοινά. E [l] quis alia initiis, alia clausulis versuum connexa respondent, quas [m] partiunculas, si necesse sit, [n] ausim dicere initiales, et finales seu novissimales; communes autem quia et initio et fini societate congruunt. Igi- 41
tur tetrametrus versus herous initialis erit talis,

Odrysium Martem cane barbite.

Finalis seu novissimalis, 42

Odrysio lyra carmine cantat.

Communis autem,

[o] *Mensorem cohibent Archyta.*

Trimetrus initialis, 43

Sic te diva potens Cypri.

[g] divum] diū P. [h] quasi] quibus P. [i] intelligantur] intellegantur P. [k] authoritas approbat] auctoritas adprobat P. [l] quibus] quis P. [m] particulas] partiunculas P. [n] ausim] usim P. [o] Mensorem—Archita] Messorem—Archyta P.

44 Quod metrum [p] Glyconium octasyllabum dicitur. Finalis autem,

Grato Pyrrha sub antro.

Quod [q] Φερεκράτειον ἑπτασύλλαβον appellatur.

45 Dimetrus herous initialis erit,

Arma sonantia.

Novissimalis, [r] qui pentasyllabus dicitur,

Terruit [s] urbem.

46 Nam tam in prima quam postrema parte posita hæc cola, adsumptis reliquis quattuor pedibus, faciunt heroum hexametrum, quæ portiunculæ etiam ex iambico versu per hujusmodi cola decisæ pleraque ex se pari
47 syllabarum ratione metrorum genera procreabunt. Inter hæc, ne ignorasse videar, non prætermiserim, [t] quod ferunt apud auctores exempla repperiri, quibus ostendant hexametrum dactylicum usque ad octametrum disyllabo terminatum processisse, ultra quam proceritatem nihil in eodem scrutandum est.

Cap. III. *De Anapæstico metro.*

Anapæsticum metrum originem trahere a rhythmo dactylico in dubium non venit, cum iisdem temporibus uterque eorum syllabisque subsistat: unde a qui-
2 busdam ἀντιδάκτυλος dicitur. Siquidem dactylus e longa et duabus brevibus, anapæstus e [u] duabus brevibus et longa digesti, situ ordinis tantum discrepare videantur. Dehinc, quod detracta per ἐπιπλοκὴν heroo dactylico prima longa, reliqui pedes in anapæstum [w] reformentur in eo dumtaxat versu, qui quinque continuis per ordinem dactylis currit: ut,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

[p] Gliconium octo syllabum] Glyconium octasyllabum P. [q] φερεκράτειον ἑπτασύλλαβον] pherebration eneptasyllabon P. [r] qui pentasyllabus] quod pentasyllabos P. [s] orbem] urbem P. [t] quod] quia P. [u] duabus] duobus P. [w] reformentur] reformtur P.

Detracta enim *at* syllaba, qua primus in versu dacty- 4
lus constat, erunt reliqui pedes anapæsti, sic,

Tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Recipit autem id metrum pedes quattuor spatio tem-
porum pares, syllabarum numero dispares, spondeum,
qui est anapæsti collectio, dactylum, proceleusmati-
cum, et eundem anapæstum in quacumque sede. Nam 5
cum omnes numero temporum quattuor comprehen-
dantur, tamen divisione longarum vel conjunctione
brevium, cum longæ in breves colliguntur, inter se
variantur, et cum diversis vocabulis nuncupentur,
ejusdem fere generis existunt. Nonnulli in ultima 6
hujus sede ionicum minorem recipiunt, ea ratione,
qua in fine metrum omne varie claudatur: dehinc
quod etiam ab auctoribus studio novitatis quædam
adjiciantur et detrahantur contra quam ratio veteris
disciplinæ permittit. Quod et in ceteris metris datur
agnoscere. Nam et iambus in clausula invenitur, et 7
appellatur Archebulium. At si trisyllabo pede sui
dumtaxat generis terminetur, adæque Archebulion, sed
integrum: nam prius, in quo iambus, ἀπόκροτον dicitur.
Volunt enim sicut dactylicum trochæo ultimo, ita ana- 8
pæstum nonnunquam iambo concludi, si quidem dac-
tylus ut trochæus a longa incipiat, [x] anapæstus autem
ut iambus desinat, quo fit sonorus. Percutitur vero 9
versus anapæsticus præcipue per [y] dipodian, interdum
et per singulos pedes. Est autem percussio cujuslibet
metri in pedes divisio. Exemplum erit tetrametri 10
catalectici, quod est in anapæsticis, nobilis ille versus,

Alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere.

Item,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

Quod genus frequens est apud Aristophanem: unde 11

[x] anapæstus] anapæstum P. [y] dipodian] dipŏdian P.

et [z]Aristophanium vocatur: [a]non quia conditor ejus idem fuit, nam et [aa]Eupolis et Cratinus et alii priores usi sunt eo, verum quia plurimus in hoc metro Aristophanes est, ut,

Mare non amo, quod modo cum placido stetit æquore, litora cædit.

12 Erit ergo exemplum [b]pentametri acatalecti,

Celebret [c]*Phœbus cithara superos omnipotentes, resonetque melos Musis placitum*

13 Tetrametrus autem,

Celebret Phœbus cithara superos omnipotentes, resonetque melos.

14 Trimetrus vero,

Celebret Phœbus cithara superos omnipotentis.

15 Dimetrus autem,

Celebret Phœbus cithara superos.

16 Tres autem pedes, tripodia ut Græci dicunt, dimetrum brachycatalectum faciunt, ita,

Super ardua fertur equis.

17 Placet nunc eodem ordine, quo [d]pentametrum per metra singula [e]detractione pedum ad dimetrum deduximus, [f]sursum versus rursum dimetrum pari lege ad pentametrum perducere, velut,

Lyrico resonet mea Musa potens.

[g]*Delo nova carmina pangere gestio.*

[h]*Adsis age, deprecor,* [i]*o mihi Melpomene nescio.*

[z] Aristophanium] Aristophanion P. [a] non] nam P. [aa] Eupolis] Æschylus edd. esclylus P. [b] pentametri acatalecti] tetrametri acatalectici P. [c] Phœbus] ut Phœbus P. [d] pentametrum] pentametro P. [e] detractione] detractatione P. [f] sursum] susum P. [g] Delo] Melo P. [h] Assis] Adsis P. [i] mihi Melpomene nescio] o mihi Melpomene P.

11. Mare &c.] Lege versum Aristophaneum ita, *Mare non amo, quod modo cum placido stetit æquore littora cædit.* Hoc multum et libenter usus Aristophanes, ut Nebulis, καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κἂν σκώπτῃ τίς σε φλέγεσθαι, Καὶ τῶν θακῶν τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσι. CAMER.

17. Lyrico &c.] Exempla hæc depravata ac mutila ita resarcire conatur Camerarius, ut sit dimeter, *Lyrico resonet mea musa potens.* Trimeter, *Delo nova carmina pangere gestio dulcisona.* Tetrameter, *Assis age, deprecor, o mihi Melpomene fer opem scribere nescio.* Pentameter, *Lyrico resonet mea musa potens Delo nova carmina pangere gestio dulcisona.* COMM.

Scio quæsitum cur dactylicum singulis pedibus, ana- 18
pæsticum per syzygian scandatur, cum inter se omnifariam congruant. Persuasum est nullum metrum 19
hexametro posse esse majus. Igitur cum anapæsticus versus et septem et octo pedum reperiatur, placuisse majoribus eum per syzygias cædi, non alias quam si dactylus supergrederetur hexametrum, utique per sysygias scanderetur. Hoc loco dicam, cur, cum sint 20
duæ periodi, seu stasima, ut quidam vocant, pari inter se conjugatione copulata, alterum vocetur anapæsticon, alterum dactylicon, cum æque in utraque cadant mixti dactylus et anapæstus. Causa talis, quod anapæsticum 21
melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud [l]Accium,

Inclyte, parva prædite patria, nomine celebri,
Claroque potens pectore, Achivis classibus auctor.

Quæ periodus circa sex versatur dipodias. Contra Pa- 22
cuvius novare propositum volens, noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum, quod appellatur, [m]induxit, ut nominis mutatio diversitatem daret, hujusmodi stasimo, seu periodo, usus:

Agite, ite, volvite, rapite, coma tractate per
Aspera saxa et humum, [n]scindite vestem ocius.

Apud [o]Alcmanem, disciplinæ hujus antiquum aucto- 23
rem, reperitur trimetrum catalecticum in syllaba, cui si una longa præponatur syllaba, fiet heroum: quod est tale;

Quamvis ego per montes alacer properarem.

Herous ita,

Sed quamvis ego per montes alacer properarem.

Cujus mensuræ est hoc quoque metrum, quod Messe- 24

[l] Actium] Accium P. [m] inducit] induxit P. [n] scindite] scandite P. [o] Alcmanem] Alcmenem P.

niacum appellatur, et est, ut supra, trimetrum catalecticum in syllaba: verum eo distat, quod anapæstis præcedentibus et spondeis sequentibus habet factas
25 conjugationes, et postremam syllabam brevem. Idem et *embaterion* dicitur, quod est proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis ad incentivum [p]virium per tibias canunt, [q]incedentes ad pedem, ante ipsum pugnæ [r]initium, quod est tale,

Superat montes pater [s]Idæos, nemorumque.

26 Anapæstici autem versus, qui ex spondeo et anapæsto et dactylo, et rursum spondeo et anapæsto et syllaba conponuntur, sunt quidem proceritatis trimetræ catalecticæ:

Pan Mænalio carmine Nymphas properantes.

27 Verum hic versus currit ionico majori, et [t]par ei est, qui Sotadius dicitur, et est,

[v]*Illæ rumpunt teneras uviferæ comas lagei.*

Purum vero anapæsticum tale est,

Nitet aurea purpureæ Veneris coma roscida, lactea cervix.

28 Quod est tetrametrum catalecticum. Cui etiam id quod ex omnibus proceleusmaticis constat, [w]quando uniformitas omnium brevium metrum facere non sufficit, adscribetur: ut est,

Nemus ave reticuit, ager [x]homine sonat.

29 Leges cetera etiam monometra, id est, ultimas metrorum particulas, quæ propagatæ dimetron ex se faciunt, inter metra numerari, e quis dimetron profecto com-
30 positum est. [y]Hæ plerumque in tragœdiis seu comœdiis [z]concitati animi motibus, quos Græci *πάθη* di-

[p] virum] virium P. [q] incedentes] incendentes P. [r] initium] initium. quod est tale P. [s] Ideos] Idaeos P. [t] pars ejus] paneis P. par eis est. ed. Camer. qui correxit pars ejus. [v] Illæ] iliae P. [w] quando] qn̄m P. [x] homine] hominē P. [y] Hæ] Hi P. [z] concitati] sunt concitati P.

25. *ad incentivum virium* etc. COMM.

cunt, exprimuntur, et per interjectionem quorundam [a]affectuum solæ efferuntur, ut *Eheu*, *Papæ*, *Babæ*. Erit ergo monometrum anapæsticum catalecticum, id 31
est, suprema longa deficiente, tale:

Propero pede.

Sane memento metra hujusmodi varie in fine con- 32
cludi, sicut et cetera: nam aut acatalecta, aut catalectica, aut brachycatalecta, aut hypercatalecta ab auctoribus promuntur, ut supra ostendimus. Et super hoc hactenus.

Quantum autem ad metrum comicum spectat, ut 33
paululum evagemur, scio plurimos adfirmare Terentianas [b]vel maxime fabulas metrum ac disciplinam [c]Græcarum comœdiarum non custodisse, id est, quas Menander, Philemon, Diphilus et ceteri ediderunt. No- 34
stri enim in modulandis metris seu rhythmis veteris comœdiæ scriptores sequi maluerunt, id est, Eupolin, [d]Cratinum, Aristophanem. Prologos itaque et prima- 35
rum scenarum actus trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est, tetrametros subdiderunt, qui appellantur quadrati. Postea in consequentibus variave- 36
runt: [f]modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est, semipede adjecto, vel integro pede iambo, vel sesquipede. Hæc per medios 37
actus varie. Rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scena, locarunt. Sed [g]idem quadrati legitimi cum sedecim syllabis juxta jus proprium constare debeant, plerumque inveniuntur viginti aut amplius syllabarum: hinc [h]æstimantur metrum non tenuisse, nec sua lege composuisse. Quod vero ad 38

[a] affectuum] effectuum P. ed. Cam. [b] maxime] vel maxime P. qui paullo ante, evagemus. [c] Græcarum] Græcorum P. [d] Cratinum Aristophanem. Prologus] Craticum Aristophenon. Prologos P. [f] modo] mono P. [g] item] idem P. cum Rufin. [h] æstimantur] æstimatur P. existimantur Rufin.

33. Quantum] Seqq. citat Rufinus de Metr. Com. p. 2707.
ib. metrum] versum Rufin.
ib. ac] ad Rufin.

clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam diverbiis, quæ ex trimetro magis subsistunt, collocari, et præcipue apud Plautum, et Nævium et Afranium. Nam hi maxime ex omnibus membris versuum, colis ab his separatis, licenter usi reperiuntur in clausulis.

Cap. IV. *De Iambico metro.*

Hexametro dactylico trimeter iambicus comparatur, quem Latine senarium nominamus, veluti hexametron, sex enim pedes iambos habet, ut ille dactylos, cum
2 uterque purus ex se figuratur. [i]Trimetrus autem appellatur a Græcis, quia tribus percussionibus per dipodias cæditur. Ideoque dicitur et Homerus in [k]Mar-
3 gite suo miscuisse hos versus tamquam pares. Hujus mensura usque ad pentametrum extenditur; præterea ut heroum metrum incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim, ita et iambicum, velut in his versibus,

Beatus ille qui procul negotiis.

Item septemdecim syllabarum,

Quid ais, [kk]Epidia, tibi facilior erit amor.

4 Sed et tomas quas supra ostendimus, id est divisiones versuum, recipit, [l]penthemimerem et hephthemimerem,
5 id est, quinariam et septenariam. E quibus penthemimeres in trimetris satis [ll]probatur, quæ per binos iambos et semipedem verba finit, ut est,

Divi potentes ferte lassatis opem.

Pessimus autem qui singula verba in dipodiis habet, qualis est,

Præsentium divinitas cælestium.

[i] Trimetrus] Trimetros P. [k] Margite] Margine P. [kk] Epidia] F. Epidice. [l] penthemimeren et hephthemimeren P. penthemimerin et hephthemimerin ed. Cam. quæ mox penthemimeris. [ll] probatur quæ] probat qui P.

Igitur cum constet esse inter hos versus quandam 6
cognationem, probabimus omnia metra ex his pro-
fluere fontibus, et ad hæc [m]referri veluti capita, neque
ullam aliunde, quam ex his esse originem metrorum
in tam inmensa varietate. Appellatur autem iambi- 7
cum [n]ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, quod Græce significat *maledi-
cere* et *carpere*. Est enim hoc carmen aptum lacera-
tioni et conviciis, plerumque trimetro versu epodo se-
quente compositum: ut,

[o]*Mala soluta navis exit alite,*
Ferens olentem Mævium.

Et Archilochus in [p]Lycambam hoc metro sævit. Igitur 8
iambicum metrum ne propter angustam brevitatem
sui pedis, videlicet in tria tempora coartati, verba
[q]plura excludendo minus [r]apte aut metrum pangeret
aut sensum exprimeret, placuit conditoribus [s]adscito
spondeo, et [t]qui ex eo per divisionem temporum gig-
nuntur, per dipodias id scandere. Unde intellegi datur 9
iambica metra ex iambo et spondeo et eorum solutione
subsistere. Nam ex iambo tribrachus, ex spondeo au-
tem soluto dactylus et anapæstus creantur. Recipit 10
itaque iambicus versus in disparibus locis, [v]quas Græci
περισσὰς χώρας vocant, id est primo, tertio, et quinto,
cum est tragicus, spondeum, dactylum, anapæstum: pa-
ribus autem, quas ἀρτίους χώρας dicunt, eos qui brevi
syllaba incipiunt, id est, iambum, tribrachum, anapæ-
stum. Sexto autem loco quidam volunt recipi pari- 11
ambum, ex contemplatione qua herous in ultimo tro-
chæum. Lego præterea in fine versus dumtaxat cata-
lectici tetrametri bacchium a brevi incipientem, vel
amphibrachum propter novissimæ syllabæ indifferen-

[m] referri—capita] referre—kapita P. [n] ἀπὸ τοῦ] παρα το P.
[o] malo] mala P. [p] Lycamben] Lycambam P. [q] pura] plura P.
[r] apte] apta P. [s] asserto] adscito P. [t] qui] quæ P. [v] quos] quas P.

12 tiam admisisse quosdam; in [w]fine autem acatalecti omnino iambum seu tribrachum [x]ejus progeniem jure [y]constitui, quique in catalecticis secundam ab ultima
13 sede probabiliter obtinebunt. Movit nonnullos iambico metro trochæum minime sociari, quippe cum tribus temporibus ut idem iambus constare videatur, posset quidem sub hujusmodi parilitate misceri, sed ne præcedente iambo subjunctus trochæus antispastum pedem aut ionicum metrum efficeret, dempta ex iambo prima brevi, sequentibus dehinc per ordinem duabus longis totidemque brevibus consequenter prospectum est, præsertim ne id rursus in trochaico interpositus
14 iambus pari more faceret. Nam aut choriambum aut ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος præeunte trochæo subjunctus iambus, dempta, ut supra, prima longa faceret, [z]quod adæque observatum est in dactylico et anapæsto, ne copulati proceleusmaticum ex se medium gignerent.
15 Improbatur autem apud tragicos versus ex omnibus iambis compositus: nam quo sit amplior et par tragicæ dignitati, interponunt frequentius in locis dumtaxat imparibus pedum dactylicorum moras et spondeum.
16 Similiter apud comicos laxius spatium versibus datum est. Nam et illi [a]loca, quæ propria iambo debentur, spondeis occupant, dactyloque et anapæsto locis adæ-
17 que disparibus. Ita dum cotidianum sermonem imitari nituntur, metra vitiant studio, non imperitia, quod frequentius apud nostros quam Græcos invenies.
18 Genera autem iambici metri sunt duo, nam ex his alia integra, alia clauda, quæ scazonta seu choliamba vocant,

[w] fine] finem P. [x] ejus] et ejus P. [y] constitui quique] constituti quique P. *constitui* correctio est Camerarii. [z] quod] qui P. [a] loca quæ] loco qui P.

15. Improbatur] Seqq. habet Rufinus de Metr. Com. p. 2708. ib. iambo debentur] debentur iambis Ruf.
16. versibus om. Rufin.

inducuntur: quorum differentiam [b]penultima versus syllaba demonstrabit. Nam si brevis contigerit, erit 19
rectum et integrum iambicum, ita,

Vigoris adde concitum celer[em] pedem.

Sin vero longa, delumbe et claudum, ut est,

Novitate [d]ductus non (ut) inscius legis.

le longa, quæ penultima repperitur, metrum corrumpit. Hujus repertor Hipponax, nam pro iambo in- 20
ductus trochæus contra legem trimetri iambici metrum innovavit, quod adæque ex spondeo contingit. Igitur iambicus pentameter compositus auctore Archilocho ex trimetro et dimetro acatalectus erit talis,

Beatus ille qui procul negotiis, ut prisca gens mortalium.

Trimetrus vero,

Beatus ille qui procul negotiis.

Dimetrus quoque, quod Archilochium vocatur,

Beatus ille qui procul.

Id si fuerit brachycatalectum, Eupolidion nominatur: 21
sin vero catalecticum, Anacreontion: sin autem hypercatalectum, Alcaicon dicitur. Trimetri igitur iam- 22
bici [e]acatalecti genera sunt quattuor. Hi nunquam semipede ut tetrametri, sed semper integro concludunt pede, quo pæne omnes tragœdiæ et comœdiæ scriptæ sunt, quorum prius tragicum, dehinc comicum, et iambicum, post satyricum habebitur. Et tra- 23
gicum quidem, cujus in versu erunt dextri spondei, si-

[b] penultima] pæne ultima P. et infra. [d] ductus est] est om. P. ductus non est Ruf. [e] acatalecti] et catalectici P.

18. inducuntur] sunt Ruf.

19. celerem] *celer* ex Terentiano Santen. p. 341.

ib. Hujus repertor] Lege *hujus repertor Hipponax dicitur.* Trimetro igitur iambico et superius rursum scito adduci locum de Victorino in illis quæ Rufino ascribuntur de comicis versibus, et exemplum ita, *Novitate ductus non ut inscius legis.* CAMER.

ib. inductus trochæus] inductis trochæis Ruf.

nistri iambi, id est, disparibus pares subditi. Hujus exemplum,

Musæ Jovem laudate concentu bono.

24 Comicum autem, quod anapæstum et tribrachyn prædictis admiscet, ut,

Agite quid [f]*dubitatis agiles dare nunc choros.*

Iambicum autem [g]quod ex omnibus iambis nullo admixto subsistit, quo iambographi maxime gaudent, ut,

Beatus ille qui procul negotiis.

25 Superest satyricum, quod inter tragicum et comicum stylum medium est. Hæc apud Græcos metri species frequens est sub hac conditionis lege, ut non heroas aut reges, sed satyros inducat, ludendi jocandique causa, quo spectatoris animus inter tristes res tragicas satyrorum jocis et lusibus relaxetur, quod Horatius his versibus testatur,

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestis satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate jocum temptavit, eo quod
Illecebris erat, et grata novitate morandus
Spectator.

26 Quod genus nostri in Atellanis habent. Gaudent autem trisyllabo pede, et maxime [gg]tribracho. Exemplum hujus,

Musæ Jovem laudate et agiles date choros.

27 Inter hæc non supersederim pauca etiam de chorico metro dicere, quod est frequens in tragœdiis: incipit autem a [h]dimetro, tamquam,

Non labor jam.

[f] dubitatis agiles dare nunc] dubitant nunc agiles dare P. [g] quod] qui P. [gg] tribracho] tribrachy P. [h] dimetro] dimetros P.

26. Atellanis] Diomedes docet interesse hoc inter satyram Græcam et Atellanas, quod illa risum movere introductis agrestibus personis Satyrorum et Faunorum studeret, hæ ad eundem finem producerent personas leves et obscœnas. CAMER.

[h]quodque erit et monometron, [i] si ut Græci per [k] syzygias scandas. Eas vero sedes quas iambus in suo pos- 28
sidet, has in choricis trochæus tenet. Porrigitur autem usque ad trimetrum versum, tamquam,

Nunc Jovem litemus [l] *ac oremus supplices.*

Recipit spondeum e contrario iambicis versibus. Amat 29
autem longas in breves solvere, ut [m] non tam spatia temporum quam numerum duplicet syllabarum. Ideoque trochæi seu spondei regionibus recipiet tribrachyn, ut,

Nemore [n] *dulcisonos cantus personat.*

Admonemur hic quod apud Græcos celebratur non 30
prætermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem iambicum metrum in octametrum versum extendisse, sub hujusmodi epigrammate,

Βόϊσκος ἀπὸ Κυζίκου, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

Quod si imitandum est, apud nos erit et iambicus talis : 31

Beatus ille qui procul negotiis forensibus
[o] *Ruris sub umbra frigidi vitam quiete placat.*

Qui constat ex duobus tetrametris, superiore [p] acatalecto, sequente catalectico, quod enorme esse manifestum est, cum ultra numerum triginta temporum egressum sit : traditum est enim colum intra decem et octo tempora esse debere, metrum autem ex duobus colis subsistere, nec provehi longius oportere, si-

[h] quod quærit] quod querit P. [i] si] sic P. [k] syzygias] synzyas P. [l] ac oremus] et oremus P. [m] non tam] non P. [n] dulcisonos cantus] dulcisanes cantu P. [o] Curis—frigida] Ruris—frigidi P. [p] acatalecto] acatalectico P.

31. *colum intra*] Curavimus ita excudi hoc quoque ut in codice scripto inveniebatur. Sed res ipsa clamat locum esse mendosum. sensus quidem erat planus si legeretur *decem et quinque*, sed tam audace in mutatione, præsertim cum paulo post eadem de re idem numerus ponatur, malo unicuique relinqui æstimationem et judicium suum. CAMER.

quidem unaquæque duum pedum conjugatio octo tempora colligat, id est, aut spondei et anapæsti, aut dac-
32 tyli et anapæsti, aut duum anapæstorum. Hi sunt enim qui præter ceteros pedes in iambicis metris temporibus abundant; qui fit, ut tres pedes per syzygiam viginti quattuor temporibus impleantur: quartus vero qui est catalecticus sex temporibus terminetur, scilicet ut intra triginta tempora versus habeatur.
33 Plerique auctorum nobilium id obtinuerunt, ut iambicum trimetrum, quod acatalecticum nominatur, [r] duodecim syllabis terminaretur, quod tunc evenit, quotiens e spondeis et iambis pedum conjugatio sociatur, at enim incurrentibus ceteris pedibus, et syllabarum et temporum incrementa nascuntur, et nihilominus sunt iambici versus constante mensura, et syllabarum [s] quidem incrementa sic [t] recipit, ut a duodecim syl-
34 labis ad octodecim syllabas protendatur. Temporum autem ita versus habet incrementa, ut ab octodecim temporibus ad viginti quattuor porrigatur, novissima etenim syllaba indifferens habetur, licet brevis sit, ut et longæ vicem præbeat. Tragici autem auctores, et comici, paulo plura et in syllabis et temporibus incrementa fecerunt, quippe cum quidam inductis tetrametris, novitatis studio ausi sint contra præscriptum triginta temporum duo adjicere, nec quisquam ulterius postea.

[r] duodecim] XI P. [s] quidem] quod P. [t] recipit] recepit P.

33. *octodecim*] *septendecim* vel scribendum est, vel intelligendum, ut hac particula usque octo excludantur, et definiantur septem. Nam et hoc ante sic esse plane docuit Victorinus, et ratio in promtu est. Trimeter enim iambicus senis pedibus incedit, e quibus ultimum esse disyllabum oportet, ita relinquentur quinque cæteris, qui singuli trisyllabi fieri possint, syllabæ decem et quinque, his addatur sextus pes disyllabus, consummabantur ita syllabæ XVII. CAMER.

CAP. V. *De metro Trochaico.*

Trochaicum metrum eosdem pedes quos et iambicum recipere manifestum est, eadem enim utriusque progenies est, excepto dumtaxat iambo, simili inter se contrarietatis ratione, qua et trochæi in iambo excluduntur. Quamquam Terentianus, non pænitendus inter ceteros artis metricæ auctor, sedulo refragetur. Nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimam iambo adsignat, cum idem ab iambico metro trochæum excluserit. Præterea cum videret ex trimetro iambico adjecta prima longa per ἐπιπλοκὴν, id est *amplexionem*, de qua supra [v] dictum est, trochaicum versum integrum [w] propagari, tamquam,

Est celer phaselus ille quem videtis.

Nam dempta syllaba *est* redit ad iambum. Ergo iambi locum in hoc trochæus obtinuit: pari ratione, detracta rursus eadem, erit iambicus. Sed et omnis trochaicus purus, id est ex se compositus, accepta in principio versus brevi syllaba iambicum metrum reddet. Idem et translationis syllabarum, cum initiales ad finem, vel finales ad initium versus transferuntur, efficiens, [x] si longa in brevem feratur. [y] At iambus [z] contrario situ temporum tardior, unde ei etiam, ut quidam putant, inditum nomen est, iambo ἀπὸ τοῦ [a] ἰέναι, id est *ire*, [b] appellato: admittit et amphimacrum in catalectico versu ultimum, et maxime in comicis, propter novissimæ syllabæ indifferentiam. Claudum autem id metrum, id est scazon, ita fiet, si spondeum in ultima dipodia versus catalectici tetrametri secun-

[v] dictum] dictum est P. [w] prorogari] propagari P. [x] si longa] longa P. [y] At Iambus] Et iambus P. [z] contraria serie] contrario sit ut P. [a] ἰέναι] εναι P. [b] appellato] appellatus P.

dum a supremo pede posueris: nam e contrario in hoc quam in illo erunt dextri trochæi, sinistri, si tamen admittendi sunt, iambi, dumtaxat in tragicis. Feritur per dipodian, et erit exemplum tetrametri catalectici, quod Hipponacteum vocatur, tale,

Cerne Crasse pœna quanta sit Deum fatiganti.

Non amat autem verba per syzygias terminare. Sic enim [c]decentior erit.

7 Tetrametrum brachycatalectum trochaicum, si de solis trochæis subsistat, ad ionica metra, quæ ἀπὸ μείζονος appellantur, transitum faciet, quæ Sotadia dicuntur, ut est,

Arma qui capit sub idem Martiumque tergum.

Per omnia enim loca Sotadium metrum trochæos ad-
8 mittit et solutiones ejus. Tetrametrum autem catalecticum, quod Archilochium et Epicharmium vocatur, præter cetera [cc]inlustre, est aptum festinis narrationibus; est enim et agitatum et volubile: veluti,

Tale, quale vere dulce sibilat teres donax.

Verum hujus tetrametri trochaici quattuor traduntur genera hæc: Archilochium, item tragicum, comicum,
9 [d]et satyricum. Volunt enim Archilochium esse, [e]quod ex omnibus trochæis constat: tragicum autem quod plures spondeos habeat, et sit elatius: comicum vero quod solutiones habeat complures. Item,

Juppiter tremenda sancte [f]tela qui regis manu.

10 Et præcipue dactylos et anapæstos. Satyricum quoque

[c] decentius] decentior P. [cc] illustre] inlustre P. [d] etiam] et P. [e] qui] quod P. [f] tela qui regis manu] qui regis manu tela P.

9 Volunt enim] Videtur incuria librarii confusus ordo versuum, et fortasse ita fuisse in archetypo, "volunt enim Archilochium esse, "qui ex omnibus trochæis con- "stat, ut est, *Juppiter tremenda* "*sancte tela qui regis manu.* "Tragicum autem quod plures "spondeos habeat, et sit elatius. "Comicum vero quod solutiones "habeat complures, et præcipue "dactylos et anapæstos." CAMER.

cum plurimas habeat, ut superius, solutiones, frequenter tamen tribrachyn pedem, ut est,

Qualis aquila cita celeribus [g] *rapida pinnis transvolat.*

Sane generale illud in hujusmodi metris præceptum 11
tenebis, quod et supra diximus, particulas quasdam breves veluti commata metro stare, sicut in tragœdiis aut comœdiis repperimus, ut *Papæ*, *Eheu*. Sunt enim 12
monometra, id est ex uno pede, altero [h] iambo, altero spondeo, subsistentia, quibus affectus exprimimus animorum. Igitur pentametrus acatalectus erit talis,

Phœbe tu lyra sonante flecte corda cum sorore [hh] *canticisque.*

Tetrametrus autem, 13

Phœbe tu lyra sonante flecte corda cum sorore.

Qui si catalexin habuerit, Euripidium vocatur: veluti,

Phœbe tu lyra sonante jam mihi.

Dimetrus autem, 14

Phœbe tu lyra sonante.

Quod Angelicon vocatur. Quod si uno pede [i] brevius quam nunc est fuerit, erit ithyphallicum metrum, inventum ab Archilocho, e tribus trochæis conjunctis: ut,

Bacche plaude Bacche.

Quod in honorem ejusdem dei [k] poetæ compositum protulerunt.

CAP. VI. *De Choriambico metro.*

Choriambicum metrum compositum ex duobus e [l] quis originem trahit, etiam nominis appellatione declaratur. Nam *trochæum* veteres *chorium* appellant. Subsistit autem nunc e puris choriambi conjugationibus, ita,

Uror amoris stimulo, cor quatit artis pavidos.

quod est tetrametrum acatalectum: nunc admixta et

g rapida] rapienda P. h iambico] iambo P. hh canticisque] candidisque P. et mox, vocetur. i brevius] brevis P. k poetæ] poetæ compositum P. l quibus] quis P.

posita in quacunque sede iambica basi. Cujus etiam conclusione finiri præcipue [m]studet, ut est hoc, quod habet duas iambicas priores conjugationes, tertium choriambum, ultimam iambicam clausulam, velut hoc tetrametrum catalecticum,

Apes legunt mel ex rosa, tu labio ministras.

Recipit [n]etiam tribrachyn, eo quod ex iambo vel trochæo solutis nascitur: raro autem molossum, qui ex ipso formatur duabus mediis brevibus in unam longam conjunctis, haud alias quam supra tribrachyn per divisionem longæ fieri diximus. Hoc genus catalecticum fit, vel bacchio a brevi incipiente, vel eo, [o]qui amphibrachys vocatur. Nam sicut sæpe diximus, novissima indifferens est. Quod genus si hexametrum sit, [p]Philicium de auctoris tragœdiographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris et Liberæ: ut est,

Frugiferæ sacra deæ, quæ colitis, mystica sunt nota Jovi potenti.

Scanditur autem per dipodias, cujus exemplum in tetrametro catalectico,

O cate rerum sator, o principium deorum.

Monometrum autem choriambicum hypercatalectum, quod etiam dactylico dimetro catalectico concurrit, est tale,

O quis ad omnem
Spem [q]*Cythereæ.*

Igitur ut a fastigio metri ad minora decursum habeamus, erit in hoc hexametrum catalecticum quod [r]Philicium nuncupari diximus, quodque constat ex quinque choriambis et bacchio ultimo, ita,

Lydia dic perdere cur hunc cupias, quid retices, quid dubitas, quid hæres.

[m] studium] studet P. [n] autem] etiam P. [o] qui amphibrachus] quod amphybrachys P. [p] Phrynichium] filicium P. Mox *Liberæ* editum pro *Liberi*. [q] cithareæ] cythereæ P. [r] Phrynichium] philicium P.

Pentametrum autem, quo frequenter Cratinus usus 7
est, catalecticum, sic,

Lydia dic perdere cur hunc cupias, quid retices [s] *maligne.*

Tetrametrum vero,

Lydia dic perdere cur hunc cupias, quid ais?

Trimetrum etiam, quod et Aphrodisiacum dicitur, 8

Lydia dic perdere cur hunc velis.

Dimetrumque,

Lydia dic canoro.

Huic si primam longam mutaveris, id est, si trochæo retracto iambum posueris, metrum antispastum, quod est huic contrarium, figurabis, ut,

Libens Lydia dic cur.

Invenimus plerumque et alios choriambicos tetrame- 9
tros catalecticos versus, in quibus omnes longæ initiales choriamborum [t]pedum syllabæ in duas breves divisæ ambiguum versum efficiunt: erunt enim conjugationes de tribracho et iambo formatæ: tamquam,

[u] *Super agit aura mare ferens procul acatos biremis.*

Hoc quoque, ne præterisse ignoratione videar, attin- 10
gam. Legimus apud Horatium in ea ode, cujus [v]initium est,

Lydia dic per omnes
Hoc deos [w]*vere,*

legem metri admisso spondeo minime custoditam, id est *os* [x]*ve*. Nam iambum illic, qui trochæum sequitur, esse convenerat. Quod si legem metri in omni 11
versu servare voluisset,

Hoc [y] *dea vere*

posuisset, ut esset choriambus pes habens clausulam antibacchi ultimam hujusmodi,

[s] maligna] maligne P. maligna correctio est Camerarii. [t] pedum] pedem P. [u] Super agit] Camerarius corr. super abit. [v] initium] initium est P. [w] oro] vere P. [x] or] ve P. [y] deos oro posuisset] dea vere potuisset P.

Cur properas amando.

12 Quod silentio dari haud passus sum. Sicut et hoc [y]heptametrum catalecticum choriambicum purum, quod Phrynichum comicum, auctorem ejus artis tradidisse, et sui nominis appellatione signasse dicunt. Nam est tale,

Da mihi [z]*poclo Veneris mixta* [a]*Thyoni gena vel gratia quod de* [b]*roseo labello.*

Ultra quam proceritatem choriambicum non facile possis repperire.

Cap. VII. *De metro Antispastico.*

Scio quosdam super antispasti specie recipienda inter novem prototypa dubitasse. Nam raro admodum veteres integrum ex eo carmen, quod sit natura scabrum inter rhythmos atque asperum, composuisse perhiben-
2 tur. Verum cum idem pari cognatione, qua et inter se alii pedes de quibus supra dictum est, cum [c]choriambo copuletur, siquidem antispastus duabus utrimque brevibus duas longas in medio sitas habeat, choriambus autem duabus utrimque longis medias breves teneat, consentanea ratione locum eidem auctoritatemque inter principalia, id est primiformia, novem metra, ipsa parilitatis, qua [d]inter se congruunt, contempla-
3 tione, vindicandam esse dixerunt. Quid ergo super hoc in dubium primos auctores deduxerit, plenius referam. Conjugatio antispasti, ut Juba noster atque alii Græcorum opinionem secuti referunt, non semper ita perseverat, ut in principio pedis iambus collocetur.

[y] hexametrum] eptametrum P. [z] poclo] proclo P. [a] Thyoni] Thyoni gena vel P. [b] de] et P. [c] Choriambico] Choriambo P. [d] inter] vel P.

12. Thyoni &c.] In hexametri choriambici exemplo abundat syllaba in Thyoni, quod et ipsum sane quid sit non apparet, sique scribas Thyo versus constet. Thyon autem, odoriferæ arboris nomen, unde θυΐνος, quod Horatius contracte dixit *Thyna merce*. CAMER.

Indifferenter enim auctores lyrici metro antispastico 4
initia [e]præstiterunt, sæpe enim pro iambo primo aut
spondeus, aut trochæus, aut pyrrhichius ponitur, qua-
rum differentiarum exempla promemus. Nam si sit 5
juxta legem pedis ex iambo et trochæo initium metri,
fit purum antispasticum metrum acatalectum, quod ta-
men iambica depositione concluditur: ut,

Erat sus Calydonius edax et fera belua.

Si autem spondeus pro iambo ponatur, fit conjugatio 6
pro antispasto epitriti quarti: ut,

O qui præter agis cæruleo flumine limites.

Si vero a trochæo fiat initium, erit ex ditrochæo con-
jugatio: ut,

Aura purpureum per pelagus segniter ad petras.

Si autem a pyrrhichio, fit conjugatio pæonis tertii: ut, 7

Domus alta fuit, quæ Danaen Acrisii tegens.

Quæ commutatio plerumque inter initia versuum fit,
nec facile in medietate, nisi in eo genere versuum, quæ
ἀσυνάρτητα, id est inconnexa, sunt, repperitur.

Est autem antispasticum monometrum hypercatalec-
tum, quod et dochmiacum dicitur,

Volat [f]præpetes.

Dimetrum brachycatalectum, quod quidam Φερεκράτειον 8
ἀτελὲς vocant,

Choreis cantat,

Trimetrum catalecticum Anacreontium: ita,

Amor te meus o pulchra puella.

Tetrametrum acatalectum,

Amor sidereus cor pepulit flammigero æstro.

Pentametrum acatalectum Alcacium,

[e] præstiterunt] perstiterunt P. Santen. Ter. Maur. p. 130.

[f] præpes] p̄petes P. præpetes

7 Dochmiacum] a dochmio δοχμιακὰ et δοχμιάζοντα metra dicuntur, est autem in verbo obliquitatis significatio. CAMER.

[g] *Rogas, non amo, sic se solet accola fugo canthara comere.*

9 Hæc de simplicibus antispastis. Quæ admixta sunt iambicis conjugationibus antispastica et jucundiora sunt et sonora, quod accidere etiam in choriambicis versibus diximus, quadam iamborum pedum quasi conjugatione conjuncta, veluti trimetrum catalecticum, quod solam habeat primam conjugationem [h] antispasticam, pars autem ejus residua iambico dimetro catalectico suppleatur: ut,

Libens hoc tibi persolvo, amare nolo quemquam.

10 Tetrametrum catalecticum quod habet iambicam conjugationem: ut,

Flavo crine superbit, et gaudet Æacides jam.

Tetrametrum brachycatalectum quod habet alternos [i] antispastos et diiambos pedes. Incipit autem ab antispasto: ut,

Agebat volucres equos [k] *Maronis Amyntas.*

11 Item ex duobus antispastis et iambico dimetro catalectico: ut,

Amorum comites sunt Venus et Cupido nobis.

Memineris sane, ne te forte confundat in quibusdam antispastis colis numerus plurium syllabarum, nam ubi solutio longæ syllabæ fit, syllabarum quidem numerus augetur, temporum autem perseverat. Vitat autem hoc metrum suis pedibus concludi. Nihil enim erit hac pedum clausula asperius, nihil durius.

CAP. VIII. *De metro Ionico ἀπὸ μείζονος.*

Ionicus a majore, quem musici *ἀπὸ μείζονος* vocant, constat, ut supra docuimus, ex duabus longis subjectis

[g] Rogas] cum rogas P. [h] anapæsticam] antispasticam P. [i] anapæsticos] antispastos P. [k] Maronis] Marotis P.

8. Rogas non amo] Nihil possum de hoc exemplo corrigendo afferre in medium: quæramus igitur amplius. CAMER.

sibi totidem brevibus: id est, ex spondeo et pyrrhichio, vel ex molosso novissima ejus longa in duas breves divisa, quem merito utraque ionica admittunt. Ex quo intelligitur, in his arsin et thesin non in æqualitatis sed in dupli ratione consistere. Nam supra do- 2
cuimus ea esse optima metra, quæ æqualitatis ratione constant, propter quod utrumque hoc ionicum, quando ex dupli ratione subsistit, magis rhythmis quam metris proximum est. Admittit autem solutionem duarum præcedentium longarum, varie: nam primæ longæ solutio syllabæ facit ex anapæsto et pyrrhichio conjugationem; secundæ vero ex dactylo et pyrrhichio habebit copulationem, quæ sunt communes utrisque ionicis. Nam si tertiam longam minoris ionici in duas 3
breves dividas, fit ex pyrrhichio et anapæsto conjugatio: si autem quartam, ex pyrrhichio et dactylo, temporibus dumtaxat in sua mensura ac spatio, quo [l]censentur ionici, permanentibus. Recipit, ut diximus, et 4
hippium, id est molossum e tribus longis, dumtaxat in [m]fine, et appellatur metrum Cleomachium, nam si majoris ionici duas breves in unam contrahas longam, (pari etenim lege ut longa in duas breves solvitur, ita duæ breves in unam longam connectuntur,) ergo si breves in unam longam contrahas, eveniet ut sequentibus aliis longis duabus ejusdem pedis quinque continuæ longæ syllabæ fiant, et incertum sit, utrum molossus an spondeus prior positus habeatur. At in eo qui a minori est 5
ionicus, [n]idem contra est. Primæ enim ejus duæ breves conciliatæ molossum facient, dehinc sequens ionicus a brevi initium sumet, [o]ex quo fit, ut quinque longarum continuatio ejusdem interjectione secernatur. Ergo ob- 6
servabimus pedem molossum majori ionico in fine,

[l] censentur] censetur P. [m] fine, et] fine P. [n] idem] id est P. [o] ex] et P.

minori autem [p]inter initia ponere, et cavere ne in medietate collocetur. Recipit hoc metrum trochaicas [q]bases, id est duplicem trochæum, qui totidem temporum est, sicut [r]et iambicas bases [s]choriambicum et antispasticum, quod fieri dicunt, sed et vocant, κατὰ συμ-
7 πάθειαν. Similiter anapæstum et pyrrhichium geminatos recipit, adæque et tribrachyn cum trochæo, seu contra mutato situ, sociatos dumtaxat admittit, quod fit, ut supra ostendimus, cum longæ solvuntur in breves, etiam in trochaica conjugatione, quam familiariter suscipit, quæ conjugatio pedem tetrasyllabum ditrochæum, id est duplicem trochæum, quem dichorium in Oratore Cicero noster appellat, efficit. Ionicum metrum quidam [t]a genere hominum vocabulum accepisse existimarunt, quod in rhythmo et satis prolixum et satis molle, sicut ejusdem gentis homines adseveran-
8 tur. Scanditur autem per dipodias: erit igitur hujus monometrum acatalectum tale,

Phœbus comes.

Hypercatalectum,

Per [v]Leucadiæ.

Dimetrum autem,

Hostem tegere est paratus.

Hujus brachycatalectum,

Veris coma florens.

9 Trimetrum vero acatalectum,

Hostem tegere est paratus et stat ipse.

Hujus hypercatalectum,

Lex hæc fuit olim puerorum Stephano.

Tetrametrum autem brachycatalectum, ut,

Hostem tegere est paratus [w]et stat ipse nudus.

[p] intra] inter P. [q] bases] basis P. et inf. [r] iambica] et iambicas P. [s] choriambicam et anapæsticam] choriambicum et antispasticum P. [t] a genere] genere P. [v] Leucadiæ] Leucadia P. [w] est et] et stat P.

In quo unus ionicus, et trochæi quinque sunt. Hujus acatalectum,

Uvas nitidis frondibus Evan hederis illigat.

Item catalecticum primæ syllabæ solutionem [x]passum 10
hujusmodi,

Mea Delia casta, pulchra, pæne siderum decus.

In quo unus ionicus et quinque continui trochæi. Pentametrum quoque brachycatalectum erit tale,

Dictynna deum progenies, aspice quis te chorus astris.

Præterea et ex se sine ulla pedum admixtione compo- 11
nitur, et per se stat integer per [y]συνάφειαν, ut Græci dicunt, id est, cum repetita identidem vice breves longis, aut contra, brevibus longæ subjiciuntur. Atque ita inter se alterna mutatione variantur, quos ἀπὸ μείζονος 12
et ἀπὸ ἐλάσσονος musici vocant, ut apud Horatium,

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Hujus primordio si adjicias *O quam*, erit ionicus ἀπὸ μείζονος adjectione spondei: ut,

O quam miserarum est neque amori dare ludum neque dulci.

Adæque ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος ex ἀπὸ [z]μείζονος creabitur, 13
demptis duabus longis, quæ in principio versus locatæ repperiuntur: ut est,

Galli timidi semianimes tergora vertunt.

Ionicus autem Sotadeus constat ex spondeo et pari- 14
ambo alterna vice sine intermissione currentibus, ea tamen lege, ut a spondeo incipiat, et spondeo terminetur, sicut ionicum decet, ut in longas desinat syllabas; unde ionicus major, qui duabus brevibus terminatur, assumit sibi plerumque in ultimo duas longas, ut sit versus e tribus syzygiis et semipede spondeo: ut est,

O mel quod apes omnibus e floribus [a]*libant.*

Insigne est tale autem ionici tetrametrum brachyca- 15
talectum: ut,

[x] passum] passus P. [y] *συνάφειαν*] *συναφιαν* P. [z] *μείζονος*] *μειζονε* P. [a] libant. Insigne] libanisigne P.

Dic nunc, age Clio, mihi dic nobile carmen.

Id autem quod trochæum recipit Praxillium dixerunt metrum [a]a Praxilla poetria Sicyonia, quod est trimetrum brachycatalectum habens semper in secunda regione trochaicam basin post ionicam primam, tamquam,

Te nunc rogo Phœbe dulce melos.

Item,

Qui nunc hilares litare deam.

16 Incidunt autem, ut supra diximus, in hoc metro plures pedes, quibus mollius redditur frequenti syllabarum adjectione, tamquam,

Genus unde Latinum. Rogo genus unde Latinum.

Nam pro spondeo positus est anapæstus in primordio trium [b]quidem syllabarum, sed tamen temporum totidem, qua conditione et tribrachys pro trochæo plerumque admittitur, nec enim numero syllabarum metra,

17 sed temporum spatio, examinanda sunt. Sed et dactylus nonnunquam ea lege in Sotadeum metrum cadet: ut est,

Dicite, rogo vos, dicite, quid ita rapitur Attis.

Et, quod magis mirum videri posset, totus [c]Sotadeus versus ex [d]trochæis pedibus poterit ordinari, ut duo habeat ithyphallica metra, inserto medio trochæo, qui [e]est septimus, veluti,

[f]*Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche.*

18 Quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, id est e tribus brevibus, ejusdem rationis et numeri licet adcrescentibus syllabis, temporum tamen lege servata, versus efficietur melior, dum celerioris soni vibratione decoratur: ut est,

[a] ut metrum Praxillæ poetriæ Sycioniæ] ut metrum a praxillide poetria Sycionia P. Correxit Camerarius: sed nos fortasse lenius. [b] quidem trium] trium quidem P. [c] Sotadēs] sotadeus P. [d] trochaicis] trocheis P. [e] est] erit P. [f] Bacche sexies tantum P.

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.
Item,

Frena capere, tela quatere, saxa jacere disce.

Et [g]quia fluit numeris, ut rhythmus accipitur. De- 19
hinc quia aptum saltantibus videtur, [h]*ὑπορχηματικὸν* a Græcis dicitur. Sed et ithyphallicum metrum e tribus trochæis connexum sæpe hunc tribrachyn sibi inserit: ut,

Hasta [i]*viridis armet.*

Item,

Placidus percipe munus.

Quod necessario insinuandum esse lectori censui, ne ithyphallicum metrum e tribus semper trochæis subsistere audacter ac temere pronuntiaret.

CAP. IX. *De metro Ionico ἀπὸ ἐλάσσονος.*

Ionicus minor, quem musici *ἀπὸ ἐλάσσονος* vocant, contrario quam superior situ temporum, priorem habet pariambum, sequentem spondeum, et [k]hos invicem, ut superior, sine fine [l]currentes. Adæque spondeo terminatur, ut ionico congruit, nam semper affectant hi longis syllabis terminari, qui cum divisus est, integris syzygiæ ex qua constat temporibus efferatur. [m]Quæ si velut ad rhythmum digesta decurrunt, aptior 2
ac pulchrior habebitur. [n]Nam solutis longis, sive utraque ejus, sive alterna in duas breves, seu contra connexis in unam longam duabus brevibus, vim propriæ naturæ modumque corrumpit, atque ex se diversa genera speciesque producit. Unde plerumque recipit

[g] quod] quia P. [h] *ὑπερχρωματικὸν*] hyperchrematicon P. [i] viridis] viriperdis P. [k] hoc] hos P. [l] currens] currentes P.
[m] Quæ si] Qui P. [n] Nam] non P.

19. *ὑπερχρωματικὸν*] Lego *ἐπορχηματικόν*. COMM. *ὑπορχηματικὸν* Nunnesius ap. Santen. Ter. Maur. p. 100.

in principio versus bacchium longis incipientem, et pæonem tertium, quorum uterque quinque temporum
3 spatio extenditur. Catalectum autem fit anapæsto, aut eo qui amphibrachys vocatur. Huic cum esse sena tempora in singulis conjugationibus, utpote ionicorum, oporteat, necessario trochæus aut ejus basis adnectetur, ea contemplatione imminuta, ut dipodiæ superioris
4 tempora ex subditis compleantur. Id Græci ἐπίζευξιν, id est *conjugationem*, vocant, eo quod [o]priorum pedum basin uno tempore breviorem sequentis syzygiæ compleat syllaba, quæ pro brevi, licet natura longa sit, utpote prior trochæi, accipienda est, siquidem unius temporis supplemento ionica basis indigere videatur, et-
5 enim huic metro rhythmica natura accidit. Hujusmodi autem inter se συζυγίας passionem sive communionem musici ἀνάκλασιν vocant, et metra si qua forte adverterint talia, ἀνακλώμενα appellant, quod retrorsum [p]inclinentur, ut in quibusdam saltationum gesticulis nostra corpora pone pandantur. Sed ut exemplo doceam, erit hoc colo anaclomenon,

Cybele rotabo crines.

6 Hic *ro*, licet sit brevis, pro longa accipietur, *Cybele ro*. Nam detractum unum tempus sequentis syzygiæ ex initiali syllaba huic impartietur, ne fiat prima syzygia pentachronos, sequens heptachronos. Igitur secundæ conjugationis prima syllaba, quæ debet esse brevis, mutatur, ea [q]conditione, ut vim suæ proceritatis quartæ syllabæ brevi, quæ est ultima primæ conjugationis, impartiat, et ipsa quidem brevis remanet facta unius temporis, superiorem autem a se syllabam, quæ [r]fuerit brevis, [s]commercio suæ proceritatis extendit.
7 [t]Atque ita fit ionicum anaclomenon: ut est,

[o] priorum] priorem P. [p] inclinantur] inclinentur P. [q] lege] conditione P. [r] fuerat] fuerit P. [s] commerito] commertio P. [t] Ac] atque P.

Paphias amor columbas.

Nam *mor*, secundæ conjugationis initialis syllaba, quæ brevis natura, utpote in ionico a minore, esse deberet, derivato in se superioris syllabæ tempore *ἀνακλάσει* inter syzygias facta, trochaicam basin ionico subdidit, quæ basis [v]secundum utrasque syzygias, id est [w]primam et secundam, sub hac lege versabitur. At Juba noster, 8
qui inter metricos auctoritatem primæ eruditionis obtinuit, insistens Heliodori vestigiis, qui inter Græcos hujusce artis antistes aut primus aut solus est, negat hoc vitium ut quidam asserunt rhythmicum fore, sed mage metrica ratione contingere, quod per *ἐπιπλοκὰς*, id est metrorum inter se amplexiones, ut supra docuimus, plerumque evenit. Nam *τετραδικὴ ἐπιπλοκὴ* et *δυαδικὴ*, id 9
est [x]quadrua et binaria amplexio, huic versui, qui ionicus *ἀνακλώμενος* vocatur, diversitatem varietatemque fecerunt. Etenim antispastica et choriambica et utraque ionica metra de quadra amplexione subsistunt: iambica vero et trochaica, sicut supra docuimus, [y]duaria. Evenit autem [z]ut choriambica et antispastica iambicis conjugationibus, ionicis vero trochaicæ, quæ sunt diversarum amplexionum, misceantur. Unde ac- 10
cidit ut confusione eorum metrorum, quæ ex diversis amplexionibus informantur, hujusmodi inter syzygias passio sive communio, quæ *ἀνάκλασις* a musicis dicitur, merito eveniat, et varietas versui de amplexionum differentia fiat. Nam si puro choriambo primam decu- 11
tias syllabam, fit omne quod residuum est, ionicum a minori: et rursum si ionico [a]a minori syllaba una mutiletur, quod remanet antispasticum deprehendas. Item ablata antispastico prima syllaba ionicum a majori

[v] secundum utrasque] utrasque P. [w] primam et secundam] primum et secundum P. [x] quadra] quadrua P. [y] duaria. evenit] duarię. venit P. [z] ut] et P. Correxit Camerarius. [a] a minori] minori P.

12 perficiet. Verum hoc tunc accidit, cum purus est [b] choriambicus versus. At enim contra cum interpositæ iambicæ conjugationes repperiuntur, lex illa [c] quadruæ amplexionis infringitur, [d] diversique generis admixta amplexione nascitur ista varietas, ut præcedens colum cum esse sena tempora in singulis conjugationibus oporteat, pentasemum fiat, sequens vero heptasemo
3 subsistat. Recipit autem molossum et anapæstum, sed raro juncto pariambo et dactylum, feritur autem per dipodian. Est itaque dimetrum acatalectum tale,

Viret alte [e] *coma lato.*

Trimetrum vero hujusmodi,

Procerum quis Cererem non colat agris.

14 Tetrametrum quoque hujusmodi,

Modo [f] *quæ prona per Hæmi fugit et pascua tondet.*

Tetrametrum autem catalecticum copiosum est apud [g] Phrynichum auctorem [h] comœdiæ veteris, quod est tale,

Vocat [i] *Ætnæ super altum caput acris choreas.*

Trimetrum sane hypercatalectum non repperias purum, quando in fine antispastus occurrit, unde ob hoc ejus vitatur asperitas.

15 Itaque hoc metrum et ex puris ionicis, ut ostendimus, constat, et admixtis quibusdam pedibus conjugatur: hoc Græci ἐπίμικτον, nos *mixtum* dicimus, quo frequentius veteres quam juniores usi noscuntur, cujus pauca exempla subjiciam. Trimetrum autem acatalectum inconditæ compositionis tale est,

Salamina agit æquoris procellis.

Item qui a ditrochæo incipit,

[k] *Cæde puberes meos Sicaniæ colonos.*

[b] choriambicus] choriambus P. [c] quadræ] quadruæ P. [d] diversique] diversisque P. [e] coma lato] comulato P. [f] quæ] qui P. [g] Phrynichum] Phrynicum P. [h] veteris comœdiæ] comœdiæ veteris P. [i] Ætnæ] Ætna P. [k] cæde] cede P.

Item [l]quod primam conjugationem integram habeat, 16
sequentem autem temporum [m]septem, tale est:

Sacerdonio Gradivo.

Item [o]quod inter initia facta collectione brevium pro ionico molossum accipit, erit tale,

Ararin sic super altum.

Plurimi autem tam tragici quam comici, sed et lyrici 17
poetæ, hujusmodi compositionum diversitate libere abusi sunt. Inter hæc si tetrametri versus [p]catalectici, qui in hujusmodi metro [q]primi habendi sunt, longas in breves solverint, metrum efficient Galliambicum, dictum, [r]quasi *γάλλων ἰαμβοὶ*, id est maledicta, quibus nonnunquam convitiantur. Idem et Metroiacon, seu, 18
ut quidam, bacchiacon *ἀνακλώμενον*. Cujus exemplum,

Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos.

Qui ex duobus colis, id est dimetro acatalecto subjuncto dimetro catalectico, connexus habetur, ut est,

Segetes meum laborem. Segetes meus labor.

[l] quod] quam P. [m] quatuor] septem P. [o] quod] que P. [p] Catalectici] Catalecti P. [q] habendi] primi habendi P. [r] quasi] quibus P.

16 Sacerdonio Gradivo] Exemplum non convenit, nec quod mox sequitur, *Ararin sic super altum*. COMM. Nihil est, et exemplum falsum, quod fuerit verum tale, *Domino Gradivo*. Est enim *Domino Gra* prima conjugatio Ionici minoris, et *divo* spondeus quatuor temporum. CAMER.

ib. Ararin sic] Manifestum quidem mendum in exemplo *Ararin sic super altum*. Sed correctio quæratur, ut scriptura ita emendetur ut ante Ionicum in clausula *super altum*, antecedant tres syllabæ longæ quibus molossus constat. CAMER.

18 Segetes meum] Forte legendum, *Segetes meum laborem, Segetes meum labo*. COMM. Terentianus hoc metrum docet esse geminatam clausulam hendecasyllabi. Si enim caput, hoc est, initium hexametri heroi detruncetur, quod reliquum fuerit, repetitum metrum Galliambicum conficiet, posterioris tamen commatis ultima syllaba detracta, tremulum et molle, ut in superiore exemplo dicitur, quod est de Terentiani versibus translatum: sed redeo ad structuram. Sit igitur, ut Terentianus proponit, hendecasyllabum:

Juverunt segetes meum labo
remaneatque
Segetes meum laborem.

Subsistit ex pariambis [t]admixtis trochæis, sicut dictum est, alterna vice, cum longis breves aut brevibus longæ
19 subjiciuntur. Memineris tamen et tribrachyn loco trochæi hoc metrum, si necessitas postularit, admittere, neque adcrescentis syllabæ numerum, cum in temporibus omnis ratio custodiatur, officere, ut hoc galliambicum, quod solutione complurium syllabarum compositum est, ut *volat agiliter* sunt. [v]* * * * * *

Cap. X. *De Pæonico metro.*

Pæonicum metrum, sive creticum, ut quidam ferunt, adserentes pæonas originem ex cretico seu amphimacro traxisse, longis ejus prima et suprema in breves solutis, quibus pæon primus et quartus creari noscuntur, [w]quod etiam ex bacchio et palimbacchio adæque fit, unde et bacchiacum a quibusdam hoc metrum dicitur, quidam ultimo loco posuerunt proceleusmatico repudiato.
2 Quod tamen magis rhythmo, id est numero quam metro, congruere varietas ipsa compositionis ostendit. Nam recipit nonnunquam in breves solutos amphimacros, quorum etiam clausula, qua fit carmen ejus [x]catalecticum, terminatur, adeo huic familiaris est, ut plerique hoc metrum rhythmum creticum dixerint, quod cum ejusmodi sit, tamen usus ejus apud lyricos sed [y]et tragicos et comicos frequens est, et præcipue de
3 [z]bacchiacis et creticis solutionibus. Bacchiacum igitur dirhythmum, sive dimetrum acatalectum, quod in

[t] admixtis] admixis P. [v] * * stellulæ desunt P. [w] quod] qui P.
[x] catalectum] catalecticum P. [y] et tragicos] et g tragicos P.
[z] bachiacis] baccheis P.

Hoc repetitum, abjecta ultima syllaba faciet tale:
Segetes meum laborem, segetes meum labo.
Atque ita forte est versus in textu scribendus. CAMER.

19 *volat agile*] Mutilus locus, et exemplum ponendum videtur, quod, mendose tamen et ibi, legitur infra [c. X, 8.] CAMER.

2 Qua fit carmen] Lego, *qua cum fit carmen ejus catalecticum.* CAMER.

quartum pæonicum plerumque solutione longæ transit, hujusmodi est,

Amicos vocantis.

Trirhythmum quoque acatalectum, ita,

Ut [a] *Echo sub antris canebat.*

Tetrarhythmum etiam acatalectum tale est,

Volabat superbus per auras Cupido.

Pentametrum vero acatalectum, hujusmodi,

Io, quis deorum per altos Lycæi gradus me.

Observabis [b] itaque singulorum differentias et [c] taliter: 4 aut enim ex pæonibus sunt temporum quinque, aut ex bacchiis adæque temporum totidem, aut etiam ex creticis quos amphimacros [d] diximus, qui et ipsi quinque temporum proceritate nituntur, quod ideo diximus, ne in partiendo errorem incurramus. Ubi enim non 5 pedum sed numerorum ratio subsistit, non pedes pedibus pares restituuntur, sed tempora temporibus adæquantur. Quidam trisyllabis et tetrasyllabis admixtis pedibus hoc genus versuum et composuerunt, et indifferenter ista compositione usi sunt. Nam aut creticis 6 aut eorum solutionibus, id est pæonibus aut primo aut quarto, indifferenter mixtis, carmen ediderunt, sed et bacchiacis et creticis conjugationibus adæque usi sunt, ut est hoc,

Acuta falce si virentes esculos.

Recipit autem etiam trochæum et pariambum connexos, sed et cum iambo pariambum in syzygia, [e] qua efficitur pæon quartus, ultima scilicet [f] iambi longa, tribus brevibus antepositis, quem tam ex bacchio quam ex cretico solutione longarum, id est prima longa cretici et secunda bacchii, ab ultima effici cunctis in

[a] Echo—canebat] Echos—canebas P. [b] igitur] itaque P. [c] taliter] aliter P. [d] diximus] diximus, qui et ipsi quinq. temporum proceritate nituntur, quod ideo diximus P. [e] qua] quæ P. [f] iambo] iambi P.

8 promptu est. Unde datur intellegi eundem pedem per solutionem cretici et bacchii communem esse utriusque, cui par similisque [g]etiam hic rhythmus, qui ex quinque continuis brevibus syllabis constat: est enim totidem temporum, quot et pæon pes et bacchius et amphimacrus, tamquam,

[h]*Volat agile per aprifera modo retulit ebria cibos.*

9 Et rursus exempla repetamus. Erit dimetrum pæonicum catalecticum hujusmodi,

Nunc agite cælites.

Trimetrum autem,

Nunc agite nunc tripudiis [i]*mihi.*

Quod Phrynichium vocatur tetrametrum,

Nunc agitata veniat manus ad hoc sacrum.

Pentametrum vero,

Tollere, fer Æolica Musigena canticula [k]*nunc Tityro.*

10 Hæc si novissimos creticos [l]vel dactylos subtrahas, (nam et dactylo propter novissimæ indifferentiam metrum clauditur,) [m]acatalecta erunt, et secundum appellationem suam syzygiarum numero concludentur.

11 Hexametrum autem Aristophanes composuit tale, ut sint pæones primi tres, et insequantur totidem cretici, tamquam,

Ver agere purpurea te Venus amoribus [n]*diva pollens jubet.*

12 Sed et hic tetrameter pæonicus catalecticus, is dumtaxat, qui maxime in usu est, ex longa et tribus brevibus ab Aristophane compositus est, totus, ut [o]vides, ex pæone primo, ultimo amphimacro, syllabis quidem minor,

13 temporum tamen totidem. Unde et catalectus videtur, veluti sic,

Tiberis jam placidus in maria labitur.

[g] hic rhythmus] etiam his rythmis P. [h] volat—per aprifera—ebria] vorat—fer aprofera—era P. [i] me] mihi P. [k] nunc om. P. [l] inter] vel P. [m] acatalecta] acatalectica P. [n] diva] ipsa P. [o] vides] dives P.

Item,

Egregia percoluit ingenia [p] *Musarum.*

[q]Fit etiam pariambo tribra[r] * dem solutum in breves amphimacrum, tamquam,

Modo retulit Philopolemus.

Quod autem post tres bacchios postremo pæone con- 14
cluditur, metrum [rr]Bassaricum appellatur, ut est,

Ab euro sonorum quis Ætnæ per maria.

Id vero quod tribus præcedentibus creticis [s]diiambo clauditur, fiet rhythmus concurrens ex duobus amphimacris et trochaico dimetro [t]catalectico, quod [v]Euripidion nominatur, tamquam,

Aureo sub toro tollit æmulas faces.

Nam ferme tragicis carminibus bacchiaca compositio familiaris est.

CAP. XI. *De metro Proceleusmatico.*

Ambigitur super auctoritate proceleusmatici, [w]quod constat ex duobus pyrrhichiis, id est quattuor brevibus, an inter prototypa metra hoc quoque recipiendum habendumque sit, [x]quia nec molossicum, quod constat e tribus longis, propter nimiam similitudinem induci aut videri metrum potuit. Quidam tamen de- 2
cimam huic speciem, [y]post novem prototypa, impertiendam esse, e quibus est et Philoxenus, ex eo putaverunt, quod Laconicum longis constantem quindecim

p Mus *] musarum P. q fit] Item P. r tribra *] lacunula item in P. rr Bassaricum] Bassiricum P. Bassyricum ed. Cam. s diiambo] diambo P. t catalectico] catalecto P. v Euripidion] suripidion P. w qui] quod P. x Quia] Quidam P. y post] qui P.

13. Egregia &c.] Perscripta exempla omnia vitiosa videntur esse, et sunt aliquot loci mutili ubi vetus scriptura deficiebat. Neque habeo quicquam emendare, nisi forte in ultimo versu *retulit*, non *rettulit*. CAMER.

14. *Bassaricum*] Legendum *metrum Bassaricum*, id est, Dionysiacum, ut et Horatius, *Candide Bassareu*. CAMER.

huic [z]prope contrarium respondere posse conspicerent, [a]quod tamen non ex omnibus molossicis connectitur.
3 Nam spondeos invicem miscet, ut est,

[b]*Ite o Spartæ primores fauste nunc parcas ducentes.*

Satius tamen est adnecti eum copularique comico anapæstico, cujus cognationem in se conjunctis suis
4 duabus ultimis brevibus demonstrat. Nam ex dimetro anapæstico [bb]trimeter proceleusmaticus figurabitur versus, longa ejus in breves soluta, et syzygia in simplices pedes divisa, ut est,

Tuba terribilem [c]*sonuit crepitum.*

[d]Præterea quod numquam e pyrrhichio, qui duplex in proceleusmatico habetur, formata aliqua in metris spe-
5 cies proferatur. Hujus versus longissimus erit tetrameter catalecticus, vel si quis illam adhuc extendere affectet, pentameter. Recipit autem prima, et secunda, et tertia sede proceleusmaticum, quarta tribrachyn aut anapæstum, quibus et clauditur, scilicet detracta proceleusmatico syllaba ultima, aut duabus brevibus ultimis in unam longam redactis propter ana-
6 pæstum, uti metrum sit non numerus. Scanditur autem per dipodiam. Exemplum erit tetrametri catalectici, id,

Nemus ave reticuit, ager [e]*homine sonat.*

Item,

Perit abit avipedis animula leporis.

Trimetri autem, id,

Agite peragite juvenes.

[z] prope] propter P. [a] qui] quod P. [b] Ite o parcæ] ita eos parte P. [bb] trimeter] L. tetrameter. [c] sonuit crepitum] sonitu crepitu P. [d] præterea] propterea P. [e] homine] hominem P. homine silet supra I. 12. v. Santen. Terent. Maur. p. 111.

6. Perit abit avipedis] Ita recte scribitur, breves enim syllabæ esse debent, in Terentiano *alipedes* perperam positum. CAMER.

ib. Agite &c.] Vocem *brachycatalecti* excidisse putat Santenius Ter. Maur. p. 113.

Dimetri, id,

Agite juvenes.

Hoc metro veteres satyricos choros modulabantur, 7
quod Græci εἰσόδιον ab ingressu chori satyrici appellabant, metrumque ipsum εἰσόδιον dixerunt.[f]

[f] Didascalicus prototyporum novem explicit lib. II. Incipit liber tertius de conjunctis inter se et mixtis metris pragmaticis feliciter scriptori et lectori P.

LIBER TERTIUS

DE CONJUNCTIS INTER SE ET MIXTIS METRIS PRAGMATICIS.

Cap. I.

DECURSIS metrorum per novem species fastigiis elementisque principalibus, quæ Græci *πρωτότυπα*, velut primas figuras appellando, nominarunt, scilicet artis hujusce prima, ut ita dixerim, semina, dicendum dehinc secundum ipsam disciplinæ originem consentaneum reor, [f]quæ ex iisdem veluti fontibus derivata ad innumerabiles metrorum species, nunc per [g]adjectionem, nunc detractionem, aut transmutationem, vel con-
2 cinnationem processisse videantur. Et [h]cum non queant omnia ob inmensam sui copiam comprehendi, [i]utpote cum sint innumerabiles figuræ compositionum, seu quas prisca ætas dedit, seu quas sequens æmula imitatione excogitando produxit, tamen ex his quas aut frequens usus celebrat, aut potior auctoritas recipiendo commendat, prout potero sollicita investigatione conprehensa depromam: quo subinde ea quæ fallunt apud poetas metra præceptis disciplinæ instruendis facilius intellegantur, qua metrorum origine exorta, qua specie figurata aut situ temporum digesta,
3 aut copulatione connexa videantur. Habet enim metrorum inter se ratio summam [k]in cognoscendo voluptа-

[f] quæ] quia P. [g] adjectionem] adfectionem P. [h] cum] qū P.
[i] utpote] utpute P. [k] in cognoscendo] ignoscendo P.

tem, qua et veterum sub quacumque lege tradita celeriter comprehendere, et multa ipsi æmulante studio nova concipere animo, atque informare possimus. Ita 4
enim metrorum, [l]quæ ex origine nascendi e prototypis novem profluunt, inter se varietas multiformis et de præfinito veluti quorundam [m]seminario innumerabilis copia est: ut ille [n]loculus Archimedius e [o]quattuordecim crustis eburneis, nunc quadratis, nunc triangulis, nunc ex utraque specie varie figuratis, et velut quibusdam membris artis struendæ causa compositus proditur. Nam ut in illo præfinito ac determinato 5
crustarum numero multiplici earundem [p]variatione nunc naves, nunc [q]gladii, nunc arbuscula et si qua alia figurantur, ita metrorum certo ex origine numero infra decem prototypa conprehenso multiplex admodum varietatis copia propagatur. Nam ut ea exercentis aut ingenium aut voluntatis arbitrium est, ita variæ ac multiformes metrorum species proferuntur. Figu- 6
rantur enim generalibus modis duobus, quantitatis et qualitatis. Specialibus autem octo: nam quantitas immutabit metrum aut per adjectionem aut per deminutionem: qualitas autem per translationem, permixtionem, transfigurationem, divisionem, unitatem, compositionem. Et ex heroo [r]quidem per adjectionem 7
syllabæ fiet ita,

Musæ mi Pierides [s]*et Clarius adsit Apollo.*

mi enim syllaba detracta, erit hexameter. Per deminutionem autem syllabæ octavæ sive nonæ ex trimetro iambico, sic,

Beatus ille qui procul messibus.

Per translationem vero verborum ex heroo, sic, 8

[l] quæ] quia P. [m] seminario] seminumero P. [n] loculus esse] esse om. P. [o] quatuordecem] quattuord m P. Vid. Atil. Fortunat. p. 2685. ed. Putsch. [p] variata specie] variaticie P. [q] gladii] gladios P. [r] quidem] quod P. [s] et Clarius] Clariusque P.

Instimulata choris quales socrus excutit ulnas.

Fiet tetrametrus trochaicus ita,

In choris stimulata [t]*qualis ulnas excutit socrus.*

9 Per divisionem autem si proceleusmaticum in anapæsticum metrum dividendo sic percutias,

Id agite peragite celeriter.

Per unitatem vero, cum pariambus duplex jungitur.

Agite jam agite cito modo mea.

10 Et sit proceleusmaticus. Per transfigurationem quoque, cum herous figuram trimetri accipit, velut,

Albani [u]*muris Albam longam cinxerunt.*

Hic enim si per dipodias percutiatur, fiet trimetrus. Sed et per mixtionem cum diversæ bases miscentur, ut puta choriambica et iambica, veluti,

Lydia dic precor libens unde velis reverti.

11 Per compositionem autem, si ex heroo metro cui syllaba adjecta in novissimo erit, quod πενθημιμερὲς vocatur, quod est tale,

Arboribusque comæ.

adjecto metro iambico, fiat metrum tale,

Arboribusque comæ, ut prisca gens mortalium.

Quale est in Epodo Horatii,

Scribere versiculos amore percussum gravi.

12 Demonstratis igitur exemplis, temptabimus, procedente lectione in quantum potuerimus, omnia hujus generis sive simplicia sive immixta, quæ in usum aut Græci aut Latini receperunt, subinde [v]prodere, si prius ea, a quibus initium sumendum est, [w]docuerimus.

[t] ulnas excutit socrus] socrus excutit ulnas P. [u] muris] mures P. edd. [v] perdere] prodere P. et sic em. Comm. [w] docuerimus] docuerimus. Dicemus igitur de metris &c.

CAP. II. *De Metris per συμπάθειαν et ἀντιπάθειαν inter se conjunctis.*

Dicemus igitur de mixtis ac mutua connexione sociatis metrorum generibus, quorum bifariam ratio dispergitur: namque alia consentanea et veluti cognata inter se ratione junguntur, alia ex dissidentia contraria; quæ Græci *κατὰ συμπάθειαν καὶ ἀντιπάθειαν* appellant. Erunt ergo per *συμπάθειαν*, id est per consenta- 2
neum affectum, mixtæ inter se iambicæ [y]bases choriambicis et antispasticis: nam quotiens copulantur, sub quacumque sede, videas veluti ex una eadem specie id compositum metrum stare et [z]quasi uniforme, quod *μονοειδὲς* Græci dicunt, procedere: adæque et trochaicæ [a]bases ionicis pari consensione sociantur, cum epiplocarum, quas amplexiones metrorum diximus, [b]mutua inter se successione variantur. Et cum non solum 3
trochæum et solutionem ejus tribrachyn, sed et spondeum cum suis solutionibus, id est dactylum et anapæstum, [c]admittat, tamen uniformia metra sentiuntur, cum ex similibus et familiaribus pedibus sit ista conjunctio. Similiter dactylicis anapæstica incidunt: ut, 4

Arma virumque cano.

Etenim adjectis duabus brevibus, ut supra ostendimus, fiet anapæsticum per *συμπάθειαν*, sic,

Ades arma virumque cano.

Qua vicissitudine et ex trochaicis iambica et ex anapæsticis dactylica metra inter se formantur. Per *ἀντι-* 5
πάθειαν vero, id est per contrarium [d]affectum seu passionem, [e]junguntur ea quorum inter se contrariæ species

[y] bases] basis P. [z] quasi] quibus P. [a] bases] basis P. [b] mutuo] mutua P. [c] admittat] admittit P. [d] affectum] effectum P. [e] jungunt] junguntur P.

1 dissidentia contraria] forte *dissidenti et contraria*. COMM.

haud facile copulantur. Est enim conjunctionis genus nimis scabrum atque asperum, ut sunt ionica ἀπὸ μείζονος cum iambicis, vel dactylica cum trochaicis semper dissentientia inter se atque abhorrentia, unde et ἀσυνάρτητα a Græcis, id est *inconnexa*, appellantur: ut est,

Beatus ille qui [f]*vacans mente vivit integra.*

6 Nam compositus apparet versus ex dimetro iambico acatalecto et dimetro trochaico catalectico ex diversis et contrariis amplexionibus: hi enim, etiamsi genere congruunt, specie tamen discrepant. Item ex anapæsto acatalecto et iambico dimetro catalectico, ut est,

Age nunc comites rabidæ Cybeles vocant choros ad aras.

7 Intellegis igitur, atque ipso sensu abhorrentium aurium percipis, duo metrorum cola dissidentia inter se ita confragose atque aspere coisse in unitatem [g]connexionemque, ut superiora [h]lene ac liquidum nequaquam convenisse [i]videantur. Item si quattuor dactylis tres trochæos, [k]quod vocant ithyphallicum, jungas, erit ἀσυνάρτητον, ut est illud,

Tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido.

Præterea per mixtiones colorum, id est membrorum, in metris [l]quadripartita est: aut ex duobus colis imperfectis conciliantur, aut duobus perfectis, aut ex perfecto et imperfecto, aut contra, id est ex imperfecto et perfecto, quod ἀσυνάρτητον appellavimus metrum, quale est ex iambico dimetro catalectico et ithyphallico compositum ita,

Jubar superne fulgida lucet arce cæli.

9 Aut contra, ex trochaico dimetro acatalecto et iambico dimetro catalectico, velut,

[f] vagans] vacans P. [g] connexionum] connexionemque P. [h] lene ac liquidum] lenem ac liquidam P. [i] videantur] videntur P. [k] quod] quos P. [l] quadripartita e * ex] quadripertita est aut ex P.

Cæruli [m] *monarcha ponti ratisque rectitator.*

In [n] ejusmodi enim versibus membrorum manifesta dis- 10
cretio est; [o] quæ autem ex duobus imperfectis colis, id est membris, conciliantur, vix est eorum separationem divisionemque cognoscere, in his præcipue, [p] quæ minimæ proceritatis connexa junguntur: exempli gratia, si sit iambicum dimetrum catalecticum, et sequatur dactylicum dimetrum brachycatalectum ita,

Dicata [q] *est vario.*

Cum sit traditum colum ita demum justæ proceritatis 11
accipi, si decem et octo temporibus suppleatur. Cum autem nec coli mensuram brevitas ista conficiat, quantum a perfecti versus mensura discordet, [r] utique manifestum est, cum colum portio versus esse tradatur.

Sunt item quæ primam trochaicam, secundam cho- 12
ambicam, tertiam trochaicam, sed et quartam [s] syllaba breviorem conjugationem habeant, quorum exempla plerumque apud comicos Diphili et Menandri comœdiis reperiuntur. Verum hæc hactenus noscenda sunt, ne 13
quid per imperitiam præteriisse videamur; [t] alioquin et vitanda et respuenda sunt. Nam [v] perfecto poetæ levia et sonora sectanda sunt, quæ autem fragosa et aspera, [w] discendi causa, non ut imitentur sed ut vitentur, noscenda sunt. Quorum, sicut et aliorum [x] com- 14
plurium, auctor et parens fertur Archilochus singularis artificii in excogitandis ac formandis novis metris, qui primus epodos excitavit alios breviores, alios longiores,

[m] monarcha] menoeta P. [n] hujusmodi] ejusmodi enim P. [o] quæ] qui P. [p] quæ] qui P. [q] est vario] exfario P. [r] utique] et utique P. [s] syllaba] syllabam P. [t] alioquin] Sed alioquin P. [v] profecto] perfecto P. [w] discendi] dicis P. [x] complurium] compluriorum P.

11 *decem et octo temporibus*] Monuimus supra (II. 4. fin.) si *decem et quinque* legantur sensum manifestum videri, sed in tam constante scriptura consideremus sane amplius. CAMER.

detrahens unum pedem seu colum metro, ut illi subjiceret id quod ex ipso detractum esse videbatur: ut in heroo a quo primum cœpit, tamquam,

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis.

15 Dehinc epodus [y]sui generis,

Arboribusque comæ.

Et illud cum heroi versus secundo [z]colo, ithyphallico epodo par ἀντιπάθεια [a]respondet, ut,

Priamique evertere gentem [b]*fata jam parabant.*

Et multa alia, quæ in processu operis demonstrabimus. Omnia enim ex dactylo et iambo principalibus orta noscuntur. Nam quæcunque protuleris, ex his profluere fontibus, et ad hæc referri veluti semina, exami-

16 nando reperies. Hæc enim sola duo metra, [c]quamvis et iambicum heroi sit traductivum, utpote cum trimeter de hexametro manasse noscatur, hæc sola possunt prototyporum prototypa dici, et omnium metrorum elementa, reliqua autem horum [e]ἀποτμήματα: quorum modos, in quantum colligi [f]potuerunt, studiosi lectoris auribus intimabo.

Cap. III. *De summa numeri* [g]*quæ metrorum multiplicatione redigitur.*

Nam cum metrorum principalium, quæ catholice excepto rhythmo pæonico recipienda sunt, octo genera censeantur, si quis ea octies multiplicet, [h]octona metra octies multiplicata efficient differentias LXIIII. Et ut exemplo id apertius clareat, si quis iambicum iambico [i]conjungat, aut trochaico et deinceps ceteris,

[y] sui] suis P. [z] colo] loco P. [a] respondet] respondit P. [b] fata] facta P. [c] quamvis] cum P. [e] ἀποτμήματα] αποταημματα P. [f] potuerunt] potuit P. [g] quæ] qui P. [h] octona] et octona P. [i] conjungat] conjugata ut P.

16 Hæc sola] Suppl. *inquam*. alioquin παρέλκει. COMM.

id est, dactylico, anapæstico, choriambico, [k]antispastieo, et ionicis duobus, fient harum permixtionum differentiæ octo. Pari ratione si sit trochaicum ceteris metris, 2
ut supra de iambico diximus, conjugatum, fient aliæ differentiæ octo, ac deinceps si per omnia pedum genera similiter fiat ista conjugationis multiplicatio, non dubie clarum erit effici differentias LXIIII in omni octo metrorum principalium summa, cujus rei edocendæ gratia etiam quædam sui generis exempla proponam. Nam si ex duobus iambicis, [l]quæ πενθημιμερῆ vocantur, 3
versus unus formetur, fiet Sapphicum hujusmodi,

Meat per æquor Ionia proles.

Item si ex duobus iambicis dimetris catalecticis fiat permixtio, fit metrum quod Æschrionion dicitur, ut est,

Amore me subegit et igneo furore.

Similiter duo dactylica si conjungas πενθημιμερῆ, fit ele- 4
gium tale,

Lactea sanguineis lilia mista rosis.

Vel si anapæstica ἑφθημιμερῆ copulentur, fiet metrum quod παροιμιακὸν appellatur, veluti,

Sed Iapygia vada Ponti victi prope litoris actas.

Item ex duobus trochæis, [m]quæ ἑφθημιμερῆ nuncupamus, fit metrum Euripidion, quod est tale,

Phœbe carminum potens, cum sorore sis favens.

Sed et multa alia per singula metrorum genera, quæ 5
persequi satis prolixum [n]esset, sub hujusmodi connexione miscentur. Verum hæc conjuncta, [o]quæ Græce ἀσυνάρτητα, *non composita*, nominantur, ita perfecta sunt, ut facile sit unamquamque partem coli determinatione adsequi, cujus sit aut proceritatis aut generis. Illa autem quæ Græci συγκεχυμένα et ἀπεμφαί- 6
νοντα, quæ nos *confusa* et *inmanifesta* dicimus, non

[k] antispasto] antispastico P. [l] quæ] qui P. [m] quæ] quod P.
[n] esset] eēt P. [o] ἀσυνάρτητα] quæ græce ασυναρτητα P.

tam perspicua et aperta sunt, idcirco quod non tantum ex differentia diversorum metrorum conjugantur, verum ex eo quod brevia et non perfectæ proceritatis in hoc genere versuum cola, quæ nos membra dici-
7 mus, sociantur. Nam ferme a monometro brachycatalecto initium sumunt, et non ultra dimetrum hypercatalectum crescunt: unde intellegi datur per singula metra, quæ octo sunt numero, totidem incrementa differentiarum reperiri, id est, octona in generibus singulis, ita: aut enim monometrum est [p]brachycatalectum, aut monometrum catalecticum, aut monometrum hypercatalectum; rursus aut dimetrum est brachycatalectum, aut dimetrum catalecticum, aut dimetrum acatalectum, aut dimetrum hypercatalectum, quorum exempla in dactylico, [q]quod est in conjunctis magis cognitum, ostendam.

8 Est itaque monometrum dactylicum brachycatalectum, φεῦ. Catalecticum autem addita syllaba brevi, φεῦγε. Acatalectum vero monometrum pes integer dactylus, φεύγετε. Hypercatalectum autem, si pedem dactylum una syllaba brevis excedat, ut est φεύγετέ με. Item dimetrum brachycatalectum fit, si pedem dactylum una longa excedat syllaba, ut φεύ-
9 γετε [r]δή. Catalecticum si pedem dactylum una longa et una brevis excedant, ut est φεύγετε δή με. Acatalectum autem si duo dactyli copulentur, ut est φεύγετε φεύγετε. Hypercatalectum vero dimetrum si præter [s]duos dactylos una brevis abundaverit, [t]ut est, φεύ-
10 γετε φεύγετέ με. Quæ varietas facit differentias octo, [v]quod etiam in ceteris septem metris accipiendum est, juxta [w]quod fient differentiæ octies octonæ, quæ comprehendunt numerum differentiarum LXIIII. Verum

p brachycatalectum] brachycatalectico P. q quod] qui P. r δή] δὲ P. s duos] duo P. t ut] ut est P. v quod] quæ P. w quod fient] q. fiunt P.

hæc si singula sint nullis eis congregatis, ut et de superioribus diximus, manifesta essent. At cum inter 11
se similia aut disparia nectuntur, tunc ex ipsa brevitatis conclusione obscuritas nascitur, unde *συγκεχυμένα* et *ἀπεμφαίνοντα* a Græcis, a nobis *confusa* et *inmanifesta* appellata sunt. Fiunt itaque per has conjunctiones de his LXIIII differentiis, ut majores nostri in hac arte sublimes tradiderunt, species differentiarum quattuor millia XCVI, scilicet multiplicatis inter se [x]colis. Proponamus itaque canonem dactylici in exemplum re- 12
liquorum septem metrorum, qui est, ut ceteri, æque octo differentiarum, ita: nam aut dactylicum monometrum brachycatalectum dactylico monometro brachycatalecto copulatur, aut idem brachycatalectum catalectico, aut acatalecto aut hypercatalecto, et rursus idem brachycatalectum dactylicum dimetro brachycatalecto, aut dimetro catalectico, aut dimetro acatalecto, aut dimetro hypercatalecto sociatur: quæ sunt commutationes octo canonis unius. Igitur eo pacto [y]quo 13
monometrum brachycatalectum percurrens octo canonas, ut ostendimus, fecit differentias LXIIII, ita et monometrum dactylicum catalecticum et [z]acatalectum et hypercatalectum cum suum ceterosque canonas [a]tam per monometrum quam per [b]dimetrum singula metra [c]percucurrerint, proculdubio octies sexagenæ quaternæ differentiæ [d]colligentur. Ex quibus efficitur numerus 14
differentiarum in unaquaque metri specie quingentarum XII. Si ergo unius canonis hæc summa de differentiarum multiplicatione colligitur, manifestum apud omnes erit [e]octo canonum, id est metrorum principa-

[x] colis prototyporum. Itaque canon est] colis. Proponamus itaque canonem P. [y] quo] quod P. [z] acatalectum] acatalecticum P. [a] non tam] tam P. [b] dimetrum] per dimetrum P. [c] percurrerint] percucurrerunt P. percucurrerint ed. Cam. [d] colligenur] colliguntur P. [e] IIII] octo P.

lium, multiplicationibus octies [f]quingentas XII differentias fieri, quæ, in summam majoris numeri redactæ, efficient differentiarum, quibus ἀσυνάρτητα, id est *inconnexa*, colliguntur, quattuor millia XCVI genera, quæ per metrorum clausulas mutua earundem alternatione efficiuntur.

CAP. IV. *Quot ex dactylico heroo metrorum genera deriventur, et de versu pentametro.*

Considerantibus nobis quot ex dactylico heroo per singulos prototyporum [g]canonas metrorum species [h]procreentur, manifesta ratione reperio primam ejus veluti sobolem a pentametro versu cœpisse, unde consequenti ratione initium suscepti [i]operis ab eodem [k]ordinemus, quod metrum τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον Σαπφικὸν et Αἰολικὸν dicitur, quod invenisse fertur Callinous Ephesius, alii vero Archilochum ejus auctorem tradiderunt, quidam Colophonium quendam, super quorum
2 opinione apud grammaticos magna dissensio est. Is autem versus a duodecim syllabis in quattuordecim crescit, nam compositus est de hexametro, ita ut de tertio pede partem orationis complente semipes tollatur, quem spondeum esse debere in dubium non venit. Itemque ex ultimo pede [l]adæque postrema syllaba retrahatur, ut est,

Mars pater hæc pateris, quæ nos quoque posse negamus.

3 Hujus [m]penthemimeres,

Mars pater hæc pateris.

Dehinc,

Quæ nos quoque posse negamus.

Minor itaque hexametro vel tribus vel duabus syllabis

[f] quingenta] quingentas P. [g] canones] canonas P. [h] procreantur] procreentur P. [i] operis] operis de versu pentametro P. [k] ordinemus] ordinemur P. [l] adæque] atque P. [m] penthemimeris] penthemimeres P.

est: tribus, [m]quotiens tertius in hexametro dactylus invenitur: duabus vero, quotiens spondeus. Optimus au- 4
tem est, quotiens [n]duo novissimos anapæstos habet, qui fiunt ita, si duo ante ultimum hexametri versus pedem dactyli sunt, ut est ille,

Mars pater hæc pateris, quæ nos quoque posse negamus.

Huic si quarti pedis primam syllabam detrahas et no- 5
vissimi ultimam, fiet versus, claudentibus [o]eum anapæstis, talis,

Mars pater hæc pateris quæ quoque posse negam.

Item,

Barbarico postes auro spoliisque superbi.

Pentameter,

Barbarico postes aur spoliisque super.

Sed et ille perspicuus pentameter habebitur versus, 6
qui post duos pedes primos semipede, qui superest ad πενθημιμερῆ tomen, verbum finit, unde pentametri versus erit prima species, quæ de hexametri versus tome (quam πενθημιμερῆ diximus) geminata conficitur, quæ tunc contingit, si hexameter [p]duo dactylos habuerit, [q]ut puta,

Primus Erichthonius.

In hac enim [r]clausula heroi hexametri dactylos duos 7
esse et semipedem necesse est, qui repetiti pentametrum elegiacum, [s]quod hexametro subjicitur in poematis, efficiunt. In quibus etiam ordo [t]præposterus nec metro nec sententiæ oberit, [v]veluti,

Bella per Emathios, Musa [w]moneto, cano.

Dehinc,

Musa moneto, cano, Bella per Emathios.

Hi primi pedes usque ad tomen in elegio versu κινητικοὶ 8
vocantur, quod eos transferre in secundam clausulam,

[m] quotiens] quotiens tertius P. [n] duos] duo P. [o] cum] eum P. [p] duos] duo P. [q] utpote] utputa P. [r] clausa] clausula P. [s] qui] quod P. [t] præposterus] præposteratur P. ed. Cam. [v] velut] veluti P. [w] moneto] monente P. et infra.

et ex eorum geminatione versum implere possumus: ex quo etiam genus propriæ versificationis inducitur, et appellatur trimetrum penthemimeres, nam prima versus heroi portio tertio repetita (veluti,

Arma virumque cano. Musa mihi causas. Urbs antiqua fuit.)

9 metrum sui generis facit. Hujus incisioni, qua syllaba clauditur, si alteras duas adjicias, ut tertium pedem trisyllabo compleas, erit hoc penthemimeres trimetron δεξιόν. Nihil autem interierit, si pes tertius in isto versu longa syllaba, quæ est finalis ἀδιάφορος, [x]finiatur, et fiat ἀμφίμακρος, veluti,

Arma virumque cano Trojæ.

10 Sane [z]quia superius δεξιὸν μέτρον diximus, quamquam id et in prototypis ostenderimus, tamen scias inter dextros ac sinistros versus hanc haberi differentiam, ut dextri sint, qui in tertia vel quinta sede trisyllabon habuerint pedem: sinistri autem qui disyllabum in se-

11 cunda vel quarta regione. Verum hujus generis, ut supra cœperam dicere, [a]quod ex penthemimere geminato conficitur, species sunt tres: prima, cum præcedit spondeus, sequitur dactylus, item spondeus, ultimis anapæstis duobus versum claudentibus, et [b]hæc, ut superius, geminata efferri non possunt: ut,

Postquam res Asiæ, Desine Menalios.

12 Huic si novissimam longam detrahas, ut jam non anapæstus [c]sed iambus vel alius bisyllabus ponatur, metrum Asclepiadeum efficiet, quod duodecim syllabis subsistit: ut,

Postquam res Asiæ, Desine Menali.

Item,

Quam sævis trepident Carbasa flatibus.

[x] finiatur] finietur P. [z] quia] quæ P. [a] quod] qui P. [b] hæc] hac P. [c] sed] et P.

9. *Trojæ*] Reponenda vox disyllabos iambica, ut, *tuæ*, aut *tibi*. CAMER.

Qui constat ex spondeo, duobus choriambis, ultimo 13
iambo, [d]qui etiam prima ademta syllaba Anacreontion dabit, sic,

Sævis trepidant carbasa flatibus.

seu metrum ionicum claudente dactylo. Altera vero species, ita, cum tres sunt spondei, anapæsti duo, tamquam,

O fortunatus desine Menalios.

Tertia autem, cum [e]primus est dactylus, sequentibus 14
duobus spondeis, anapæstis duobus in clausula positis: ut,

Crispe Jugurthinæ conditor historiæ.

Memento sane nonnunquam in his et quintum tri- 15
brachyn reperiri. Sed jam dictum est de syllaba finali, unde eam, ut velis, accipe: veluti,

Tiphys et Automedon [f]dicar amoris ego.

Notandi sane et hujusmodi versus, qui hexametro et 16
pentametro versui per adjectionem et detractionem [g]*que* syllabæ communes sunt, tamquam,

Et genitor divum quos terminat Oceanus.

Hic enim, accepta [h]in ultimo *que* syllaba, hexametrum 17
facit, sic,

Et genitor divum quos terminat Oceanusque.

Ac si una syllaba media post duos pedes et semipedem [i]detrahatur, erit pentameter, ita,

Et genitor divum [j]terminat Oceanus.

Semipede enim ab hexametro minor, a pentametro major est, qui a Græcis inter quadratorum versuum genera numeratur.

In scandendo autem pentametro nonnulli dissen- 18
tiunt; quidam enim eum in duo dividunt cola, et per-

[d] quod] qui P. [e] primus] primum P. [f] dicar] dicor P. [g] quemadmodum] quæ P. [h] ultimo] in ultimo P. [i] detrahatur] trahatur P. [j] terminat] quos terminat P.

cussis utriusque partis binis pedibus, semipedes, qui supersunt, conjungunt, et ex his spondeum quintum versui adnectunt, tamquam,

Nil mihi rescribas, [k] *attamen ipse veni.*

Sic

Nil mihi rescri, attamen ipse ve ni, bas.

Hoc eo studio, ne anapæstum pedem, quem hexameter
19 herous excludit, pentametro miscerent. Alii vero spondeo tertium locum ut proprium defendunt, qui ex semipede superioris clausulæ et prima longa incipientis dactyli [l]adnexa gignitur, supererunt residuæ breves dactyli duæ, his adjuncta longa efficiet anapæstum quarto loco, supersunt tres syllabæ quarum duæ breves, utpote supremæ dactyli, his copulata finalis tertia pedem anapæstum complebit, nec interest, brevis an longa sit, utpote in ultimo constituta: hujus exemplum,

[m] *Nunc tu Pieridum* [n] *deseris Aoniam.*

20 Observabis autem, ne novissima syllaba prioris coli, quæ post duos pedes semipes residet, brevis sit, ne pro spondeo tertius iambus obrepat, [o]qui hujus legis rationem subruat; [p]quamvis quidam, quod ex [q]geminatione videatur versus iste subsistere, non [r]sunt deterriti, quin brevi syllaba prius colon concluderent, [s]adfirmantes, nihil interesse cujusmodi in fine sit syllaba, idque ipsum juris ac legis commata retinere voluerunt, [t]quod in omni metro et in quocunque versu catholice præ-
21 ceptum est. His subditis, ut dictum est, hexametris elegiacum metrum reddunt, dictum ex eo, quod [v]mœrori rebusque tristibus modus eorum aptior esse videa-

[k] attamen] attinet P. pr. et mox. [l] annexa] et adnexa P. [m] nunc tu] ne tu P. [n] deseris] desinas P. [o] qui] quæ P. [p] quamvis] cum P. [q] geminatione] geminato ne P. [r] sunt] sint P. [s] affirmantes] advifirmantes P. [t] quod] quæ P. [v] mœrori] merori P.

tur, ἀπὸ τοῦ [w]ἐλεεῖν: alii vero παρὰ τὸ εὖ [x]λέγειν elegos dictos arbitrantur.

CAP. V. *De generibus metrorum quæ a pentametro profluunt.*

Chœrilium seu Diphilium metrum ex eodem pentametri ortum esse genere res ipsa indicat; est enim e dactylica specie derivatum, [y]suprema tantum versus syllaba, [z]qui sex pedibus profluat, brevius. Incipit autem a duobus dactylis, tertia regione spondeo semper manente, et rursus ex duobus dactylis et syllaba una. Huic duo cola, quæ penthemimere diximus, adcres- 2
cente media syllaba, qua spondeus gignitur, formam dedisse noscuntur, qua detracta ad elegiacum pentametrum versus revertetur: [a]veluti,

Nunc age Pierios versus dea Calliope.

Item,

Incipe Mænalios mecum mea Melpomene.

Chœrilium autem ἀμφιλιπὲς dicitur, quod initio et [b]fine 3
inminutum est, ut,

Tibi namque decens, lucet rosa vertice.

Hoc quoque ex eodem pentametri versus genere pro- 4
fluit, [c]quod Æolicum seu Sapphicum metrum nominant a Sappho vate doctissima inventum. Hujus primæ in versu duæ syllabæ indifferenter nunc longæ, nunc breves, nunc dispares solent poni; id est, quilibet pes e disyllabis quattuor subjectis per ordinem usque ad finem versus quattuor dactylis, tamquam,

Maro me docuit juga Pieridum sequi.

[w] ἐλεεῖν] ελεαν A. [x] λέγειν] ληγειν P. [y] suprema] sub prima P. [z] qui] quin P. [a] veluti] velut P. [b] fine] in fine P. [c] quod] qui P.

20. ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν] παρὰ τὸ ἐλεεῖν τοὺς τεθνεῶτας inquit Diomedes. CAMER.

Item,

Cordi laurea virginitas mihi cum foret.

Nisi si catalecticus versus emerserit, scilicet [d]ut disyllabo ultimo quam dactylo terminetur. Hoc quoque cognatum Æolico generi metrum esse in dubium non venit, quod primo spondeo et dactylis quattuor subsistit, nisi quod huic interdum ultimus creticus est, ut,

[e]*Auræ vis venit Alpibus aeria nive.*

Cui ad implendum hexametrum spondeus [f]unus deest.

Huic quoque si octavam syllabam a primordio versus auferas, fiet elegion [g]quod διεστιγμένον elegion appellatur, quasi unius interjectu syllabæ distinctum, ut,

Alma parens genetrix divum [h]*decus Oceano.*

Cui si syllabam adjicias, fiet herous, ita, ut,

Alma parens genetrix divum decus Oceano lux.

Si autem [i]octavam a medietate auferas, erit elegion, ut,

Alma parens genetrix, tu decus Oceano.

Traditur etiam elegius [k]et scazon talis, ut primum colum, id est penthemimeres, integrum habeat: secundo vero contra legem suam non una sed duabus syllabis terminante, ut,

Nil mihi rescribas,

primum colon: secundum,

[l]*Attamen ipse veni.*

scazon,

Attamen ut [m]*veniatis.*

Affectat enim secundum ab ultimo pede trochæum inducere.

[d] ut] et ut P. [e] aurævis] adplenius P. [f] unus deest] idest P. [g] quod διεστιγμένον] qui diestigme non P. [h] decus] genetrix P. [i] octavum] octavam P. [k] scazon] et scazon P. [l] Attamen] Attinet, et sic mox P. Tum, ipsa P. [m] veniatis] venias P.

4. *cordi laurea*] Ex Terentiano Sapphicum, ut videtur de Græco translatum, *cordi florea virg.* CAMER.

His [n]Logaœdiaci metri speciem, quæ et Enoplius et Archebulius dicitur, non absurde conjunxerim adæque dactylici metri sobolem, scilicet cum trochaica basi versus clauditur duobus vel tribus vel quattuor dactylis præeuntibus, prout carminis mensura aut ratio exegerit: cujus generis est etiam hoc, quod ex duobus dactylis et duobus connectitur trochæis, et appellatur Alcaicum decasyllabum, ut est, 9

Laurea nycteleo corona.

Item e tribus dactylis et duobus trochæis, ut, 10

Quadrupedante [o]venit pede primus [p]eques.

Rursus e quattuor et duobus trochæis, ut,

Romulidæ pedites Arabum populis amici.

Quæ species et in anapæstico versu reperietur, ita dumtaxat, ut postrema ejus clausula bacchio a brevi incipiente terminetur, et pro anapæsto nonnunquam spondeus ponatur. Duobus autem spondeis plerumque, ut in heroo hexametro reperiemus, si metrum claudatur, spondaizon versus, ut in primo libro dictum est, appellabitur. Spondaicus enim ut trochaicus et iambicus ex omnibus spondeis subsistit, cui si molossum ultimum adjeceris, fiet Laconicum metrum e quindecim longis, ita, 11

Hispani duri desciscunt a Romanis victores.

Nec minus e pentametro versu anapæsticus figurabitur, [q]ut puta cum ex dactylo, spondeo, et anapæsto subsistat, adjecto in qualibet sede versus sui generis pede, sive dipodia, quo fiat tragicus seu comicus: ut, 12

Tiphys et Automedon dicar amore potens.

Vides pentametrum elegiacum; adjecto *mea lux* erit 13

[n] Logaœdiaci] Locaœdiam P. [o] venit] ei et P. [p] eques] equens P. [q] utpote] utpute P.

10. eques] Pro *eques* similis cum hæc διβραχὺς sit. CAaliqua reponenda dictio trochaica, MER.

[r]trimetrus anapæsticus, in quo prima basis ex duobus dactylis, secunda e spondeo et anapæsto, tertia e duobus anapæstis subsistit: ita,

Tiphys et Automedon dicar amore potens mea lux.

CAP. VI. *De enuntiatione pentametri elegiaci.*

Hoc quoque notandum in enuntiatione pentametri elegiaci: nam plerumque aurem fallit, ut in illo Græco versu,

ἡμεῖς δ' εἰς Ἑλλήσποντον ἀπεπλέομεν.

Nam si [s]conjunctim Ἑλλήσποντον [t]enuntiaremus, effugerit aurium sensum, ut nequaquam versus esse credatur. At si per hemistichium pronuntiemus, ipsa subdistinctione genus metri declarabimus ita, ἡμεῖς δ'
2 εἰς" Ελλης- dehinc πόντον ἀπεπλέομεν. Unde pentametrus duobus pedibus et semipede colon terminare debet, ut qui audierit, antequam percutiat, versum intellegat, velut,

Labitur hinc Helles, pontus in oceanum.

Item,

Venerunt inter, lunia sancta polo.

3 Nam si per se dicas *inter*, et per se *lunia*, media subdistinctione interposita, recipiet formam elegiaci. Hinc proculdubio intellegi datur [v]prosam numeris subsistere. Nam et Aristoteles homo sublimis ingenii præcipit, numeros esse in oratione oportere, ita tamen ne versum incurrant, qui sæpe inprudentibus subrepunt, quia et Cicero in Oratore suo de evitatione versuum tangit, ipsa quoque lyrica poemata sublata modulatione vo-
4 cis non ultra solutam orationem [x]procurrunt. Quo-

[r] trimeter] trimetrus P. [s] conjunctum] conjunctim P. ed. Cam. [t] enuntiarimus] enuntiaremus P. [v] prosam] prosū P. [x] procurrunt] procurr̄ P.

3. quia] Lego, *quod et Cicero.* COMM.

circa putant nonnulli duriorem legem oratoribus fore quam poetis: nam ut nihil scribere possumus, [y]quod extra numerum litterarum cadat, sic [z]ne loqui quidem, aut verbum ullum emittere, quod non in pedes aliquos et in rhythmos incidat, [a]qui alterna syllabarum sublatione et positione continentur.

CAP. VII. *De reciprocis versibus.*

Operæ pretium est inter hæc et de reciprocis versibus, ut omnifariam artis metricæ disciplinis et gratia hoc opusculum instruamus, quantæ sint venustatis, et quot eorum species investigaverim, dicere. [b]Qui retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus,

Esse bonus si vis cole divos optime Pansa,
Omine felici Pansa precare deos.

Ex his superior herous in Sotadium recurrit, sic, 2

Pansa optime divos cole si vis bonus esse.

Item,

Ecce tumet gemmis tua vitis optime Bacche.

Sotadium dabit tale,

Bacche optime gemmis tua vitis tumet ecce.

Alter qui est pentametrus in iambicum trimetrum 3 redit, sic,

Deos precare Pansa felici omine.

Iambicum est item aliud genus, quod in eandem men-

y quod] quæ P. z ne] nec P. a quia legitima] que alterna P. Mox vulgo continetur. b qui] quæ P.

2. Ecce tumet] Legit Camerarius, *Ecce tumet vitis tua gemmis optime Bacche | Bacche optime vitis tua gemmis tumet ecce.* Concedo priorem versum bene restitutum esse, verum secundum, qui in ipso contextu recte descriptus est, non item. Legeitaque, *Bacche optime gemmis tua vitis tumet ecce*, qui versus Sotadius est, βουστροφηδόν, i. retrogrado ordine si legas, habebis hexametrum heroum, *Ecce tumet vitis tua gemmis optime Bacche.* COMM.

suram revertitur, ut utrimque legentibus herous sit, neque, ut superiores, genus metri mutet, quales apud Virgilium reperiuntur,

Musa mihi causas memora quo numine læso,

Item,

Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.

4 Æque enim et in reversu lectionis suæ heroum custodiunt metrum: sic,

Læso numine quo memora causas mihi Musa.

Item,

Ponto plurima nascuntur, Mœris dedit ipse.

5 Est etiam aliud reciproci genus, quod non per singulos versus redit, sed per totum elegum: tamquam,

Icarium Notus ut confidens flamine tranat,
Cærula verrentes sic freta Nereides.

Si revolvas, elegus erit eodem modo,

Nereides freta sic verrentes cærula, tranat
Flamine confidens ut Notus Icarium.

Ita medium verbum *tranat* alteri detractum et alteri additum, variata vice pentametrum facit de hexametro, et hexametrum de pentametro.

Cap. VIII. *De tetrametro versu.*

Sed ut ad propositum versus hexametri ordinem redeam, decurso pentametro heroo, consequens est tetrametrum ejus inducere, quem Archilochus divulsum ab

5. Icarium] Habes libro primo Anthologiæ epigrammatum hujusmodi: Ἱππακράτης φάος ἦν μερόπων καὶ σώετο λαῶν | ἔθνεα καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ. Si a fine incipias, ejusdem generis distichon rursum habebis, et ejusdem sententiæ. Nec Philelphi distichon præteribo, quod ut verso ordine, etiam versa sententia legitur: *Laus tua non tua fraus virtus non copia rerum | Scandere te fecit hoc decus eximium.* Hujusmodi versus reciprocos ab ociis curiosis inventos ait Diomedes lib. III. [p. 515.] COMM.

ib. *flamine tranat*] *Flamine tranat* vel *tranant*, ut apud Diomedem, qui hoc reciprocum ut neotericum adducit atque hanc inventionem esse ait curiosi otii. CAMER.

hexametro heroo ad epodum convertens satis acceptam auribus rem commentus est. Idem etiam jungendo inter se diversa, nova metra conposuit, quæ Græci *σύνθετα* et *ἀσύνθετα* appellant. Ἀσύνθετα [e]quidem quæ ejusdem sunt generis, *σύνθετα* vero quæ ex diverso copulantur. Ergo tetrameter sive versus sive hexametri 2
heroi tome tertia: nam post duas incisiones ejus proprias, id est penthemimeren et hephthemimeren, tertia est ea, quam *βουκολικὴν* appellant; quæ quarto pede semper sensum claudente distinguitur, ideoque a Græcis sic appellatur, quod bucolici carminis hæc lex sit, ut versus ejus ea observatione formetur, ut ante duos ultimos quarto pede terminet aut partem orationis aut sensum, quam legem per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus, exceptis tribus aut quattuor ferme versibus, (e quibus sunt,

[f]Ἀμφῶες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο [g]ποτόσδον.

Et,

τοῖς δὲ μέτα [h]γριπεύς τε [i]γέρων καὶ πέτρα τέτυκται.)

custodit. At noster Maro haud ita, [k]quod utrum scru- 3
pulosum an supervacuum duxerit, ipse norit, quod

[e] quæ] quidem quæ P. [f] ἀμφῶες] ἀμφῶα P. [g] ποτόσδον] ποτόσδων P. [h] γριπεύς] τριπους P. [i] γέρων καὶ πέτρα τέτυκται] γερον τεσκα τγετγκτε P. [k] quod] qui P.

2. bucolici] Exceptis tribus aut quatuor, observatum in bucolicis sæpissime ita componi versus ut quarto semper pede, qui plerumque dactylus esset, verbum finiretur; sed tamen ne Theocritus quidem ita constanter hoc observavit, ut non nisi in tribus aut quatuor versibus neglexerit, ut dicit author noster. Nam de primo statim idyllio, quod pueri quondam ediscebamus, plures statim suppetunt, ut iste, *καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι*, et qui statim hunc sequitur, *ἔντοσθεν δὲ γυνά τις θεῶν ἄγαλμα (δαίδαλμα) τέτυκται.* Item mox tres continui, *Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἀλιτρύτοιο γέροντος | πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωὰ | τὰν ὀλίγος τὶς κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει.* Nullus enim horum iis similis quos de initio hujus idyllii in exemplum adducens Terentianus sic interpretatus est: *Dulce tibi pinus submurmurat, en tibi pastor | Proxima fonticulis et tu quoque dulcia pangis.* CAMER.

Græci sanxerunt, ne pars orationis, aut sermo integer, ullo verbi discidio interveniente sejungeretur, tamquam,

Forte sub arguta consederat

[k]tetrametrus. Sequitur,

ilice Daphnis.

4 Hoc comma dimetrum epicum nuncuparunt. Item,

O crudelis Alexi nihil mea

dehinc,

Carmina curas.

Unde intellegi datur bucolicum carmen seu metrum ex tetrametri versus copulatione subsistere. Igitur hi tetrametri heroo hexametro subnexi scitam admodum epodum carminibus dabunt, ut apud Horatium,

Nil desperandum [l]*Teucro duce et auspice Teucro.*

Dehinc,

Certus enim promisit Apollo.

5 [m]Quæ dactylo pede clausa Alcmanicum, spondeo autem Archilochium metrum efficiet. Huic si duos pedes heroi hexametri præposueris, velut *in medio mihi*, erit ex tetrametro hexameter talis,

In medio mihi certus enim promisit Apollo.

Hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur, et continuati nonnunquam [n]choros explicant, ut apud Pomponium reperimus,

Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens late nemus.

6 His quoque si ad extimum adjicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies: hoc modo,

Pendeat ex humeris dulcis chelys apta choreis,
Et numeros edat varios, quibus ecce propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque juxta.

[k] tetrametrus] tetrametrum P. [l] Teucro duce—Teucro] duce Teucro—Teucri P. [m] Quæ] qui P. [n] choros] chorus P.

Ex his igitur colis seu dimetris, [nn] e quis duobus pedibus 7
prior dactylus semper est, sequens spondeus. [o] Rursum
tetrametro heroo, in quo quattuor tantum dactyli, si
subjicias tres iambos eo more, quo tres trochæi [p] phal-
lico copulantur, metrum Sotericum efficies, ita,

At tuba terribilem sonitum procul

dehinc iambi *furore congruo.* [q] Rursum ejus quod 8
metrum [r] vocatur δίμοιρον ἐπικὸν, eo quod [s] duos pedes
heroos tantum recipiat, dactylum, spondeum, Sappho
dicitur carmen composuisse continuum [v] pentasylla-
bum. Hujus exemplum,

Primus ab oris
Troius heros
Perdita flammis
Pergama linquens
Exul in altum
Vela resolvit.

Qui dimetri [w] etiam inter epodos recipiuntur. Ut apud 9
Horatium in secunda ode, cujus initium est,

Jam satis terris nivis atque diræ.

ultima coli clausula,

Terruit [x] *urbem.*

Vides subjectum dimetrum metro Sapphico hendeca-
syllabo et per ordinem ejusdem asmatis similes clau-
sulas haberi. Dehinc huic tetrametro Archilochus 10
similem e contrario speciem commentus est, nam de-

[nn] æquis] e quis P. [o] rursum] susum P. [p] Phalæcio] pha-
leutio P. Repone phallico. [q] rursum ejus] susum dius P.
[r] vocatur δίμοιρον ἐπικὸν] vocat ΔΙΜΟΙΡCΠΕΖΟΝ P. [s] duos suprasc. P.
[v] numerum per syllabarum] persyllabarum P. cum *pentasyllabum* in
marg. [w] etiam] et P. [x] orbem] urbem P.

8. δίμοιρον ἐπ.] *Trimæron* forte, vel certe *dimetrum epic.* COMM.

ib. *Sappho dicitur composuisse continuum numerum per syllabarum*] Equidem non dubito quin *continuum dimetrum* (vel *trimæron*) *pentasyllabon* legendum sit et p. 176, 24. (infra c. xiii.) ut supra τρίμοιρον vel *dimetrum.* COMM.

tractis hexametro non ut superiore ultimis, sed primis duobus pedibus, [y]tetrametros hujusmodi induxit, velut,

Damœtas et Lyctius Ægon

dempto,

Cantabunt mihi

quod est δίμοιρον ἐπικόν: item,

Et longo post tempore venit

sublato,

Respexit tamen

11 aliam epodi speciem informavit, e quo genere apud Horatium tales epodi inducuntur, ut in illo,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,

cui hexametro [z]hanc epodon subdidit,

[[a]*Aut Ephesum*] *bimarisve* [b]*Corinthi*

ut diximus e tetrametro compositam: dehinc,

Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos

post,

Insignis aut Thessala Tempe.

12 Itaque [c]si primos duos epodo pedes adjicias, fiet hexameter talis, ut in eodem,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Si proficisceris aut Epheson bimarisve Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Aspicies magis insignis aut Thessala Tempe.

13 Idem Archilochus penultimis heroi hexametri partibus adjecta syllaba hujusmodi versum induxit, qui metro [cc]phallico, id est tribus trochæis ultimis, clauderetur, ut est,

At tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

Adjecta [d]enim ante ultimos pedes *sed* syllaba, fiet,

[y] tetrametros] tetrametrum P. [z] compositam tetrametro epodon addit] hanc epodum subdidit P. [a] Aut Ephesum om. P. [b] Corinthi] Corinthi. Ut diximus e tetrametro compositam P. [c] pedes si primos duos Epodo] si primus duepodo pedes P. [cc] phallico] phalæcio vulg. et sic mox sæpius. [d] enim] nihil P.

Ære sed canoro.

Quod est metrum phallicum. Juncto omni, fiet 14
versus hujusmodi,

At tuba terribilem sonitum dedit ære sed canoro:

quod quidam hexametrum heroum [d]περιττοσυλλαβὲς dixerunt. Huic quoque idem epodum subdidit trimetrum versum iambicum catalecticum, id est ultima parte inminutum. Cujus exemplum noster Horatius se- 15
cutus est, illa ode,

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

Dehinc trimeter catalecticus vice epodi,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Itaque si superiori unam [e]dempseris, et inferiori tradideris syllabam, fiet hic trimeter iambicus acatalectus, ille herous hexameter; hoc modo,

Solvitur acris hyems grata vice veris et [f]*oni,*
Trahuntque siccas machinæ carinulas.

Quanta autem et quam profundæ artis scientia in hac 16
epodi conclusione Archilochus usus sit, interest dicere. Nam cum magni [g]æstimaret priorem versum, cujus prima portio constat ex heroo tetrametro, id est,

Solvitur acris hyems grata vice:

et sequentem epodum, [h]qui e trimetro iambico catalectico substitit, id est,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

simili clausula terminatos in eundem cadere numerum, [i]cum diversæ rationis inter se generisque viderentur, quippe cum alter dactylico metro, alter iambico censeatur, tamen adjiciendo majori syllabam et detra-

[d] περιττοσυλλαβὲς] l. περιττοσύλλαβον vel περιττοσυλλάβως. [e] demseris] dempseris et inferiori tradideris syllabam P. [f] oni] faboni P. [g] æstimaret] magni æstimaret P. [h] qui] quod P. [i] quum] cum P.

15. *vere favoni*] Forte verum sit et hoc loco, erat enim scriptura perturbatior, id quod postea legitur *veris et oni*, ut tantum fiat detractio, non etiam mutatio. CAMER.

hendo minori consecutus est, ut uterque phallico
17 metro concluderetur. Nam superior hexameter, sic,

Veris et Favoni.

sequens trimeter, ita,

Machinæ carinas.

[k]Quæ utraque tribus trochæis adnexis, id est metro phallico terminante, admodum intra se decenter consonant.

Cap. IX. *De Phalæcio metro.*

Phalæcium autem, [l]quod et ithyphallicum, si tribus trochæis claudatur, appellatum aiunt a Phalæco, [m]qui illo frequenter usus est, ut Sappho, quod constat ex Glyconio [n]octasyllabo, ut,

Sic te diva potens Cypri.

2 Recipit autem spondeum, choriambum, iambum et syllabam, ut,

Sulcos tunc retegunt comæ latentes.

Idem fiet ithyphallicum sub ea divisione in qua primus pes ut in glyconio erit unus e quattuor disyllabis: dehinc dactylus, tunc tres trochæi, ut est [o]etiam hic,

Jamdudum tibi disserens probavi.

3 Quidam tamen nullam volunt esse differentiam inter hos, sed eundem ithyphallicum et Phalæcium accipiunt. Hoc autem Phalæcio versu Liberum patrem sollemniter canunt, si [p]quidem quod etiam ejus nomine et rhythmum et metrum complente demonstratur, sic,

Bacche Bacche Bacche.

Sane reperimus Phalæcium syllaba novissima detracta, veluti scazonta, ut est,

Nunc Trojam fera vindicat Venus,

quem volunt videri claudum.

[k] Quæ] suntq: P. [l] quod et ithyphallicum, si] quethyphallicum sit P. [m] qui] quod P. [n] octosyllabo] octasyllabo P. [o] etiam] est etiam P. [p] quidem quod] quod q. P.

CAP. X. *De Trimetro versu.*

Sequitur, ut juxta propositum ordinem, trimetri quoque heroi, vel si quid ex eo editum est, ratio habita inspectaque pandatur. Est autem hexametri por- 2
tio subsistens pedibus tribus, quod genus a Græcis haud inmerito ἡμιεπὲς vocatur; hujus exemplum,

Panditur interea domus,

dehinc,

Omnipotentis Olympi.

Item,

Hunc lucum tibi dedico,

dehinc,

Consecroque Priape.

Quod metrum Priapeum a quibusdam æstimatur propter geminam similitudinem, de quo suo loco dicemus. Trimetrum igitur epicum nihil a glyconio me- 3
tro differre nonnulli [q]contendunt, quod constat ex spondeo et choriambo et pyrrhichio vel trochæo ultimo, ex quo plura apud Horatium asmata sunt: ut,

Sic te diva potens Cypri.

et,

Mater sæva Cupidinum.

et,

Donec gratus eram tibi.

et cetera. Nam si solvas choriambum et novissimam 4
ejus [r]syllabam, ut in superiore libro plenissime diximus, nunc pauca memorabimus, scimus in dactylico genere esse et pariambum, qui parem habet sublationi positionem, id est arsin et thesin. Major autem est spon-

[q] contendunt] contra contendunt P. marg. [r] syllabam in] syllabam ut in P. Sequentia cum antecedentibus male cohærere videntur.

4. *ut superiore*] scribitur in archetypo *in superiore libro*, sed non minus sensus hæret. CAMER.

deus, utpote duabus longis; minor pariambus, quia
5 constat e duabus [s]brevibus. Commune illis nomen dactylus, ita alter ionicus incipiens a majore parte dactyli, quæ longa est, ἀπὸ μείζονος dicitur, alter incipiens a minore parte ejus, hoc est a duabus brevibus,
6 ἀπὸ ἐλάσσονος nuncupatur. Cujus exemplum apud Horatium repperimus, qui in hoc genere carminis Alcæum secutus est. Et Anacreon lyricus, et Euripides tragicus, et comici poetæ reperti sunt hoc [t]uti numero, cujus exemplum,

Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino [v]lavere, aut ex-
animari metuentes patruæ verbera linguæ.

7 Ita binæ bases, hoc est breves ac longæ junctæ per synaphian, ut Græce vocant, nos per conjunctionem, alternis vicibus variantur [w]ac procurrunt, spondeo autem [x]hic versus clauditur, ut ionicum decet. At si detraxeris huic versiculo primum pariambum, id est primas breves duas syllabas, erit ἀπὸ μείζονος, sic,

Rarum est neque amori dare ludum neque dulci.

8 Item si integro versui duas longas adjeceris, ut *o quam*, ἀπὸ μείζονος. Quibus ademptis revertetur ad speciem suam, fietque ἀπὸ ἐλάσσονος. Sic variata per vices adjectione et [y]detractione, uno eodemque versu, ionici
9 dispares creantur. Similiter et iambica in trochaicum metrum per hujusmodi commercia transeunt. Nec non etiam eadem si fiat adjectio ad choriambicum transmigraris, [z]quasi per circulum quendam, factis per adjectionem aut detractionem metrorum commutatio-
10 nibus. Ponamus enim, exempli causa, choriambicum trimetrum hypercatalectum, non ex solis choriambis, sed admixtum, ut sit prima quædam conjugatio di-

[s] brevibus] longis brevibus P. supra *qui* ex em. [t] uti om. P.
[v] lavere] luabere P. [w] et] ac P. [x] hic versus] hoc versu P.
[y] detractatione] detractione P. [z] quasi] q̄f P.

iambus, secunda choriambus, tertia diiambus, et syllaba, quando hypercatalectum est, ut est,

Caduca populi [a]*coma glauca jam per agros.*

per singulas vel adjectiones vel etiam translationes varias efficit figuras. Nam cum sit choriambicum, et 12
medium habeat unum choriambum, [b]adjiciatur autem utrimque diiambus, si quis eis longam præponat syllabam, cuncta in eo versu transfigurabuntur. Nam et de diiambis, qui et initio et [c]fine sunt, ditrochæos [d]fecerit, et qui erat medius choriambus in ionicum a majore transibit, et pro una [e]hypercatalecti syllaba duæ reperientur: ut est,

Quo caduca populi coma glauca jam per agros.

adjecta syllaba longa [f]*quo*. Contra autem eidem ver- 13
sui, si brevem syllabam initio adjungas, pro ionico faciet antispasticum metrum, et pro admixtione trochaica facit iambicum, et fit versus [g]antispasticus tetrametrus acatalectus, secundam tantum [h]habens antispasticam conjugationem, quæ fuit prius ionica, ut est,

Tota caduca populi coma glauca jam per agros.

Et erit similis huic Sapphico, 14

Aprica veris aura est, ubi flore rura lucent.

Præterea quia ionicum eundem et [i]Sotadium supra diximus, non ab re est in una atque eadem specie, quid inter [k]eas distet, ostendere. Diximus enim ex 15
ionico ἀπὸ ἐλάσσονος seu detracto priore pariambo, seu adjecto ad caput ei spondeo, ionicum ἀπὸ μείζονος gigni per synaphian, id est cum vicissim breves longis, aut longæ brevibus syllabis, prout metri mensura fuerit, subjiciuntur. At vero in Sotadium versum plerique 16

[a] coma] comas P. [b] ambiatur] abiciatur P. f. l. *adjiciatur*. Mox diiambis ed. Cam. [c] in fine] fine P. [d] fecerit] fecit P. [e] hypercatalecti] hypercatalecta i P. [f] quo] quorum P. [g] antispastus—acatalectus] antispasticus—acatalecticus P. [h] habens] habes P. [i] sotadium] sotaticum P. [k] eas distet] eos distat P.

pedes qui eum faciunt molliorem, contra quam ionicorum lex se habet, incidunt. Nam idem et dactylum et anapæstum et trochæum duplicem recipit, qui cum interveniant faciantque hunc versum satis mollem ac lubricum, tamen non excedit viginti duo tempora, ut est hic qui ab anapæsto incipit,

Genus unde Latinum, rogo, genus unde Latinum.

17 Nam pro spondeo etiamsi positus est anapæstus trium syllabarum, tamen temporum totidem est. Sic est et hic versus,

Equitum peditum prælia tela pila pugnas.

Nam primus est anapæstus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, [l]deinde loco spondei et pariambi, contra quam ionicorum ratio patitur, duo trochæi, qui tamen mensura temporum spondei ac pariambi spatium exæquant, cum habeant inter se duas longas ac totidem breves. [m]Desinit autem spondeo, [n]quia constat ex longis, vel quia omnis depositio reci-
18 pit moram. [o]Lego præterea apud quosdam Sotadeum admisisse in loco trochæi tribrachyn, utpote mensura temporum parem, ut est hic versus, qui pede dactylo incipit: (nam studium est id quoque ostendere, quemadmodum dactylus in [p]Sotadium metrum veniat, ex quo uterque ionicus, ut supra diximus, manat:) hujus exemplum,

Dicite rogo vos dicite quid ita rapitur Attis.

Nam primus est dactylus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, sextus tribrachys, ultimus spondeus. Unde haud inmerito et Sotadium metrum ex dactylico hexametro derivari manifesta rerum adprobatione contenderis.

[l] deinde] $\overline{\text{dd}}$ P. [m] Desinit] Desint P. [n] quia] quam P. [o] Lego præterea—admisisse] Lego $\overset{\text{i}}{\bar{\text{p}}}$pterea—admissum P. [p] sotadicum] sotadium P. et infra.

CAP. XI. *De generibus metrorum quæ ab Iambico profluunt.*

Decurso dactylo atque his quæ ex eo generantur, celeberrimis dumtaxat metris, quibus et magni auctores nomina dederunt, et illustres poetæ usi sunt frequenter, adoriemur iambum, principalium metrorum secundum, ut ita dixerim, fontem, consortem sui temporis ac socium, e quo quid solers doctorum industria per adjectionem seu detractionem aut concinnationem [q]conceptum ediderit, quid eruditorum judicio receptum in exemplum disciplinæ posteris [r]traditum sit, prout potero e [s]pluribus pauca comprehendam, profutura scilicet cognitioni aut intellectui eorum, quæ quis aut eruere ut prisca ex reconditis, aut ex nova re temptaverit.

Diximus jam, cum specialiter singulorum præ- 2
cepta traderemus, iambum [t]dactylo tam pedum numero quam percussione congruere. Nam ut illum sex pedum cursu hexametrum, ita hunc quoque ob eundem pedum numerum senarium appellari voluerunt, quem et trimetrum, nam jugatis per dipodian binis pedibus ter feritur. Huic poetæ propter contractionem ad 3
brevitatem ejus, ([v]utpote in tria tempora coartati, ideoque pauca admodum, quæ ejus metri temporibus [w]congruerent, verba admittenti,) quo latius panderetur, spondeum, dactylum, et anapæstum miscuerunt, dumtaxat dispari loco, id est primo, tertio, et quinto, parem autem sedem iambum semper ut sibi dicatam obtinere voluerunt. Sed hoc in tragicis et comicis metris, quo 4
sint ampliores. Nam iamborum scriptores, quibus celeri versu opus est, fere per pedes iambos provolant.

[q] ediderit] conceptum ediderit P. [r] traditum] traditura P. [s] pluribus] pluribus pauca P. [t] dactylico] dactilo P. [v] utpote] ut pute P. qui mox, coartari. [w] congruerent] quæ congruerent P.

Solet tamen nonnunquam tribrachys propter congruentiam eorundem iisdem regionibus, quibus iambus, recipi. Nam ubicumque syllaba longa est, ibi duæ breves poni possunt, excepta sede ultima, qua pes sextus clauditur, qui semper aut iambus esse debet aut pariambus, quo fit ut longissimus versus in eo septemdecim sit syllabarum, temporum vero totidem, quot et is qui constat e duodecim syllabis: qua lege [w]recipit tribrachyn, etiam [x]trochæus simili temporum mensura admitti potuisset, quippe cum uterque eorum tribus temporibus censeantur: sed ne copulatio trochæi cum iambo alterius metri speciem induceret, [y]quæ aut choriambo aut ionico, adempta prima brevi qua iambus incipit, subsistere videretur, omissus est. Notatur autem in tragœdiis versus ex omnibus iambis compositus, ideoque admodum est rarus, adæque et ille qui secunda, quarta, et sexta sede spondeum, aut qui ex eo creantur, admittit in tragico [z]dumtaxat stilo: nam qui comico charactere sermonem instruunt, [a]vitiant iambum, admixto locis [b]ejus spondeo, quo et canor tragicus paululum in fabulis comprimatur, et rursus a consuetudine soluti sermonis stylus comicus erigatur. Quam observationem nostri fidelius quam Græci custodierunt, quibus magis est in usu iambus. Nam tam a nobis quam priscæ comœdiæ auctoribus idem frequenter est usurpatus.

Sed ut jam ad conditionem iambici metri disciplinamque redeamus, tres ejus species, per quas profluit, enitar attingere, quarum prima iambica, sequens trochaica, tertia ex utroque mixta reperitur, quæ omnes per incrementa syllabarum sex diversitates ex se metris dabunt, non alias quam hexameter herous, e quis

[w] recipit] recepit P. [x] trochæum] trochæus P. [y] quæ aut] qui autem P. Mox vulg. omissum. [z] dumtaxat] dum adtinet P. [a] vitiant] vitiam P. [b] ejus] eum P.

prima erit duodecim syllabarum in trimetro versu, in quo aut omnes iambi aut spondei admixti [c]reperientur: ut,

Ibis Liburnis inter alta navium.

Tredecim autem syllabarum sunt, qui unum e trisyl- 8
labis pedem sui dumtaxat generis, qui pro loci conditione evenerint, [d]habent, et reliquos e binis syllabis, ut,

Magnam propinquo scelere vidistis domum.

Quattuordecim vero, e quibus duo ternarum syllabarum contineantur, ut,

Erat oriendi tempus aurora hominibus.

Quindecim porro syllabarum, in quot res ternarum, reliqui totidem sunt binarum, ut est,

Equum sub aurata juga media bigemina.

Sedecim syllabarum, cum duo pedes habent binarum 9
syllabarum, quattuor autem trium, ut,

Nebula [e]tenebrosa Canicula male roscida.

Septemdecim syllabis qui constant rarissime inveniuntur, unum enim omnino eumque novissimum habent pedem iambum, ut est,

Rapere maria [f]celerivola dea sibi cupit.

Sane accidit nonnunquam ut pro anapæsto, aut dactylo, 10
aut spondeo quattuor breves primo pede ponantur, tamquam,

Beneficia [g]pro re colere sapientis viri est:

qui aut per [h]synalœphen scanditur, aut duabus brevi- 11
bus in unam longam copulatis explicatur. Hoc genere versuum, ut supra diximus, primus usus est Homerus in Margite suo, nec tamen totum carmen ita digestum perfecit, nam duobus pluribusve hexametris antepositis

[c] reperiuntur] reperientur P. [d] habent] habeat P. Correxit Camerarius. [e] tenebrosa] tenebris P. [f] celerivola] celerivolata P. [g] pro re] proprie P. [h] synalœphen] synaliphen P.

[h]istum subjiciens copulavit, quod [i]postea Archilochus limatius interpolando conposuit.

Cap. XII. *De trimetro versu iambico.*

Versus trimeter iambicus, qui et senarius, adjecta sibi ad initium dipodia in tetrametrum, quem et octonarium appellant, vertetur. Feritur autem dipodiis quattuor, sicut trimeter tribus, quem a numero pedum, ut diximus, nostri senarium, a numero vero percussio-
2 num trimetrum Græci dixerunt. Exemplum ergo trimetri iambici erit,

Phaselus ille quem videtis hospites.

Hic quadratus ex trimetro efficitur, sic,

Adest celer Phaselus ille quem videtis hospites.

3 Igitur si priorem adjectæ trimetro versui dipodiæ detraxeris syllabam *ad*, quæ est iambi prima, erit versus incipiens a cretico, quem amphimacrum dicimus, sic,

Est celer Phaselus ille quem videtis hospites:

[k]quia detracta prima brevi e dipodia iambica, sequens longa adnexo sibi qui ei jungitur iambo, creticum efficit pedem, sic, *est celer.* Item,

Beatus ille qui procul [l]negotiis.

4 Huic trimetro si anteposueris *Socrates*, qui constat e longa brevi et longa, hoc est amphimacrus, erit tetrametrus Archilochius catalecticus, quem nos quadratum dicimus, ita,

Socrates beatus ille qui procul negotiis.

5 Hunc musici trochaicum appellant. Nam cum præcedat iambum creticus, detracta ei suprema longa et iambo insequenti [m]adjecta, versis in trochæos iambis,

[h] istum] iustum P. [i] postea Archilochus] p'ea Archilochus limatius P. [k] quia] qua P. [l] negotiis] negotia P. [m] adjecto versis in trochæos] adjecta versi sint trochæo P.

trochaicus tetrametrus catalecticus efficietur. Septem enim trochæis decursis extima omnino versui superest syllaba per adjectionem amphimacri. At si per dipo- 6
diam scandere volueris, erit idem trochaicus catalecticus, concludentibus versum ejus amphimacro vel dactylo. Contra si spondeus cretico, ut iambus [n]trochæo, subnectatur, cui prima, ut superius docuimus, in iambicis sedes est, (semper [o]enim remoto amphimacro primum tertium et quintum obtinet locum,) series illa de qua supra diximus trochæi mutabitur. Nam longa 7
cretici tertia, conjuncta sibi sequente longa, trochæos, ut supra ostendimus, per ordinem ire non patitur, spondeo scilicet interveniente, qui iambico versu dispari loco in [p]trochaico pari ponitur.

Sane memineris quinque syllabas breves in hujus- 8
modi versu posse pro uno cretico poni, sed raro admodum. In comicis autem non succedunt, nec copulantur syllabæ insequentium pedum prioribus, ut supra: nec mutantur pedes in tragico quadrato, ideo quod [q]non sesquipes aliquis, id est trisyllabus, anteponitur trimetro, qui conturbet ordinem, ut supra ostendimus, quique sesquipes [r]appareat superfluus post trimetrum in ultimo. Itaque ut versus tragicus [s]anteposito sesquipede ex tri- 9
metro fit tetrametrus, ita comicus apposito sesquipede in ultima sede versus [t]adæque trimetrus reddetur tetrametrus, ut

Si quis per omnes mihi deos juret patrem Lachetem.

In hoc autem versu per adjectionem non mutantur pedes, ut in tragico, quia sesquipes ultimæ parti junctus, neque ut superiore metro permixtus, clausulam

[n] trochæo] trocheus P. h. v. delendum videtur. [o] enim remota] nihil remoto P. [p] trochaico] trocheo P. [q] non sesquipes] nossequipes P. [r] appareat] apparet P. [s] anteposito] antepos subito P. [t] adæque] atque P.

10 tantum versui dabit. Tragico autem si sesquipedem præposueris *Ambiam*, erit, ut diximus, tetrametrus [v]catalecticus : ut,

Deos penates qui parentes [w] *Terei*

trimeter : tetrameter autem,

Ambiam deos penates qui parentes Terei.

11 Itaque ut Archilochus creticum [x]iambico trimetro præposuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita Hipponax trimetro iambico ultimum adjunxit [y]antibacchium, ex prima brevi, longis duabus, ut faceret tetrametrum iambicum comicum : velut,

Trahuntque magni navitæ clamoribus

12 trimeter : addo *carinas*, fiet quadratus catalecticus, qui ex iambo natus ad finem quoque idem [z]manebit : nam licet antibacchio compleatur, nihil oberit aut divisio aut pedis copulati adjectio, retracta tertia [a]etenim ejus
13 longa *nas*, iambus ex antibacchio efficitur. Ergo is quoque ut superior trochaicus aut semipede, id est syllaba una, terminabitur, aut si per dipodian percutiatur, post tertiam incisionem antibacchio claudente,
14 erit in utroque tetrameter catalecticus. Frequens hoc comicis metrum et præcipue antiquæ comœdiæ scriptoribus, nostri quoque Plautus et Cæcilius et Turpilius non aspernati sunt, Atellanarum autem scriptores ap-

[v] catalecticus] catalectus P. [w] Terei] Thesti P. et mox. [x] iambico] iambo P. [y] antibacchium] antibacchum P. et mox antibaccho. [z] manabit] manebit P. [a] enim] etenim P.

14. Frequens hoc comicis] Hipponacteum septenarium, ut Varro appellavit, accipiemus, ut *Ne forte imprudens faciam quod nolit sciens cavebo.* Et Aristophanes : ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. Hoc Hipponax Ephesius κατακόρως, ut Græci aiunt, usus, de se nomen metro fecit, ut est, εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. In hoc, maxime cum trimetrum est, penultima sedes iambum habere debet. Sed ne ipse quidem Hipponax hoc perpetuo servavit. Qui et spondeum eo loci posuit, ut dicitur in illo libello de versibus comicis qui Prisciano ascribitur, et nos alibi docuimus, et dactylum, quod absurdius videtur, ut in hoc, ἐρέω γὰρ οὕτω κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ. CAMER.

petiverunt: est enim jocosis motibus emollitum gestibusque agentium satis accommodatum. Idem Archilochus ex trimetro supradicto syllabam auferendo [b] modo e capite, modo ex infima parte, duo genera composuit, quorum alterum Græci ἀκέφαλον, alterum κολοβὸν, [c] quasi curtum, sive σκάζοντα, id est claudum, et ideo χωλιαμβὸν dixerunt. Exemplum Acephali trimetri erit, 15

Juppiter salutis arbiter meæ.

Item,

Est celer Phaselus ille quem vides.

Huic enim si adjeceris unam syllabam, erit iambicus integer, sic, 16

Jam Juppiter salutis arbiter meæ.

Item,

Adest celer Phaselus ille quem vides.

Curtum autem per detractionem ultimæ syllabæ fecit hujusmodi. Exemplum erit apud Horatium tale,

Seu poscat [d] *agnam sive malit hædo.*

Huic si [e] adjeceris syllabam, erit integer trimeter, sic,

Seu poscat [f] *agnam sive malit hædulo.*

Id autem ab Horatio exemplum protulimus, ut ostenderemus, unde id noster lyricus imitatus sit.

Est et altera species trimetri scazontis, quam Hippo- 17
nax induxisse perhibetur, cujus compositio talis est, ut secunda ab ultima semper syllaba longa ponatur, id est, ut non iambo sexto, sed spondeo pede aut trochæo, contra quam lex iambi postulat, terminetur: meritoque a Græcis appellatur scazon, id est, claudus. Unde 18
observandum est, ne spondeus, vel qui ex eo procreatur, sede quinta in hoc versu ponatur; ne quattuor jugiter longæ omne destruant metrum. Erit in exemplo versus hic,

[b] modo e] e P. [c] quasi] quibus P. [d] agna] agnā P.
[e] adjeceris] adjecerit P. [f] agna] agnam P.

Sella in curuli [g]*scrofa Nonius sedet.*

Fiat, mutato [h]accentu, [i]pro *sedet, sedit,* erit claudus: rursus hunc permutatio verborum faciet iambicum integrum: ut,

Sella in curuli scrofa sedit Nonius.

19 Similiter et [k]illum scazonta permutatio eadem rectum iambicum faciet: ut,

[l]*Nec excitatur classico truci miles.*

Contra,

Nec excitatur classico miles truci.

Hoc autem tunc demum [m]fieri poterit, si ultimi duo pedes ex disyllabis verbis [n]subsistant, ut inter se per-
20 mutari possint. Hæc conpositio [o]quamvis vitiosa tamen in iambico placuit; nam [p]choliambos multi veterum scripserunt. Idem [q]Hipponax etiam tetrametrum pari lege qua trimetrum induxit, cujus erit exemplum,

Pro pudor, sella in curuli scrofa Nonius sedit.

Nam tribus [r]syllabis, id est amphimacro pede *pro*
21 *pudor*, superiorem [s]versum, ut vides, præcedet. Item,

Hæsitat nec excitatur classico truci miles.

Adjecto ad principium versus *hæsitat*, tetrametrus factus est: de quo plura dicere supervacuum est. [t]Omnino enim quæcunque supremis duabus adjungas, ex choriambo et dibrachy, id est pyrrhichio, duo dac-
22 tyli efficientur. Quod cum ita sit, nullus [v]inficias ire poterit, [w]quin ex spondeo et duobus dactylis trimetrum epicum formatum sit: cui si Pherecratium adjunxeris,

[g] scrofa] strofa P. et mox. [h] accentu] Post h. v. in P. aliquid erasum. [i] pro sedet, sedit, erit] p pē sed etsi deterit P. [k] illum] in illum P. [l] nec] non P. [m] feriri P. [n] subsistant] subsistunt P. [o] quamvis] cum P. [p] choliambos] choliamboiμ P. [q] Hipponax] Hippo. Nam P. [r] syllabis] syllabas P. [s] versum] versu P. [t] omnino] omnia P. [v] inficias ire] infitiare P. post ras. [w] quin] q. P. Dedi mox duobus pro duabus.

heptasyllabum hexametrum heroum, cui Priapeum nomen est, figurabis: ut,

Sic te diva potens Cypri. Grato Pyrrha sub antro.

Qui constat ex spondeo, duobus dactylis, [x]quarto spondeo, quinto dactylo, sexto spondeo. Item,

Uxor pauperis Ibyci

Glyconium:

Cras donaberis hædo

Pherecration. Quibus conjunctis hexameter Priapeus efficitur, sic,

Uxor pauperis Ibyci. Cras donaberis hædo.

Memineris autem non omnem versum Priapeum pro- 23
babilem fore, [y]nisi eum qui ex Glyconio et Pherecratio ita est compositus, ut utraque ejus cola a spondeo inchoentur; de quo suo loco plenius dicemus.

CAP. XIII. *De dimetro versu.*

Memini de dimetro [z]nos superius sub occasione tetrametri metri pleraque dixisse, [a]quod est veluti naturaliter epodis aptum, etiamsi Sappho carmen ex eo continuum induxerit, [b]quod appellatur δίμοιρον ἐπικὸν, idem et pentasyllabum, quia frequenter [c]invenitur cum aliis sui generis, [d]epodus habebitur. Nihil enim de eo quam dictum est majores tradiderunt, unde nunc ad ea, quæ de hexametro pari ratione propagata sunt, revertemur.

CAP. XIV. *De metris quæ ex penthemimere et hephthemimere tome propagantur.*

Heroi versus primam incisionem, [e]quam πενθημιμερῆ tomen vocant, in qua prior sit spondeus, secundus dactylus, dehinc syllaba, si duobus pedibus, integri

[x] quarto] quartus P. [y] sed] nisi P. [z] nos] hos P.
[a] quod est] quem P. [b] quod] qui P. [c] invenitur] inventus P.
[d] epodus] epodis P. [e] quam] quē P.

dumtaxat sensus, revulsis, et cujuslibet fine versus hexametri connectas, propagabis versum hendecasyllabum formæ alterius, quam est ille, qui subnexo Phalæcio figuratur. Hoc frequenter usa est Sappho, qui ita copulatur,

Sic fatur lacrimans,

et [f]alio,

Labitur oris.

Item,

Postquam res Asiæ quærere terras.

2 Nam [ff]semipedi qui superest sequentis dimetri prima syllaba adnexa spondeum medium dabit. Quartus pyrrhichius erit, ultimus, ut fors tulerit, aut trochæus
3 aut spondeus reperietur. Quod genus metri ex uno versu formari poterit, illo dumtaxat, cui primus spondeus, ut supra, [[g]sed] sequens sit dactylus, demptis mediis tribus aut quattuor syllabis, tamquam,

At regina gravi saucia cura.

Postquam res Asiæ vertere gentem.

4 Si tamen in versu novissimos duos pedes integri sensus invenies, [h]quod raro contingit, idem hoc [i]prædicta penthemimeres hexametri tome, et iambica basis cum semipede, [k]quæ adæque penthemimeres incisio metri iambici est, [l]subnexa superiori efficiet: ut,

Carmen Pierides struunt sorores.

Item,

Silenum Bromiis dabunt choreis.

5 Nam *Silenum Bromiis* hexametri est tome, *struunt sorores*, [m]iambici. At si eadem tome, de qua sermo est, ab hexametro divisa, sequentem versus [n]ejus partem tribus trochæis perficias, metrum haud indecens

[f] alio] alia P. [ff] semipedi] semipede P. [g] sed] se (inter lin.) P. [h] quod] qui P. [i] prædicta] post dicta P. [k] quæ] qui P. [l] subjecta] subnexa P. [m] iambici. At] Iambi ad P. [n] ejus] sepius P.

[o]informabitur, quod erit in numero et genere Phalæciorum per conjunctionem heroi hexametri et trochaici, haud alias quam superior, ex copulatione iambici, tamquam,

Dudum saucia cura, Exerit furorem.

Et,

[p]*Eluctabile tempus,* [q]*Fata jam parabant.*

Nec minus hephthemimeres tome, subdito sibi versu 6
trimetro catalectico, qui ex pyrrhichio, spondeo, et iambo [r]subsistat, aptum tragicis [s]choris metrum [t]præstabit, velut,

Multa quoque et bello passus.

Dehinc,

Fato profugus Lavinaque venit.

Item,

Obrue nos Danaosque simul,
[v]*Aras Priami damnato pias tunc.*

Quo genere metri et Euripides in Oreste, et [w]Pompo- 7
nius noster in suis usi noscuntur. Ex eadem sola hephthemimere tome apud Septimium Serenum in opusculis compositum carmen hujusmodi reperitur,

Inquit amicus ager domino,
Si bene [x]*mi facias, memini.*
Pinea brachia dum trepidant,
Audio canticulum Zephyri.

[y]Adjecta residua metri parte efficietur hexameter herous, hoc modo,

o formabitur] informabitur P. p eluctabile] ineluctabile P. q Fata] Facta P. r subsistat] subsistet P. s choreis] choris P. t præstabit] portabit P. v Aras Priami damnate] acras Priamique damnato P. Vid. Santen. Ter. Maur. p. 332. w Pomponius] Pontiponius P. x mi] mihi P. y adjecta] qui adjecta P.

6. *Priami damnate*] vel *damnato* vel *damnare*, ut in Terentiano (v. 1967) scribitur. Euripidem autem et Terentianus in fabula Oreste usum metro hoc dicit, et locum indicat, sed in vulgatis codicibus ratio non apparet. CAMER.

Inquit amicus ager domino, Sere plurima, reddam.
Si bene mi facias, memini tibi solvere grates.
Audio canticulum Zephyri modulante susurro.

Ita per adjectionem residui commatis herous integer effectus est.

9 Item ex tribus dactylis, accedente ad extimam clausulam pyrrhichio seu iambo, lyrici versus metrum, quod Græci [a]Calabrion appellant, informabitur, usurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his verbis solent, quod genus metri Annianus Faliscum carmen inscribit, tamquam,

Carmina per varios dare modos.

10 Ut est illud apud Septimium Serenum,

Quando flagella ligas, ita liga,
Vitis et ulmus uti simul eant.

Ferme omnes dactyli sunt, ultimo disyllabo accedente quolibet excepto spondeo, quod genus et ex penthemimere tome formari poterit: ita ut duobus dactylis et semipede partem [b]orationis implentibus residua metri portio duobus disyllabis, id est pyrrhichio et iambo, terminetur, ut,

Vitis et ulmus [c]uti simul eant.

11 Adæque [d]ex quattuor herois et semipede accedentibus duobus ad finem versus iambis, Archilochium metrum procreabitur, ut est,

[e]*Velivolis properat multisque citisque navibus.*

Quod si pro *navibus carinis* posueris, fiet herous hexameter.

[a] Calabrion] Colobrion P. v. Santen. Ter. Maur. p. 333. Mox Faliscum P. Phaliscum edd. [b] orationis] orationibus P. [c] ut] et P. [d] et quatuor] ex quattuor P. [e] Velivolis—multisque] et velivolis—multis P.

9. Annianus] *Terentianus* conj. Fabricius Bibl. Lat. IV. 4, 3. Sed Annianum pro auctore Faliscorum carminum habendum esse statuit Wernsdorf. Poet. Lat. Min. T. IV. p. 818.

10. *Quando flagella ligas ita liga*] Apud Terentianum (v. 2001) *jugas* et *juga*. Et mox scribe iterum, *vitis et ulmus uti* etc. CAMER.

CAP. XV. *De Anapæsti metri generibus, quæ ex heroo derivantur.*

Sed et anapæstica metra per epiplocen, de qua supra diximus, ex heroo originem trahere haud difficile est deprehendere: nam si hexametro versui, cui in supremo spondeus seu trochæus sit, ceteri omnes dactyli, primam detrahas syllabam, (tamquam,

At tuba terribilem sonitum [f]*procul ære recurvo,*)

erit anapæsticus catalecticus. Sublata enim *at* conjunc- 2
tione, quæ prima in versu positione longa est, ultima singularis erit [g]syllaba *vo*, initiali ut vides dempta, quæ in principio dactylum, in ultimo spondeum facit. Erit ergo anapæsticus versus talis,

Tuba terribilem sonitum [h]*procul ære recurvo.*

E tribus autem anapæstis conjunctim ultima his syllaba catalectica accedente, seu duabus, (interdum enim spondeus pro anapæsto, metro exigente, ponitur, et duæ [k]reperientur, quæ tamen convenientem metro non efficient pedem, ut merito catalecticus versus efficiatur,) formabitur epodos ex anapæstico non absone metro 3
heroo respondens, nec inmerito, nam retracta heroo [l]penthemimere, pars ejus residua hanc [m]epodum dabit, velut,

Vos o Calliope:

dehinc,

Precor adspirate canenti.

Id erit in anapæstico [n]par ac simile,

Mea tibia dicere versus.

[f] dedit—canoro] procul—recurvo P. [g] syllaba] syllaba *vo* P. [h] dedit] procul P. [k] reperiuntur] reperientur P. [l] penthemimere] pentemimerisme P. [m] epodum] epodus P. [n] par ac simile] simile P.

2. ære recurvo] Lego *ære curvo.* Vide Terentianum p. 72, 24. COMM. i. e. ver. 1912. ubi v. Santen.

Item,

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti.

Huic [o]simile anapæsticum,

Cuicunque libebit ut istos.

Quod si conjungas, facit,

[p]*Vos o Calliope mea tibia dicere versus.*

Inde intellegi datur ex hujusmodi anapæstis carmen [q]illud Faliscum, quod constat ex spondeo [r]duobus anapæstis et syllaba, esse compositum,

[s]*Unde unde colonus Eoæ*
A flumine venit Oronti.

ultima catalectica superfluente syllaba. [t]Suggerendum tamen necessario reor, ne forte apud aliquem mirum aut novum sit, si mixtum anapæstis spondeum invenerit, nam cum et anapæstus et dactylus [v]e duabus spondei longis nunc prima nunc secunda divisis editi esse noscantur, consequenter ac merito ut parens utriusque apud alterum eorum auctoritatem maximam obtinebit, et ubi usus [w]exegerit, inter anapæstos locum sibi [x]usurpabit. Neque hoc silentio tradiderim, [y]esse etiam alteram Faliscorum carminum speciem ita digestam, ut e tribus dactylis et iambo ultimo ordinata subsistat, velut,

Pergat amica Venus modo jocis.

Dimetro autem anapæstico catalectico sive heroo [z]penthemimeri si phalæcii colon, id est partem e tribus

[o] simile] similem P. [p] Vos o] o om. P. [q] illud Phaliscum] illum Faliscum P. [r] duobus] duabus P. [s] undæ unde] unde P. [t] Suggerendum] suggerente P. [v] e duabus] et e duabus P. [w] exegerit] exigerit P. [x] usurpabit] usurpavit P. [y] etiam] ēē etiam P. [z] penthemimeris si phalæcii] penthemimeris aphaletici P.

4. *Unde unde*] *unde undæ* ed. Tubing. *undæ unde* correxit Camerarius, recepit Commelinus. Notat Camerarius, "Atque est "lectio in Terentiano codice "paulo diversior." Vid. Santen. ad Terent. Maur. v. 1821.

trochæis seu syzygiam ejus adjunxeris, [a]Prosodiacum metrum efficies, [b]quod semper a disyllabo quolibet, ut,

Heu heu date nunc sonitus date bella tela.

Item ex heroo,

Carmina pulchra mihi o boni sodales.

Accedit his etiam illa anapæsticorum species de fonte 8
dactylici versus veniens, apta admodum comicis, [d]quæ Ἀριστοφάνειος nuncupata est, non quia conditor ejus [e]Aristophanes fuit, nam et Eupolis et Cratinus priscæ comœdiæ [f]scriptores ea usi sunt, sed quia plurimus in hoc metro Aristophanes invenitur. Cujus species du- 9
plex, pæonica et anapæstica. Nam versus Aristophanius pæonicus constat e tribus primis pæonibus, et amphimacro, ut est,

Jam Tyberis en placidus in maria labitur.

Item,

Egregia percoluit ingenia Musice.

Quibus si ultimas breves pæonum detrahas, erit omnis 10
[g]dactylicus tetrametrus anapæsticus, [h]qui constat [i]anapæstis septem et semipede, qui est octonarius, [k]veluti,

Alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere.

Cujus origo talis est: Omnis pes in hexametro heroo 11
primam syllabam longam habeat necesse est, et [l]hic versus sit pedum sex, [m]Aristophanius autem, quia septem pedibus et semipede subsistit, necessario adjun-

[a] Prosodiacum] Prosodipodiacum P. [b] quod] quæ P. ex em. [d] Ἀριστοφάνειος] q̄ aristophanius P. [e] Aristophanes] Aristiphaneos P. Dedi mox *Eupolis* pro *Æschylus*. [f] scriptores ea usi] scriptore usi P. [g] dactylicus] dactilus P. [h] qui constat] constat P. [i] anapæstis] anapæsticis P. [k] veluti] velut P. [l] hic] his P. [m] Aristophanius] Aristophanes P.

7. Prosodiacum] *Prosopodiacum* ed. Tubing. Camerarius: "Scribe *prosodiacum* metrum ἀπὸ "τῆς προσῳδίας, id est, ὕμνων. Mox, "*quod semper a disyllabo quolibet.* "Deest, ut opinor, *inchoatur.*" ib. quolibet] Videtur hic aliquid deesse. COMM. Mox in exemplo secundum *date* in metri legem peccat.

gimus heroo sesquipedem, ita ut in principio versus syllabam longam locemus tunc maxime, si in eo versu fuerit primus dactylus, hac enim addita syllaba, omnis heroi metri ratio commutabitur: nam ex dactylo per adjectionem semipedis fiet spondeus, dehinc quæ sequuntur duæ breves proximam syllabam longam, [n]quæ fuerant dactyli, occupabunt, ut fiat anapæstus, et dein-
12 ceps reliquæ idem facient. In suprema autem parte versus, id est ante ultimum spondeum, quo herous clauditur, et quintum pedem, interponimus dactylum, [o]quo pes septimus anapæstus efficiatur, superfluente semipede, veluti,

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus.

13 Adjicio versui primam syllabam longam [oo]*ex*, item ante ultimum pono pedem *per freta*, fiet talis,

Ex Peliaco quondam prognatæ vertice per freta pinus.

Item,

Jam ferus Hesperia dabitur Capricornus in unda.

14 Jungo ad initium [p]*et*, ante ultimum autem pono *amatus*, fiet,

Et jam ferus Hesperia [q]*dabitur Capricornus amatus in unda.*

Aut si primus spondeus sit, insequentes anapæsti sex, semipede ultimo. Item,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

15 Hic versus per adjectionem quattuor syllabarum primarum *admota labris*, ex heroo anapæsticus effectus est tetrametrus catalecticus, scanditur per dipodias et terminatur per semipedem, sic,

Admota labris tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.

16 Item alia de hexametro ejus species ex eodem dumtaxat versu, in quo præter ultimum omnes dactyli pedes sint, ut,

At tuba terribilem sonitum dedit ære recurvo.

[n] quæ] q̄ P. [o] quo] qui P. [oo] ex] et P. ed. Cam. [p] et] et iam P. ed. Cam. [q] dabitur] labitur P.

[r]Adempta enim prima initiali et tertia ultima syllaba, fiet,

Tuba terribilem sonitum dedit ære [s]*curvo.*

Percutitur, ut vides, anapæstis quattuor, ultimo bac- 17
chio a brevi incipiente. Item,

Ast ego jam Bromio thyasos celebrabo [t]*renato.*

Ex quo anapæsticus talis,

Ego jam Bromio thyasos celebrabo nato.

Rursus anapæsticus in heroum commigrabit hoc modo, 18

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit hædus.

Huic si adjicias, quæ heroo detraxeras, id est, primam et tertiam syllabam, fiet versus herous, ita,

Nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et hædus.

Ita ex se per adjectionem detractionemque parantur. 19
Ideoque a quibusdam anapæstus antidactylus dictus est, cum ejusdem cognationis jure proximi in eandem temporum legem numerumque concurrant. Hic ver- 20
sus ab Archebulo Archebulius dictus est, non ipso auctore editus, sed ab eo frequenter usurpatus: nam et Ibycus et Pindarus et Simonides hoc versu longe ante usi ostenduntur. Proprium autem Archebulium est, 21
[v]quod constat ionico ἀπὸ μείζονος, insequentibus duobus dactylis et duobus trochæis. Recipit et anapæstum in fine et spondeum pro trochæo, sed et bacchium a brevi incipientem: hujus exemplum est,

Jam pes novus atque metron placet Archebuli.

[w]Nonnumquam in hoc pro prima syllaba longa duæ 22
breves ponuntur: ut,

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

Item Archebulion prima syllaba adjecta,

Nunc pangite dulce melos Jovis alma proles.

Nam sesquipede huic sublato, id est *nunc pangite*, erit decasyllabum Alcaicum, sic,

[r] ademta] adulempta P. [s] curvo] recurvo P. [t] renato] nato P. [v] quod] qui P. [w] Nonnunquam] N̄ampnumquam P.

Dulce melos Jovis alma proles.

23 Non supersederim etiam [u]Sallustiano, qui profluit [x]ex pentametro heroo:

Falso queritur de natura sua genus humanum.

Detracta enim *sua*, erit versus trimeter anapæsticus, nam veniet in formam pentametri, sic,

Queritur [y]de natura genus humanum.

24 [z]Adnexo ultimæ parti *falso*, erit idem trimeter anapæsticus, in quo prima syzygia continebit anapæstum et spondeum, [a]secunda duos spondeos, tertia anapæstum et spondeum,

Queritur de natura genus humanum falso.

25 Calabrius etiam versus, quia occasio admonuit, inter anapæsticos numerabitur, [b]utpote qui ex anapæsto et spondeo constet: velut,

Habeatur ut est ventum, tibi comprecor errorem similem.

26 Nam continet anapæstos duos et spondeum, item anapæstos [c]duos et spondeum, ultimum anapæstum singularem.

Cap. XVI. *De metro Choriambico quod ex pentametro heroo manat.*

Nec minus choriambicum, [d]quod et Philicium, e pentametro heroo derivatur. Nam duobus dactylici versus colis, id est duobus hemistichiis, [f]nascitur, tamquam,

Dum meus assiduo luceat igne focus.

Item,

Nulla meo sedeat turba profana loco.

[u] Salustiano] Allustiano P. [x] ex] et P. [y] de natura genus humanum] humanum de natura genus P. et sic infra. [z] annexo] adnecto P. [a] secunda] secundo P. [b] utpote] utpute P. [c] duos] duo P. Mox *singulare* P. Cam. Comm. [d] quod] qui P. Mox phalecium P. [f] nascitur] nectitur P.

1. Phalæcium] Leg. Philicium. Vid. supra II. 6. necnon Santen. Ter. Maur. p. 326.

His post primum [g]et semipedem si adjicias syllabam, 2
[h]seu positione seu natura longam, ut, *nulla meo jam*, dehinc penultima quæ in versu brevis est, [i]si longa ponatur, id est, pro *loco* ut sit [k]*luco*, efficietur versus e dactylico [m]choriambicus quadratus catalecticus per adjectionem et inmutationem, ita,

Nulla meo jam sedeat turba profana [n]*luco.*

Semper enim dactylus, si post duas breves longam 3
acceperit, in choriambum conmigrabit, ut, *Arma virum*, et, *Tityre tu:* sicut et hic, *Nulla meo.* Docui superiore volumine chorium eundem et trochæum appellari, huic subjectum iambum choriambum pedem reddere. Ergo erunt in versu tres choriambi, ultimus 4
bacchius a brevi incipiens, nam satis absone choriambo clauditur, meritoque tetrametrus catalecticus figuratur: ut,

Dum meus hic assiduo ardeat igne [q]*lucus.*

Nam ita et hic ut anapæsticus quadratus terminabitur 5
[r]antibaccho, eritque catalecticus, quia non sui generis pede clauditur. Instruendi sane sumus nonnunquam [s]choriambo, si [t]usus exegerit, iambicam basin immisceri, quod genus bacchiacum musici dicunt; exemplo erit versus ille,

Cui reserata mugiunt aurea templa mundi.

Nam secundus pes *ta mugiunt* duobus iambis cense- 6

u

g ad semipedem] et semipedum P. h seu] sed P. i si] seu P. k luco] loco P. m choriambicus quadratus catalecticus] choriambicos quadratos catalecticos P. n luco] loca P. q focus] lucus P. r antibachio] antibaccho P. et sic Santen. s choriambo] choriambico P. t res] usus P.

2. postremum ad semipedem] L. *post primum et semipedem.* Cf. Terentian. v. 1866. Santen. Terent. Maur. p. 323.

3. longas brevem] *breves longam* Santen.

4. *ardeat*] *luceat* Santen.

5. bacchiacum] bacchicon Santen. Ter. Maur. p. 325.

ib. *Cui reserata mugiunt*] Ex hymno Sereni in Janum, ut Terentianus citat. CAMER.

tur, nec tamen aliquid jacturæ metro attulit, cum temporum inter utrumque [w]congruant spatia. Unde et tribrachys pari calculatione admitti pes poterit duabus brevibus in unam coeuntibus, quæ iambum seu cho-
7 rium efficiant. Nec te syllabarum terreat numerus [x]cum intra præfinita temporum spatia teneatur, veluti,

Tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

8 Hic pro chorio sive trochæo tribrachys positus invenitur, longa in duas breves soluta, sic, *Tibi ve. Tibi* enim pro una syllaba longa accipiemus. *Ra caluit ab o.* Nam pro choriambo tribrachys bis inductus reperitur. Hujus metri [y]Philicum auctorem [z]accepimus, quod appellatione ipsa dinoscitur, qua metrum signatur.

Cap. XVII. *De duobus Ionicis a dactylo hexametro generatis.*

Ionicus quoque Sotadeus sive Sotadicus, (nam quidam volunt esse inter eos hanc differentiam, ut Sotadeus constet duobus ionicis et ithyphallico, id est tribus trochæis, ut,

Pronus cupit ingentibus ire cum procellis,

at Sotadicus tribus ionicis pedibus adæque ἀπὸ μείζονος, [a]ultimo spondeo, ut est,

Galli timidi semianimes tergora vertunt,)

ex dactylico hexametro profluunt. Nam spondeo initiali et finali et in medio versu posito constat, qui in heroo summa obtinet metri, [aa]utpote qui divisione se-
3 cundæ longæ dactyli sit [b]parens. Tetrametrus quoque catalecticus similiter originem ab heroo hexametro trahit; nam quod residuum est dactylico versui post

[w] congruant] congruunt P. [x] cum] et cum P. [y] phalæcum] phaliacum P. [z] accepimus] accipimus P. [a] ultimo] ut ultimo P. [aa] utpote] utpute P. [b] par. Ejus] parens P.

divisionem eam, quam [c] hephthemimeren diximus, tamquam,

Arma virumque cano Trojæ.

superest,

Qui primus ab oris.

Item,

Inde toro pater Æneas.

dehinc,

Sic orsus ab alto.

Id si geminaveris, et pariambum medium inserueris 4
versui, ionicum ἀπὸ μείζονος tetrametrum brachycatalectum figurabis, ut puta si medius pariambus. Ergo geminata cola heroi versus metrum ex se tale procreabunt, ut,

Qui primus ab oris.

Item,

[d] *Dum conderet urbem.*

Sit medium *puto*, fiet versus,

[e] *Qui primus ab oris, puto, Dum conderet urbem.*

Ergo pariambus in media sede duorum hemistichio- 5
rum positus duo cola nectit, facitque ut inter se congruant, [f] quæ sine metro antea dissidebant. Sane cadere nonnunquam in hanc speciem et trochaicam basin, quæ secunda regione post ionicam primam positam Praxilium metrum efficit, intimandum lectori esse par duxi, ne [g] velut contra legem ionicorum factam [h] existimaret, veluti,

Te nunc rogo Phœbe dulce melos.

[c] hephthemimere] ephthemimeren P. [d] dum conderet urbem om. P. ed. Cam. [e] qui primus ab oris om. P. ed. Cam. [f] quæ] quam P. [g] velut] veluti P. [h] existimaret] existimarent P.

4. *Sit medium puto*] Totus locus exaratus sic scribatur: ut, *Qui primus ab oris.* Item, *Dum conderet urbem. Sit medium puto fiet versus: Qui primus ab oris puto dum conderet urbem.* CAMER.

6 Ex hoc et dithyrambici metri origo manat, quod ex duobus primis pæonibus et hippio tertio, id est epitrito, subsistit, ut,

Jam Tyberis implacidus unda fluens.

Quorum supremas si detrahas syllabas, tres dactyli in versu reperiuntur.

7 Nunc de ionico, quem musici ἀπὸ ἐλάσσονος vocant, cujus [i]et de origine et nomine et compositione, quia (quæ) accidunt trimetro scazonti, huic quoque accidere
8 in dubium non venit ex trimetro versu iambico dimetrum epodum octosyllabum Archilochus commentus est: ut,

Beatus ille qui procul [k]*negotiis.*

e quo dimetrus,

Beatus ille qui procul.

nisi [l]si recipiat dactylum, aut ejus contrarium, vel loco
9 iambi tribrachyn, et [m]fiat novem syllabarum. Hic enim dimetrus, adjectis duobus pedibus, quos idem detraxit, revertitur ad pristinum trimetri statum, tamquam,

Subire Mæcenas tuo.

10 Si adjecero *negotio*, erit trimetrus,

Subire Mæcenas tuo negotio.

Item,

Beatus ille qui procul.

si addidero, *Simonides*, trimetrum hac dipodia [n]complebo, ut,

Beatus ille qui procul Simonides.

11 Facit præterea versum iambicum trimetrum tam *Simonides* quam *negotio* repetitum ter, haud alias quam [o]ut aiunt fecisse Virgilium nostrum iambico epigrammate,

[i] de] et de P. [k] negotiis] negotio P. [l] Nisi si] si om. P. [m] fiat] fiet P. [n] complebo,] complebo, ut, P. [o] aiunt] ut aiunt P.

7. *quia accidunt*] Opinor legendum, *quia quæ accidunt*. CAMER. Mox post *venit* multa videntur deesse.

Thalassio Thalassio Thalassio.

[p]quod bis enuntiatum facit epodon, ita,

Beatus ille qui procul negotio,
Thalassio, Thalassio.

Quo dimetro etiam Archilochus carmen conposuit in 12
Lycambam et filias: sed et apud nos metro continuo Alphius Avitus libro [q]Rerum excellentium fecit, et noster Horatius plures odas eodem metro persecutus est. Item dimetrus ex utraque parte syllaba detracta et acephalos et scazon, id est capite inminutus et claudus, efficietur, sic,

Adest celer Phaselus est.

Item,

[r]*Simonides Simonides.*

Prima enim adempta syllaba faciet ἀκέφαλον, sic, 13

Est celer Phaselus est.

ultima vero claudum, sic,

Adest celer Phaselus.

Item ἀκέφαλος,

Monides Simonides.

Scazon,

Simonides Simoni.

ad instar scilicet dimetri superioris. Horatius autem 14
in suo opere primum ἀκέφαλον adsimilem huic,

Est celer Phaselus est,

ita induxit,

[s]*Non ebur neque aureum.*

Sequentem vero epodum trimetrum catalecticum ad instar hujus,

Phaselus ille quem vides Sabinus.
Mea renidet in domo lacunar.

Cui si duplicem iambum a principio dempseris *mea* 15

p Quod] Qui P. Mox Lycambum P. q rerum] regrum (sic) P.
r Simonides semel ed. Tubing. Duplicavit Camerarius. s non ebur] nec ebur P.

[t]*reni*, erit reliquum *det in domo lacunar*, quæ clauda pars erit dimetri adsimilis illi superiori,

Adest celer Phaselus.

16 Hujus tenoris ac formæ quosdam versus [v]poetas lyricos carminibus suis indidisse cognovimus, ut et apud [w]Arbitrum invenimus, cujus exemplum,

Memphitides puellæ,
Sacris deum paratæ.

Item,

Tinctus colore noctis.
Ægyptias choreas.

Cap. XVIII. *De Saturnio versu.*

Et quoniam sub occasione versus hujus et tempestiva etiam nobis alia suggerit species, consentaneum reor hoc loco dicere de natura et origine hujus versus, cui prisca apud [x]Latium ætas, tamquam Italo et indigenæ, Saturnio sive Faunio nomen dedit, sed falluntur: a Græcis enim varie et multiformiter inductus est,
2 [y]nec tantum a comicis, sed etiam a tragicis. [z]Nostri autem antiqui usi sunt, ea non observata lege, [a]nec uno genere custodito, sed [b]præterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios longos, alios breviores inseruerunt, quorum est hic,

Turdis edacibus dolos comparas amice.

[t] renidet, relinquetur] reni erit reliquum det P. [v] poetas] phaoetas P. [w] Arbitrum] Arbitrium P. Mox pro *Ægyptias choreas* Terhærius rescripsit *Ægyptius choreutes.* [x] Latinos] Latium P. [y] nec] non P. [z] Nostri] Nostri autem P. [a] nec] ne P. [b] præterquam] propterquam P.

2. longos] *Longiores* Atilius Fort. p. 2679. Vid. Santen. ad Terent. Maurum p. 352.

ib. Turdis edacibus] Primo loco posita duo exempla valde mihi a mendis suspecta sunt, posterius inprimis, sed res quæ docetur ex aliis satis intelligi poterit. CAMER.

Item,

Ferunt pulchras [bb]*creterras, aureasque lepistas.*

Et apud Nævium,

[c]*Novem Jovis concordes filiæ sorores.*

Videtur tamen e duorum versuum membris compo- 3
situs, dimetri et quadrati. Constat autem pedibus sex et semipede. Nam [d]primos tres pedes et semipedem habet ex parte prima dimetri; reliquos vero tres pedes, qui sunt ultimi, habet a parte prima quadrati tragici trochaici, ut,

Cum victor Lemno classem Doricam appulisset.

Est autem duabus primis syllabis longior ab hendeca- 4
syllabo, nam uno pede in capite hendecasyllabi [e]posito, Saturnius versus fiet; cujus exemplum Metelli proposuerunt de Nævio, aliquotiens ab eo lacessiti. Ita,

Malum dabunt Metelli Nævio poetæ.

Nam *Malum dabunt Metelli* clauda pars dimetri iam- 5
bici est: dehinc *Nævio poetæ* tribus trochæis constat, quod [ee]phallicum vocamus, nec quicquam oberit trochæo quod suprema longa est, [f]quod semper in metris indifferenter, sicut superius diximus, ponitur. Tres iambos cum syllaba et tres trochæos. [g]Ergo erit prima 6
pars, id est,

Malum dabunt Metelli

talis, qualis est,

Adest celer Phaselus.

[bb] *creterras* plane P. Mox delendum *que.* [c] Novem Jovis] Noveimoves P. [d] primos] primus P. [e] posito] positos P. [ee] phalæcium] phalechum P. leg. phallicum. [f] quod] qui sūpma longaē q̄d P. [g] ergo] eē P.

2. creterras] Hic *creterras* reposuimus, cum antea legeretur, *ære terras.* COMM.

5. *oberit trochæo*] Apparet esse locum mutilatum, sed est sensus et fortasse scriptura quoque fuit autoris, *Nec quicquam oberit trochæo ultima longa, quod semper in metris indifferenter sicut superius diximus, ponitur. Habet ergo tres iambos etc.* CAMER. *Syllaba longa* nempe, et hæc duo vocabula deesse videntur. COMM.

Item,

Memphitides puellæ.

Sequens,

Nævio poetæ

talis, ut est,

Bacche plaude Bacche.

7 Sane ut in decasyllabo primus pes incertus est, ita ut in hoc duo primi pedes variantur.

Jam nunc vocet Camœnas [h] *quis novem sorores.*

8 Qui ut terminus a spondeo incipit. Quidam volunt hunc feriri sexies et recipere pedes septem, hoc est, spondeum, iambum, pyrrhichium, pariambum, dactylum, trochæum, anapæstum, e [k] quis est Thacomestus, et nasci a trimetro [m] scazonte: alii vero omnes duodecim pedes admittere, neque semper eum, ut illi asserunt, nasci e trimetro scazonte. Unde apud omnes grammaticos super hoc adhuc non parva lis est [n].

[h] quis om. P. [k] quibus] quis P. [m] scazonte] scazonte P. et sic fere mox. [n] Expl. lib. tertius. Incipit IIII. lege feliciter. De connexis etc. P.

7. *Qui ut terminus* etc.] Hic legendum putat Camerarius *Qui Saturnius.* Ego nihil mutandum censeo: sententia enim integra est: hoc enim ait, et principium et finis seu terminus habet spondeum. COMM.

8. Thacomestus] Polymnesti mentio fit apud Plutarchum de Musica. COMM.

LIBER QUARTUS

DE CONNEXIS INTER SE ATQUE INCONNEXIS, QUÆ GRÆCI ΑΣΥΝΑΡΤΗΤΑ VOCANT, PRAGMATICUS.

CAP. I.

EMENSIS atque discussis his secundum propositum nobis ordinem, [o]quæ ex dactylico atque iambico genere per multiplices conpositionum figuras informata [p]derivantur, superest ut ea, quæ ex utriusque concinnatione ac [q]permixtione metrorum genera procreantur, quibus aut magni auctores nomina dederunt, aut illustres poetæ frequenter usi sunt, persequamur. Nam- 2
que Archilochum ferunt, quem parentem artis musicæ juxta multiformem metrorum seriem diversamque progeniem omnis ætas canit, acceptum ab his qui ante se inspexerant summatimque [r]tractaverant dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per [s]adjectiones detractionesque vertisse. E quo primum iambicum 3
metrum per detractionem unius temporis formavit, adæque hexametrum, qui per dipodias trimeter efficitur, dehinc ab his duobus exorsus multa metrorum genera variaque [t]produxit. Namque ab iambico trochaicum, a dactylico anapæsticum prodidit, mutata per translationem, ut in utroque, longa syllaba. Rursus per 4

[o] quæ] qui P. [p] derivantur] derivant P. [q] permutatione] permixtione P. [r] tractaverant] tractaverunt P. [s] abjectiones] adjectiones P. et sic conj. Commelinus. [t] produxit] produxit. Namque ab iambico trochaicum, a dactilico anapesticum prodidit P.

incisionem singulorum atque conjunctionem pleraque metrorum genera commentus est. Jamque iambico trimetro detracta parte tertia, id est dipodia, dimetrum iambicum edidit, sic,

Beatus ille qui procul negotiis.

dehinc,

Ut prisca gens mortalium.

5 Similiter a dactylico eadem parte [v]dempta, id est duobus retractis pedibus, tetrametrum de hexametro [w]versum protulit, ut,

Cantabunt mihi Damœtas et Lyctius Ægon.

dehinc,

Damœtas et Lyctius Ægon.

6 Eadem species erit si supremos similiter pedes detrahas, ut,

O crudelis Alexi nihil mea carmina curas.

dehinc,

O crudelis Alexi nihil mea.

7 Item iambico trimetro [x]suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidam miuron vocant, edidit, ut,

Beatus ille qui procul negotiis.

dehinc,

Beatus ille qui procul quiescit.

8 Similiter trochaico tribus revulsis pedibus, metrum Phalæcium protulit, sic,

Tollor in montes vagus entheus repente.

dehinc,

Entheus repente.

9 Rursus hæc eadem connectens per cola et commata inter se, innumerabiles edidit species, quarum aliæ per conjunctionem, aliæ per injectionem [y]metrorum diversi generis conpositæ formatæque noscuntur. Nam duobus

[v] adempta] dempta P. [w] versum] versus P. [x] suprema] supremo P. [y] metrorum] metrorum diversi generis P.

pedibus et semipede versus heroi, [z]quæ penthemimeres tome dicitur, divulsis, rursusque inter se copulatis, pentametrum elegiacum figuravit, ut,

Incipe Menalios : [a] *Incipe Menalios.*

Idem hoc ex tribus penthemimeres fit, et appel- 10
latur ab aliis tripenthemimeres, ab aliis trisyntheton. Traditur autem [b]trisyntheton illa species, quæ tria cola 11
e [c]diversa ac sejuncta metri lege in unum carmen [d]consociat, tribusque trochæis in fine [e]concluditur, unde et trisyntheton appellatur, quod [f]licet sit specierum trina ratione distinctum, tamen copulatis his versus unius generis propagatur. Phallicum quoque tetra- 12
metro heroo assimili quoque inconsona inter se conjunctione sociavit, ita,

Solvitur acris hyems grata vice,

dehinc,

Veris et Favoni.

Tres [g]trochæos eadem specie et in anapæstico dimetro, 13
id est dipodia ejus ante lata, protulit, velut,

Age nunc comites ferte sacra Baccho.

Nam,

Age nunc comites,

anapæstica dipodia :

Ferte sacra Baccho,

phallicum metrum est. Item ex iambica basi et cho- 14
riambo, sic,

Novum melos Lydia dic.

Nam

Novum melos

duo sunt iambi ;

Lydia dic

[z] quæ] qui P. [a] incipe] incipe elegiacum P. [b] trisyntheton] triasintheticon P. [c] diversa] ediversa P. [d] consociat] consociant P. [e] concludit] concluditur P. [f] scilicet] licet P. Mox *Phallicum* editum pro *Phalæcium*. [g] trochæos—specie] trochæis—speciem P.

15 choriambus. Rursus ex dimetro anapæstico, et dimetro iambico catalectico, sic,

Age conscia Musa sacros scopulis refer sonaque cantus.

Age conscia Musa sacros scopulis,

dimetrum anapæsticum:

Refer sonaque cantus,

16 dimetrum iambicum catalecticum. Item ex dimetro iambico [h]acatalecto, et dimetro trochaico catalectico, sic,

Beatus ille qui procul, tollor in montes vagus.

Nam,

Beatus ille qui procul,

dimetrum est iambicum acatalectum:

Tollor in montes vagus,

17 dimetrum est trochaicum [i]catalecticum. Adeo fœcundus varietate carminum et singularis artificii in excogitandis novis metris hic auctor est, ut et ceteris vatibus imitationis suæ in conponendis metris obser-
18 vantiam parem studiosa æmulatione præstiterit. Nam plerique sequentis ævi his informati metrorum figurationibus, et quibusdam viis auctore Archilocho, varias numerorum species et ipsi commenti posteris tradiderunt, unde innumerabilis incomprehensibilisque venit
19 in manus copia. Nam [k]e trimetro iambico Archilochio, iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcæo, unde et Alcaicus dicitur, ut,

Beatus ille quem potens Deus.

Item heptasyllabon Anacreontium, primam [l]habens longam additam, ut,

Nunc [ll]*sacras ite ad aras.*

20 Item ex trimetro iambico [m]catalectico, medio trochæo inmisso, sic,

[h] acatalecto] catalecto P. [i] catalecticum] acatalecticum P. [k] e trimetro] e om. P. [l] habens] habent P. [ll] sacras ite] sacraire P. [m] catalectico] acatalectico P.

Trahuntque siccas machinæ carinas.

[n]Nam a Callimacho medius trochæus insertus est iambico versui. Hæc forma conveniens [o]Saturnio versui 21
est. Item iambicus dimetrus solutus in tribrachyn,

Agite, fugite, quatite, Satyri.

Item ex basi trochaica et molosso,

Tollor altos in montes.

Item ex trochaico metro catalectico hephthemimeri 22
dactylico,

Tollor in montes vagus, numina sic stimulant.

Item trochaicus tetrametrus catalecticus pluribus [p]longis in breves solutis, sic,

Agite turba Phrygia nunc [q]et quatite gravia tympana.

Item trochaicum tetrametrum catalecticum, quartum 23
iambum habens, [r]seu quod Eupolidion vocatur,

Juppiter vocatus, adest : [s]Dii favete ceteri.

Item ex trochaico tetrasyllabo et dimetro ionico ἀπὸ μείζονος, quod est Sotadium,

Eia nunc mihi.

Item ex anapæsto dimetro acatalecto et iambico di- 24
metro catalectico, sic,

Age nunc comites rabidæ Cybeles [t]vocent choros ad aras.

Item Sapphicum dimetrum hendecasyllabum ex [v]anapæsto catalecticum,

Rapiunt [w]hederas cito Mænades.

Item ex choriambis et dipodia [x]iambica alterna vice, 25
ita ut in ultimo catalexin habeat, sic,

[n] Nam a Callimacho] Nam fallache P. cf. Terent. Maur. v. 2941. [o] Saturnio] Saturno P. [p] longis in'breves solutis] in longis breves insolutis P. [q] et quatite] est quatita P. [r] quod Eupolidium vocant] seu quod Eupolidion vocatur P. [s] dii favete ceteri] defuncte cereri P. [t] vocent] una cum P. [v] anapæsto] anapæstum P. [w] hederas cito] hedera scit P. [x] iambica] omnes, ni fallor, iambicum.

Lydia dic precor mihi, perdere cur sodalem.

Item ex choriambo et dipodia iambica et trochaica, ultimo amphimacro, ut,

Lydia dic precor libens, unde dona quæ geris.

26 Item ex choriambo et basi iambica, ultimis trochæis tribus,

Lydia dic precor mihi cur tacere nolis.

Item ex choriambico dimetro acatalecto, et trochaico [x]dimetro catalectico, sic,

Lydia dic quid retices, cur venire perneges.

27 Item ex Glyconio et iambico dimetro catalectico,

Cantu [y]conticuit feros, et impios gigantas.

Item ex Pherecratio et iambico dimetro [z]catalectico sic, ex his Callimachi brevissimis duobus. Item ex Glyconio et Pherecratio junctis, e quis Priapeus versus fit, sic,

Nereus ut caneret [a]fera grato Pyrrha sub antro.

28 Item verso eorum ordine, similis superiori versus creabitur, ut,

Ibam forte per agrum montis silvicomi nemus.

Item quod utrosque Glyconios habet, ut,

Ibam forte per arduum montis silvicomi nemus.

29 Item quod utrosque Pherecratios, sic,

Rumpunt carbasa venti, fiunt liba Priapo.

Item ex duobus trochæis et duobus iambis, ut,

Sancta diva parens Sami.

Item ex molosso et iambo, qui molossiambus dicitur: ut,

Marcenti gradu [b]nectebant choros.

30 Item ex penthemimere et syzygia iambica cum semi-

[x] dimetro] dimetro catalectico P. [y] concinuit—gigantes] conticuit—gigantas P. [z] catalectico] catalecticis P. [a] fera] feros P. [b] nectebant] nectenebant P.

27. duobus] Hic quædam Callimachi videntur deesse. COMM.

pede et [c]altera penthemimere, quod Platonicon dicitur: ut,

Arma virumque cano, boni sodales, ludere nunc opus est.

Item dimetron heroon cum ithyphallico ex tribus tro- 31
chæis: sic,

Qua vada cærula molle flumen urget.

Item e duobus dactylis et semipede repetiti faciunt elegiacum, adjecta in [d]primo syllaba una et in medio altera inserta, quod Thesmophorion vocatur, ut,

O perpetuo tellus quæ nunc riget usta gelu.

Item et tome iambica et elegiaca quæ penthemimeres 32
dicitur, sic,

Canam relictus, impiger ipse veni.

Memineris autem generaliter [e]elegiaci versus cola iam- 33
bicis subnexa, sub quacumque versus specie seu lege, iambelegum ab auctoribus, composito vocabulo, nuncupari: seu contra, si præponas elegum iambo, elegiambum; ut,

Impiger ipse veni, [f]*canam relictus.*

Nam,

Impiger ipse veni,

tome elegiaca:

Canam relictus,

tome iambica. Item ex dimetro trochæo et penthe- 34
mimere,

Nunc deos adesse dico postquam res Asiæ.

Item ex trochaico dimetro acatalecto et [g]choriambico dimetro catalectico, sic,

Juppiter beatus ille, Lydia dic per omnes.

Item ex basi trochaica et choriambo, ut,

Phœbe dulce sume merum.

[c] altera] altero P. [d] prima] primo P. [e] elegiaci] elegiacum P. [f] canam] nam P. [g] choriambico—catalectico] choriambo—acatalectico P.

35 Item trochaicum tetrametrum catalecticum, quartum iambum habens, quod Eupolidion dicitur,

Juppiter vocatus adest dii favete ceteri.

Item ex trochaico dimetro catalectico et ionico ἀπὸ μείζονος [h]ultimis tribus trochæis et semipede,

Juppiter cælo sedens [i]fulmen parat acre, cuncta quo tremunt.

36 Item ex ithyphallico, sic,

Mente concitatus tollor in scopulos repente.

Item ex anapæsto dimetro [k]acatalecto et iambico dimetro catalectico,

Age nunc comites rabidæ Cybeles vocent choros ad aras.

37 Item ex dipodia anapæstica et ithyphallico,

Age nunc comites ferte sacra Baccho.

Item ex choriambo et dipodia iambica et trochaica, ultimo [l]amphimacro,

Lydia dic precor libens, unde mala quæ geris.

38 Item ex pæonico trimetro catalectico et ithyphallico, ut,

Nunc agite, nunc tripudiis mihi dulce ferte carmen.

Item ex pæonico dimetro et choriambico dimetro catalectico, ut,

Nunc agitata venit Lydia [m]dic per omnes.

39 Item ex ionico ἀπὸ ἐλάσσονος et pæone tertio et ithyphallico, [n]sic,

Miserarum est nec amore nec furore tangi.

Item ex ionico ἀπὸ μείζονος et [o]choriambo et ultimo [p]iambo, sic,

Dic nunc age Clio mihi Pegaseum melos.

40 Ad summam omnia metra, et quæ inter se congruunt, et quæ temporum [q]ratione contraria sunt, si plenius

[h] ultimis] ultissimis P. [i] fulmen] flumen P. [k] acatalecto] catalecto P. [l] amphimacro] et amphimacro P. [m] dic] nunc P. [n] sic om. P. [o] choriambico] choriambo P. [p] iambo] iambo, sic P. [q] ratione] rationem P.

consideres, ab heroo traducta sunt, et mehercules, si quis excutere penitus velit, inveniet, ut supra diximus, omnia genera ab hexametro heroo et trimetro iambico derivata, cum et iambicum heroi sit traductivum, nec quicquam sine his per se posse [r]subsistere: unde, [s]ut diximus, hæc duo metra, ut elementa ceterorum ac semina habenda merito ac dicenda sunt. Hæc ita 41
videri atque esse, ut diximus, si studiosa contemplatione exempla quæ proponuntur adverteris, [t]approbabis. Nam metrorum species cum generis sui privilegio distinctæ sint, tamen misceri inter se atque diversis communia effici ea videlicet ratione, qua cuncta, ut dictum est, ex eadem origine atque uno fonte deriventur, sic conprehenditur. Legimus apud Hora- 42
tium,

Sic te diva potens Cypri.

Hoc Glyconium metrum dicitur, quod constat ex spondeo, choriambo, et ultimo [u]trochæo vel eodem spondeo; commune hoc esse cum heroo trimetro, quod constat ex spondeo, [v]et duobus dactylis, cunctis [w]in promptu est. Item,

Mæcenas atavis edite regibus

apud eundem lyricum. Hoc Asclepiadeum metrum ap- 43
pellatur, quod constat ex disyllabis primo et extimo pedibus, [x]mediis duobus choriambis. Hoc quoque par et commune esse pentametro, ei dumtaxat, cui penultimus anapæstus est, nemo [y]dubitabit. Pari [z]modo et tro- 44
chaicum iambico communione inter eos tribrachi pedis misceri reperies, qui divisione alternarum iambi et trochæi longarum subsistit, ut est,

Tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

[r] consistere] subsistere P. [s] ut] et P. [t] approbabis] approbaris P. [u] trochæo—spondeo] Leg. iambo—pyrrhichio. [v] duobus] et duobus P. [w] in promtu] inprūptum P. [x] mediis] pedibus mediis P. [y] dubitabit] dubitavit P. [z] modo] mor P.

Hic pro trochæo tribrachys positus, longa in duas breves soluta *tibi ve*, utriusque metri disciplinam tuetur; *tibi* enim hic pro una syllaba longa accipitur, qui fit
45 ut idem versus [a]sub utriusque conditione teneatur. Nam pari lege duæ breves, id est media atque ultima, in unam longam coeuntes, iambum et trochæum formabunt. Quid nunc de proceleusmatico dixerim? qui ex omnibus brevibus subsistit, ut est ille versus tetrameter catalecticus;

Perit abit avipedis animula leporis.

46 Nam fere metris omnibus misceri communisque haberi [b]poterit, si eum per conjunctionem syllabarum ac temporum, prout uniuscujusque metri conditio exi-
47 git, informare ac dividere [c]volueris. Pari ratione syllabarum divisio vel connexio eandem metris varietatem dabit, ut,

Rei magnai publicai [d]gratiai.

Nam si [e]diductionem syllabarum ad unitatem revoces, ut sit *magnæ* et *publicæ*, ex trimetro catalectico bra-
48 chycatalectum trimetrum efficies. Per connexionem autem, id est cum duæ vocales non interposita consonante media in unam syllabam coguntur, idem effici, erit exemplo versus hic,

Cum te flagranti dejecit [f]fulmine Phæton.

49 scilicet ut disyllabum nomen ex trisyllabo fiat. Nam si connexa diducas ut sit *Phaëton*, heroo versui ultimus anapæstus [g]adjungetur: ita fit ut admixtione unius
50 pedis diversa metrorum genera misceantur. Versus quoque hendecasyllabus Sapphicus varia scandendi divisione diversis inter se metris communis reddetur. Nam si ita percutias, ut primus in eo pes sit disylla-

[a] utriusque] sub utriusque P. [b] poterit pes] poterit P. [c] volueris] voluerit P. [d] grati] gratiai P. [e] seductionem] deductionem P. [f] fulmine] flumine P. [g] adjungetur] adjungeretur P.

bus, dehinc dactylus, residentibus tribus trochæis [h]ultimis, erit ithyphallicum metrum, sin vero ita dividas, ut primum spondeum, dehinc choriambum, post diiambum et syllabam colloces, erit Phalæcium, ut,

Postquam res Asiæ perit procellis.

Sicut quidam qui ea a se, ut supra ostendimus [i]distinguunt.

Et quoniam hendecasyllabi mentionem fecimus, 51
occasione admonente satis opportunum arbitror de speciebus ejusdem, quæ sunt ferme VII ex una eademque origine descendentes, breviter dicere, quæ scilicet ex utriusque, id est dactylici et iambici metri permixtione, conposita et copulata noscuntur. Initium 52
autem ab eo versu [k]sumemus, cui Sapphico nomen est, non ut ab ea invento, sed jugiter usurpato: e cujus fonte plurimæ species disparis figuræ prolabuntur. Hujus prior forma ea lege taxabitur, qua [l]primus in 53
versu spondeus solemniter, post dactylus, dehinc et tres trochæi ponantur, e [m]quis ithyphallico seu Phalæcio, ut supra diximus, nomen est. [n]Instruendi tamen 54
sumus [o]legem collocandi in exordio spondei varie veteres custodisse. Nam quidam et trochæum et iambum in ea sede collocasse reperiuntur, inter quos et Catullus est sub exemplis hujusmodi,

Cui dono lepidum novum libellum,
Arido modo pumice expolitum.
[p]*Meas esse aliquid putare nugas.*

Nam *Cui do*, spondeum: *Ari* trochæum: *Meas* iam- 55
bum, tres [q]diversos pedes esse, quibus supradicti versus inchoantur, in dubium non venit. Hujus hendecasyllabi species erunt, ut diximus, [r]septem. Feritur autem 56

h

[h] ultimis] ultimus P. qui mox Phalecium. [i] distinguunt] distinguent P. [k] sumemus] sumimus P. [l] primus] prius P. [m] quibus] quis P. [n] instruendi] struendi P. [o] legem collocandi] lege ac locandi P. [p] meas esse aliquid] meosesealiquot P. [q] divisos] diversos P. [r] septem] ut diximus septem P.

his commatibus, quibus et hexameter per tomas, ut superius demonstravimus. Ex [s]quis aut duo metra, id est heroum et iambicum, [t]ex se conposita versum copulabunt, aut unum supplemento sui generis [v]integrum dabunt, ut puta,

Castæ Pierides meæ camœnæ.

57 Dividitur sic secundum heroum metrum, ut prior spondeus sequens dactylus adjuncto semipede penthemimeren tomen [w]compleant, residua autem versus pars iambo adsignetur, superfluente syllaba, quod est adæ-
58 que penthemimeres. Hæc igitur duorum versuum principia, quæ copulata in unius versus formam venerunt, suo quoque metro compleri potuerunt, sic,

Castæ Pierides precor adspirate canenti

et fit herous. Item,

Meæ camœnæ cœlitum testor genus

iambicus. Item,

Carmen Pierides struunt sorores

ita complebitur,

Carmen Pierides pangunt memorabile Musæ:

dehinc,

Struunt sorores Atticæ [x]dirum nefas.

59 Hæc erit de hendecasyllabis prima species et divisio. Secunda vero recipit, ut superior, spondeum et dactylum, non admisso semipede, ut supra, quo completur penthemimeres tome, dehinc tres trochæos, tamquam,

Siccas ducite machinæ carinas.

60 Nam si duobus herois quartos pedes conjungas, erit versus hexameter, sic,

Siccas ducite jam læto cum carmine puppes.

Reliqua pars [y]e tribus trochæis *machinæ carinas*, suo
61 metro, id est ithyphallico, stabit. Item,

[s] quibus] quis P. [t] ex se] se om. P. [v] integrum] integram P. [w] compleat] compleant P. [x] dirum] durum P. [y] e] et P.

Pangunt carmina jam novem sorores

hexametro complebitur sic,

Pangunt carmina tergeminæ memoranda sorores.

[z]Resederunt tres trochæi, *jam novem sorores.* Tertia 62
autem divisio latius patet, cujus exemplum,

Sulcos tunc retegunt comæ [a]*fluentes.*

Item,

Jamdudum tibi disserens probavi.

Nam si retrahas *fluentes,* remanet

[b]*Sulcos tunc retegunt comæ.*

Quod est metrum, ut grammatici, choriambicum, ut 63
musici, bacchiacum sive Anacreontium syllabarum octo, et in hoc tam primæ quam ultimæ duæ syllabæ incremento, magis quam [c]textui pedum necessariæ, ut putant, habentur. Quæ sunt hæ, initio *sulcos,* in ulti- 64
mo *comæ,* superest *tunc retegunt,* quo pes choriambus efficitur, e longa et duabus brevibus et longa, quæ si forte brevis incurrerit, ut in illo versu,

Jamdudum tibi disserens:

nam *di* syllaba in *dum tibi dis,* qui est [d]choriambus, 65
brevis inventa, fiet longa positione, sequente alia *s,* [e]quia in versu habetur post *dis* ultima [f]choriambi *serens,* hoc est *disserens.* Superest ergo superiori versui, cujus exemplum induximus, *tunc retegunt,* ut vides, pes medius choriambus: pars autem prima in hoc versu, ut supra, pedum diversitate variatur: nam et spondeum et iambum et trochæum admittit, ultima manente semper immobili, quam solus iambus obtinebit: ergo,

[z] resederunt] resedent P. [a] fluentes] flaventes P. et sic mox. [b] sulcus] sulcos P. [c] textui] texui P. [d] choriambus] choriambus, brevis P. [e] quia] qā P. [f] choriambi] choriambus P.

62. *comæ fluentes*] Supra *latentes,* ut monuimus. Et inferius, *quæ si forte,* suspicor deesse aliquid. CAMER.

Sulcos tunc retegunt comæ.

66 Erit apud Horatium hujusmodi,

Intermissa Venus diu.

Hunc quidam alio adjecto choriambo extendunt latius, tamquam,

Sulcos tunc retegunt ambrosiæ comæ,

duobus in medio choriambis positis: nam *sulcos* et *comæ* hic quoque [f]ut superius in augmento erunt: ita et illud apud Horatium,

Intermissa Venus missa Venus diu.

67 Nam tam *inter* quam *diu* superfluunt metro. Hujus figuræ similis apud eundem versus in principio invenitur, sic,

Mæcenas atavis edite regibus.

68 Nam et in hoc duo medii choriambi clauduntur: primo spondeo, extimo iambo, qui per adjectionem ultimæ syllabæ erit pentameter, sic,

Mæcenas atavis edite remigibus.

69 Idem Phalæcus [g]et tres choriambos uno versu copulatos induxit, mutuatus id quoque ab Alcæo, ita ut tres dipodiæ choriambicæ extimis utrimque simplicibus concludantur: ut,

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

Item,

Nullam Vare sacra vite prius severis arborem.

70 Nam binis syllabis ex initio et fine detractis super-

[f] et] ut P. [g] tres] et tres P.

68. *per adjectionem ultimæ syllabæ*] Ita fuerit exemplum, *Mecænas atavis edite regibus hic.* Sed in sequentibus docet adjectione penultimæ de hoc pentametrum reddi, ut hoc modo, *Mecænas atavis edite remigibus.* CAMER.

ib. *regibus.*] Deest syllaba *hic*, aut tale quiddam. COMM. *remigibus* Putsch. vid. Terent. Maur. v. 2657.

69. *mutuatus id quoque ab Alcæo*] De Alcæo illam oden Horatium transtulisse indicio est versus primus cui similis sensu et genere carminis citatur ex Alcæo hic, Μηθὲν ἄλλο φυτεύῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλου. CAMER.

erunt tres reliqui choriambici: ex quo etiam Priapei versus origo manat, et hujus colo seu commate adæque hendecasyllabus formabitur. Nam heroi hexa- 71
metri tres pedes, cum inciderit, interposita, ut versus Priapeus exigit, distinctione, eundem secernit, ut,

Cui non dictus Hylas puer,

dehinc,

Et Latonia Delos.

Qui si inter se enuntiatione copulentur, hexametri ver- 72
sus tenorem integrum modumque præstabunt, nequaquam tamen disciplinæ ac dignitati heroi respondentem, nam divisio hujus in secundo commate infracta paululum ac mollior, receptis in versu primo et quarto spondeis, efficitur, ut apud Catullum,

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape,

quos distinctio occultat auribus. Nam si divisione 73
metri Priapei separentur, ita sonabunt apud Virgilium,

Fronde super viridi sunt

dehinc,

Nobis mitia poma.
Castaneæ molles et

dehinc,

Pressi copia lactis.

Constat autem, ut supra diximus, duobus metris, quo- 74
rum prius est Glyconium [i]octo syllabarum, sequens Pherecration syllaba diminutum, ita tamen, ut novissima Glyconii, id est octava syllaba, longa sit, si natura brevis fuerit, [k]veluti,

Nereus ut caneret [l]fera grato Pyrra sub antro.

Igitur, quod hoc versu Priapi laudes plerique canendo 75

[i] octosyllabum] octosyllabarum P. [k] velut] veluti P. [l] fera] foeda P.

72. in versu] L. *in versum.* Santen. Ter. Maur. p. 363.

prosecuti sunt, Priapeum metrum nuncuparunt, quod genus hexametri adeo abhorret ab heroi lege, ut utraque pars commatis nonnunquam trochæis et iambis, aut pro spondeo anapæstis inchoetur, aut [m]etiam cretico prius comma pro dactylo terminetur, ut est apud Catullum,

Nam te præcipue in suis,

dehinc,

Hellespontia ceteris.

76 [n]quando bina sunt cola, mora distinctionis intercedente; quod genus versuum apud Græcos comœdiarum veterum scriptores plurimum est, et magis apud eos qui satyrica scripserunt, unde a nonnullis satyricon prius vocabatur, verum postea [o]abiit in consuetudinem
77 ut Priapeum appellaretur. Sub ea ergo percussione, de qua supradictum est, primi commatis divisio et choriambo medio subsistens versum ab hendecasyllabo profectum declarabit, ut,

Sulcos tunc retegunt comæ.

Item,

Jamdudum tibi disserens.

Nam tale est, quale,

Cui non dictus Hylas puer.

78 Itaque si tamquam Glyconium dividitur, erit primum comma octasyllabum, in quo prior spondeus, sequens choriambus, tertius tribrachys, [p]quod in hexametrum Priapeum converti sic poterit: solvo choriambum, et novissimam ejus syllabam duabus ultimis brevibus conjungo, ut ex choriambo et [q]tribracho efficiantur dactyli duo, erit colon hexametri, cui si Pherecratium heptasyllabum apposueris, hexametrum versum com-

[m] et] etiam P. [n] quando] quam P. [o] abiit] ab his P.
[p] quod] qui P. [q] tribracho conficiantur] tribrachi efficiantur P.

78. tribrachys] dibrachys Santen. Ter. Maur. p. 368.

plebis, in quo fit primus spondeus, secundus et tertius dactyli, quartus spondeus, quintus dactylus, sextus 79
spondeus: nam,

Cui non dictus Hylas puer

par est huic,

Hunc lucum tibi dedico,

octasyllabo, qui choriambica conpositione formatur: sequens pars,

Et Latonia Delos,

heptasyllabo illi,

Consecroque Priape,

quæ spondeo et dactylo et trochæo subsistit. Cum 80
ergo hujusmodi pedum conpositio concurrit, fit ambigua, ut ostendimus, versificatio, ut [r]et ad dactylicum transduci possit, et ad hæc quæ diximus choriambica, continuatis duobus epodi commatibus elatum in ea ode cujus initium est,

Quis multa gracilis te puer in rosa.

Nam præpositis duobus versibus duplici choriambo 81
subsistentibus, subjicit ἐπῳδοὺς duas, quæ mutato, contra quam auctor disposuit, ordine, Priapeum versum conplebunt, ita,

Grato Pyrra sub antro
Cui flavam religas comam.

Horum præposterato situ memorati versus forma præstabitur, sic,

Cui flavam religas comam, grato Pyrra sub antro:

tamquam,

Hunc lucum tibi dedico, consecroque Priape.

Dehinc cetera asmatis decurrunt eadem strophe. Sane 83
nihil hic oberit si primi commatis ultima syllaba positione sit longa, ut est [s]*comam grato Pyrra*, nam exci-

[r] et ad] ad om. P. [s] comam om. P.

80. *epodi*] *Epici* Santen. Ter. Maur. p. 366. Mox *elatum* mendosum videtur. An l. *ita ut?*

pitur a *g* et *r*, quia semper ultima syllaba et in integro, et in commate, omni lege fit libera, seu [t]quia prius comma nonnunquam, ut supra diximus, cretico [v]clauditur.

84 Quarta nunc a nobis species inchoabitur, non ut superior perplexa nec multiplex, cujus tome sub hoc versu talis existit:

Carmen suave dedistis o Camœnæ.

Nam detracto primo commate versus heroi, supererit dipodia *o Camœnæ*, hæc incisio tertio trochæo [w]terminatur, sic,

Carmen suave dedistis.

85 De qua in primo volumine plenissime, inter alias heroi versus tomas, diximus, [x]cujus et exemplum apud Virgilium nostrum ostendimus hoc,

Infandum regina.

Nam residua sibi parte adjecta hexametrum [y]dabit, sic,

Carmen suave dedistis Olympiades [z]mihi Musæ.

86 Similiter,

Infandum regina jubes renovare dolorem.

Adjecta enim trochæo tertia brevis pedem dactylum metro reddidit, ac sua versum lege conclusit.

87 Quinta autem [a]hendecasyllabi species admixto anapæsto Sotadium facit metrum Nam si ante dactylum, qui post spondeum solemniter in hoc versu ponitur, [b]anapæstum inferas, Sotadium metrum propria modulatione formabis. Erit [c]exemplo versus hic,

Carmen Pierides dabunt sorores.

88 Huic si adjeceris *lepidæ*, qui est anapæstus, inter spon-

[t] quia] qua P. [v] concluditur] clauditur P. [w] terminatur] terminati P. [x] cujus et] et om. P. [y] dabit] dedit P. [z] mihi musæ] mihi om. P. [a] hendecasyllaba] endecasyllabi P. [b] anapæstum] anapestus P. [c] exemplo] exempla P.

deum et dactylum, sequentibus tribus trochæis, quibus hendecasyllabus clauditur, fit versus Sotadius, ita,

Carmen lepidæ Pierides dabunt sorores.

Item,

[d]*Cantum Pan age carmen ede canna.*

Insero spondeo et dactylo medium anapæstum, qui 89
est *docilis*, fiet Sotadium, sic,

Cantu docilis Pan age carmen ede canna.

Sextus eadem divisione hendecasyllabus erit talis, 90

[e]*Juverunt segetes meum laborem.*

Quali tome sit iste compositus explebo. Nam *juverunt* caput est incipientis hexametri, adjectis enim reliquis pedibus versus complebitur, ita,

Juverunt mentem versus et carmine dulci. 91

At id quod versui superest,

[f]*Segetes meum laborem,*

metrum erit Anacreontion, siquidem eo frequentissime usus sit, sed et apud nos [g]plerique, inter quos Arbiter Satyricon ita,

Triplici vides ut ortu
Triviæ rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem:

quod [h]constat, sicut plerique asserunt, ex ionico quem ἀπὸ μείζονος vocant. Nam si versui, quem supra posui, 92

Segetes meum laborem,

pro prima parte ejus quam detraxi *juverunt*, apponam clausulam hujusmodi *o quam relevarunt*, fiet versus ionicus ἀπὸ μείζονος, ita,

O quam relevarunt segetes meum laborem.

[d] Cantum—ede] Cantu—adde P. ut mox. [e] Juvere] Juverunt P. [f] Segetes] Seges P. [g] plerique] relique P. [h] constat] constet P.

93 qui constat ex basi ionica et trochæis tribus. Similiter et quem supra posui,

Triviæ rotetur orbis,

si quis [i]adjiciat *cernis quotiens hic*, dabit integrum ionicum hujusmodi,

Cernis quotiens hic Triviæ rotetur orbis:

quod colon pyrrhichium et trochæos tantum tres recipit, velut,

Volucrique [k]*Phœbus axe*
Rapidum pererret orbem.

Ita,

Segetes meum laborem.

Nam parili modo solent pedes ionici ut binas, ita singulas syllabas alternis vicibus, aut longis breves, aut brevibus longas adnectere, [kk]versusque basi trochaica
94 frequentius claudere. Ex hoc Galliambicum quod vocant metrum, emollita ac tremula modulatione formatum manare dinoscitur. Nam si comma superioris versiculi repetendo geminaveris, ita tamen ut sequentis clausulæ ultimam syllabam subtrahas, versum Galliambicum efficies, sic,

Segetes meum laborem, segetes meus labor.

95 Hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tamquam,

Super alta vectus Attis:

dehinc,

Celeri rate maria.

Quod quidam Metroiacum, eo quod deum matris cantibus aptum sit, meritoque etiam Galliambum a Gallis ministris deæ, appellarunt, ut versus isti testantur,

[i] adjiciat] adicit P. [k] Phœbus] dephœbus P. [kk] versum] versus P.

95. *metroiacum*] Id est μητρῳακὸν expressa scilicet ī quod ω subscribitur, cum sit μητρῷος μητρῷος a matre magna, ut dicit. Exempla autem sunt Terentiani. CAMER.

[l]*Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos.*
[m]*Sonat hoc subinde cantus Cybeleium nemus,*
Nomenque Galliambis [n]*memoratur hinc datum.*

Recipit [o]hic versus sub alia percussione anapæstum aut spondeum in prima sede, dehinc duos iambos, interdum et tribrachyn. Nam superfluit tam in hoc quam in sequenti colo nonnumquam semipede, [p]id est una syllaba, quod colon [q]ex pariambo et basi trochaica aut tribrachy constabit. 96

Superest hendecasyllabi tome novissima, [r]quæ erit septima. Constat autem ex Hipponacteo trimetro scazonte, quem claudicare supra ostendimus, ut et [s]ipso versu declarabitur, tamquam, 97

Carmen [ss]*nemo facit meo Sabino.*

[t]Hic in hexametrum vertetur, sic,

Carmen nemo facit claro quod par sit Homero.

Superest claudum illud *meo Sabino*, cui si primas sui generis partes adjicias, erit versus iambicus tetrametrus scazon, talis, 98

Phaselus ille quem vides facit meo Sabino.

Nam ab ima parte imminuta syllaba claudus effectus est.

Accedit his octava species, quam idcirco superioribus VII [v]non conjunximus, quia ex heroo tantum versu informata dinoscitur, eo dumtaxat in quo primus spondeus, sequens sit dactylus, demptis e medio tribus vel quattuor syllabis, [w]recedentibus vero in ultima versus parte duobus pedibus, dactylo et spondeo seu trochæo, integrum sensum complentibus, ita, 99

At regina gravi saucia cura,

[l] Tremulos] Tremulo P. [m] Sonat] Sonant P. [n] memoratur] memorabitur P. [o] hic] hinc P. [p] id est] ē P. [q] aut] ex P. *ut* ed. Tubing. *aut* corr. Camerarius. [r] quæ] ē q̄ P. [s] ipso] ipso versu P. [t] Hic in] in om. P. [v] conjunximus] non conjunximus P. [w] recedentibus] recidentibus P.

95. *Sonat* &c.] Lege ex Terentiano, *Sonat hoc subinde metro* &c. COMM.

97. [ss] *nemo* pro *novum* reponendum docuit Santenius ad Ter. Maur. p. 381. Tum vulgo om. *meo*.

divulso e medio versu *jamdudum*. Item,

Sic fatur lacrimans mittit habenas.
Et tandem Euboicis labitur oris.

Quod etiam in tertio volumine breviter attigimus.

100 Discussis septem speciebus hendecasyllabis, quique ex eo per conjunctionem heroi atque iambici procreantur, superest ut de [w]Phalæcii etiam Sapphici tam cognatione quam differentia, quæ pedum inter se transmuta-
101 tione gignitur, pauca dicamus. Scimus hendecasyllaborum species [x]quidem, ut ostendimus, plures, genera autem e quibus eadem derivantur, duo, [y]Phalæcium et Sapphicum, quorum [z]discretio Phalæcii lege ac ratione
102 composita erit [a]talis. Notum est hendecasyllabum Phalæcium spondeo, dactylo, dehinc tribus trochæis fine tenus continuatis ordinari; itaque si e tribus trochæis unus abstractus primus in versu ponatur, dehinc spondeus, [b]post dactylus, ultimis duobus trochæis locatis, [c]haut dispar versus sub parili lege formabitur,
103 quam ille Sapphicus repperitur. Nam prima pars versus Sapphici, ut,

Jam satis terris nivis,

sub alia, quam supra ostendimus, ordinatione recipit trochæum, [d]spondeum, dactylum: sequens comma,

atque diræ,

104 duos trochæos. Cui tam aptæ ac manifestæ rationi una difficultas occurrit, [e]quod non semper in versu ita possunt verba copulari, ut revulsus trochaicus integer capiti
105 versus, ut demonstravimus, [f]adjiciatur. Etenim sub hac lege nullum a supradicta ratione disparem conprehendas, [g]quin omnes hendecasyllabi, [h]sub ordine (ut sit)

[w] Phalæcii] Phallecii P. [x] quidem] quod P. [y] Phalæcium] Phallechium P. [z] discretio] discretio ac P. [a] talis] alus P. [b] post] p' P. [c] haut] aut P. qui mox, repperietur. [d] spondeum] om. P. [e] quod] quæ P. [f] adjiciatur] adiciantur P. [g] cum hi omnes] quinom̄ P. [h] ut sit] sub ordine P.

trochæus primus sequentibus spondeo et dactylo dehinc duobus trochæis extimis, digesti videantur, efficientes Sapphicum metrum. Denique ut [i]in exem- 106
plum trochæum [k]separem afferamus, sit versus hujusmodi,

Cursorem tibi vendo Rufe servum,

qui est Phalæcius. Cernis hic *Rufe* trochæum secundum ab ultimo nulli cohærere, quem sine mutilatione versus aut metri [l]possis tollere seu ponere, [m]qui si præponatur versui, hujusmodi formam hendecasyllabis dabit,

Rufe cursorem tibi vendo servum,

ut est apud Flaccum,

Jam satis terris nivis atque diræ,

qui est Sapphicus: quem trochæum si ad sedem suam revocaveris, Phalæcium ex Sapphico rursus efficies. Et 107
ut per ordinem ipsorum trochæorum juxta legem Phalæcii e carminibus Flacci exempla proferamus, sit nobis ille versus, qui est primus apud eundem in ultima ode,

Mitte sectari rosa quo locorum.

Priorem trochæum liberum vides *mitte.* Hic si mutato 108
ordine juxta legem Phalæciorum primus e tribus trochæis qui [n]sunt post dactylum collocetur, longe diversam inter se figuram, cum sit idem atque integer, dabit, sic,

Sectari rosa mitte quo locorum.

Sicut illud,

Crispe Sallusti, nisi temperato:
Sallusti nisi Crispe temperato:

et cetera, scilicet primi e tribus trochæis. Item se- 109

[i] exemplum in quo] in exemplum P. [k] separetur] separē P.
[l] possis] possit P. [m] qui] quod P. [n] sunt] est P.

cundus trochæus ab ultimo pari ratione positus, [o]capitique versus abstractus, similem formam dabit, sic,

Ales in terris imitaris almæ:
In terris imitaris ales almæ.

110 Item,

Pone me pigris ubi nulla campis:
Me pigris ubi nulla pone campis.

Similiter,

Arbor æstiva [p]*recreatur umbra:*
Æstiva recreatur arbor umbra.

111 Nec non tertius trochæus, id est ultimus, simili ratione collocatus, eadem [q]versum implevit, sicut,

Ire detectum monumenta regis:
Dejectum monumenta regis ire.

Item,

Serus in cælum redeas diuque:
In cælum redeas diuque serus.

Item,

Læta [r]*quod pubes hedera virente:*
Quod pubes hedera virente læta.

112 Quarum specierum plurima exempla sunt. Accedit his et illa species non absimili modulatione conposita, ut est apud eundem,

Nota quæ sedes fuerat [s]*columbis,*

ex quo hendecasyllabus, sed non Phalæcius, figurabitur, ita,

Quæ sedes fuerat nota columbis.

Item,

Vile potabis modicis Sabinum:
Potabis modicis vile Sabinum.

113 Quod genus in XXXII exemplis repertum est. Hic enim

[o] capitique] capiti qui P. [p] recreatur bis] recreetur bis P. [q] versum] versus P. [r] quid—virente] quod—virenti P. [s] columbis] Addit P. Ex quo endecasyllabus sed non phalecius figurabitur, ita, quæ sedes fuerat nota columbis. Et sic ed. Cam.

non, ut in superioribus, tres in ultimo trochæi nectuntur, sed spondeus pyrrhichius et trochæus locantur, velut,

Nota quæ sedes fuerat columbis,

de quo formatur,

Quæ sedes fuerat nota columbis.

Primum comma, 114

Quæ sedes fuerat,

constat spondeo sequente dactylo, superest syllaba *rat*, huic adjuncta *no*, prima [t]sequentis clausulæ syllaba, spondeum medium dabit, dehinc *ta co* pyrrhichius ex utraque [v]parte brevi insertus inter spondeum [w]vel trochæum ultimum, qui est *lumbis*, disparem speciem tam Phalæcio quam Sapphico metro figurabit. Nam cum 115 et numero et modulatione congruat, mutatione [x]tamen pedum innovatum est.

CAP. II.

Decursis omnibus ab incunabulis artis hujusce metrorum generibus, quibus magni auctores tam nomina dederunt, quam etiam frequenter usi sunt, non ab re arbitror ante conclusionem elucubrati a nobis opusculi, prius quam de metris nostri lyrici carmine comprehensi, quæ singulatim per ordinem ad explendum studiosi lectoris animum persequi placuit, exordium faciam, ita attingere, quod nonnulli tamquam eruditioni et profundæ scientiæ necessarium sollicita sciscitatione percontantes exigunt, unde metrorum atque omnis musicæ elementa processerint, quo parente, [y]qua origine, quibus exordiis initia earundem artium cœperint. Nec 2 hoc satis, iidem rogant quis articulatam vocem a confusione discreverit, quis primus syllabas in enun-

[t] sequentis] sequenti P. [v] brevi] parte brevi P. [w] vel trochæum] vel om. P. [x] tantum] tamen P. [y] qua] quo P.

tiando denso seu [z]leni spiramine extulerit, qui longum tempus aut breve in elocutione vocis nostræ captave-
3 rit? [a]Quæ qui anxie scire desiderant, dicant velim, quis nobis in lucem editis [b]gestire, reptare, ridere, quod [c]proprium homini tantum est, quis [d]alimoniam lactis rictu oris appetere, quis sonum confusæ vocis in verba deducere, seu pro statu erga se mentis atque animi nunc fletum ac mœrorem, nunc alacritatem læ-
4 titiamque, concipere auctor ostenderit? Nam [e]hæc quoque sciscitationibus eorundem parili propositione consentanea occurrunt. Quibus tamen [f]sic respondendum est, naturalem nobis hanc musicam haud alias quam affectus animo corporique motus existere, [g]eamque parente natura simul cum luce vitæ [h]sensuique traditam, cumque ipso homine editam exortamque coalescere ex his quæ in promptu posita sunt, facile
5 intellegi. Namque ut opinioni nostræ etiam sub exemplis respondeat fides, nonne [i]muta videmus animalia mox ut lucis usuram hauserint, prout natura sui cuique est, alia pennarum vibratione sublime aëris petere, alia sub [k]aquas natandi meatu varie pervagari, hæc per terram tardo incessu, illa in saltum cursumque procedere: nec minus ad alimoniam vitæ, alia matris ubera, mox ut elambente matris lingua detersa sint, rictu oris adtrahere, hæc visceribus, illa herbis ali,
6 quædam frugibus aut pomis arborum [l]enutriri. Unde procul dubio intellegi datur adæque nobis parente eadem tam ad rhythmorum conceptionem, quam ad metrorum numeros ac tonos musicæ, sed et momenta temporum in enuntiatione vocum, insitum ingenio ac sensibus studium, non doctrina sed natura haustum ac

[z] leni] levi P. [a] Quæ] q̄ P. [b] gestare] gestire P. [c] proprium] primum P. [d] alimoniam] alimonia P. [e] hæc] hoc P. [f] sic] si P. [g] eamque] eaque P. [h] sensuique] sensuque P. [i] multa] muta P. [k] aquas] aquis P. [l] enutriri] nutriri P.

traditum. Cumque in ipso pariter homine procreatur 7
id, postea observationis struente [m]magisterio, majores
nostros, quod mentis jam pulsu et naturali concep-
tione collegerant, arti ac disciplinæ tradidisse, denique
ad modulanda eadem sensu quodam animique motu in-
struente nos velut magistro ducimur, [n]gestumque etiam
corporis imagini modulationis congruos incitati affecti-
bus commodamus: etenim in accentu vocis dispar
[nn]sonus non disciplina sed natura editur, ita etiam
rhythmi et mele variandis [o]cantus modulationibus
prius suapte natura quam artis structione gignuntur.
His accedentem et consentaneam [p]etiam Theophrasti 8
opinionem eruditioribus litteris haud prætermiserim,
adserentis, incentivum et non parvos impetus his, qui-
bus cordi est carmen, per mele metrorum [q]numeros
edere ab affectionibus, quos Græci [r]πάθη appellant,
suggeri, et quibusdam incalescentis ingenii stimulis in-
citari, quibus sublime, [s]cothurnatum, canorum, et tra-
gici ponderis carmen edatur, quorum tripartitam virtu-
tem, in isto dumtaxat a dicendi opere ita discernit, in-
ducit enim voluptatem, iram, enthusiasmon, veluti sa-
cri furoris instinctum, ut Græci vocant, quo fatidici
vates [t]spirant. Neque abnuo sed magis adprobo, non- 9
nihil etiam his affectibus omne ingenium, cui musici
carminis studium est, natura dumtaxat [v]prius ad id in-
formante, natura, ut supra [w]dictum est, parente ac prin-
cipe, in majus extolli, satisque prospere sub hujusmodi
mentis incitatione provenire. Namque insitam et in- 10
genitam nostris sensibus musicam iidem instruunt, ad-
juvant, et in majus quam ingenii [x]cujusque virtus est

[m] magistro] magisterio P. [n] gestus] gestum P. [nn] sonus] sonis P. [o] cantus modulationibus] cantumodulationibus P. [p] Theophrasti] etiam Theophrasti P. ed. Cam. [q] numeros] numeros edere P. [r] πάθη] ΠΔΦΝ P. [s] coturnorum] coturnatum P. et mox tripertitam. [t] spirant] spirantur P. [v] prius ad id] p'ufadit P. [w] dictum] dictum ē P. [x] cujusque] cuiq; P.

provehunt; ita esse atque ita haberi docet eorum exemplum [y]qui sacri furoris spiratione, ut diximus, enthusiasmon pleni ore intonant tragico, nec sonat mortale, quod canunt. De quorum mente ac similitudine poetæ apud nos, velut eodem calore excitati ad pan-
11 genda carmina, vates appellati perhibentur. Plato etiam hujus rei testis est, asserens numquam poetam carmen posse memorabile sine instinctu furoris afferre. Unde apud veteres plerique poetarum oratorumque ad excitandum calorem animi vino hausto, velut incentivo torpentis in se naturæ, seu senioris ingenii, cum id sibi pulchre provenisse experto didicissent, scripturam propositi operis adgrediebantur. Testis hujus rei etiam Horatius, apud quem [a]legimus,

Narratur et prisci Catonis
Sæpe mero incaluisse virtus.

12 Nec minus voluptate in opere musico alacriora redduntur ingenia. Quid enim relaxatis ab ea nostris sensibus quam canere cordi est? Ira etiam plurimum ponderis in hæc studia sensibus nostris dabit, [b]excitato enim [c]ardore stimulis suis ad calorem ingenii præser-
13 tim, suscepto operis facilisque præstabit. Hinc credo

[y] qui] quod P. [a] legimus] legimus, ut P. [b] excitato] excitatos P. [c] ardore] ardore est P.

10. pleniore] Camerarius legendum suspicatur, *dum pleno ore intonant tragica*. Quid si legas? *sacri furoris spiratione* (*quem diximus enthusiasmum*) *pleni, ore intonant tragico*. Hic certe στοχάζεσθαι liberum. Vide Platonem in Phædro. COMM.

11. *Plato*] Notus locus de Platonis Phædro [p. 245 A.] Ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. CAMER.

12. *suscepto operis facilisque*] Locum esse mendosum et quid etiam intelligendum sit apparet. Dicit enim præstare iram alacres et faciles excitato ardore animi maxime calore ingenii accedente, hoc est, si prius aliqua sit naturæ vehementia. Musicam autem amore doceri, proverbio quoque fertur et memorantur versus duo de poëmatio quodam Niciæ ad Theocritum hi: ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦ-

fieri ut amantibus felicius [d]tum quam alias carmen metricum pulchriusque respondeat, cum æstuantibus animi affectibus incitantur, ut ignarum artis, ausim dicere, amor docere, amor poetam facere possit: qui fit ut his de quibus dictum est, veluti communi sensu eodemque studio, sollemne ac familiare sit fortunas suas [e]metris potius carminum canere quam stilo prosæ orationis [f]efferre. Quamquam hoc idem omnis animi pas- 14
sio parili motu instinctuque percita vel potissimum affectet, ut se ad metrorum cærimonias, sicut plerumque cernimus, conferat, licet sciam nonnunquam etiam citra affectum et inpulsiones hujusmodi metrorum facetias sponte nos ac simplici voluntate sectari: itaque sive hæc ad delenimentum animorum, sive ad oblectamentum aurium, seu levamen laborum, sibi mortales procurare studium habuerint, non anxie sciscitaverim, hoc tantum persuadere contentus, omnem hanc, de qua nobis sermo est, musicam a primordio nascentibus cum anima sensuque infusam ac traditam, [g]postea observationis struente magisterio expolitam, [h]nonnihil etiam his affectionibus, ut Theophrastus asserit, incitari, vigere, pulchriusque procedere. Sed super hoc [i]hactenus, nunc ad institutum, ut promisimus, ordine revertamur.

[d] tum] tam P. [e] metro] metris P. [f] efferre] adferre P.
[g] postea] p' P. [h] nonnihil] nonnihili P. [i] hactenus] huc usque hactenus P.

το, Θεόκριτε, τοὶ γὰρ ἔρωτες | πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους. *Scilicet hæc sunt vera Theocrite, namque cupido | Pieridum ignaros multos facit esse poetas.* CAMER.

Cap. III. *De metris Horatianis.*

Cum sciam in secundo volumine, in quo de prototypis tractavimus novem, omnia nos metrorum genera sub eorundem præceptis et disciplina conprehendisse, (neque enim quicquam ad artem metricam pertinens in rerum natura repperiri poterit, quod non iisdem uti elementis novem juxta traditionem veterum investigatum collectumque sit,) tamen promissi memor, quod de Horatianis metris specialiter prosequendis meam fidem obstrinxeram, ne per conniventiam id præterisse arguar, ut potero singula quæque percurram quæ noster lyricus cum epodis attigisse dinoscitur. Nunc enim singulis singulas, nunc binas geminis versibus subdidit, nunc tribus uno commate epodis respondit, plerumque binis, verum diverso inter se metro et conpositione figuratis.

2 Prima igitur ejusdem ode monocolos inducitur, id est unius metri qualitate composita, sed et ea quæ unius generis habent cola eadem appellatione censentur, δίκωλοι autem duorum, similiter τρίκωλοι vel τετράκωλοι trium seu quattuor generum diversitate subsistunt.

3 Prima ergo ode, ut quidam putant, a pentametro nascitur, per [k]detractionem syllabæ brevis quæ erit ante penultimam, subsistens metro Asclepiadeo duodecasyllabo, ut,

Mæcenas atavis edite regibus.

Alii formatum id metrum putant ab hendecasyllabo per adjectionem unius syllabæ, qua dempta fiet hendecasyllabus, ut,

Mæcenas atavis edite regi.

4 Feritur hoc metrum vel per singulos pedes, ut sit

[k] detractionem] detranstionem P.

primus spondeus, secundus trochæus, tertius iambus, quartus dactylus, [l] quintus dactylus vel creticus, si in longam desinat: [m] vel per dipodias, ut constet duobus choriambis mediis, inchoante versum spondeo, claudente autem iambo vel pyrrhichio vel pariambo. Con- 6
posita est hæc ode sine epodo. Sane, ut breviter quotiens hoc, [n] id est Asclepiadeo metro, Horatius usus sit, scias, usus est primo libro duodecies, secundo libro semel, tertio undecies, quarto [o] sexies: quorum exempla inducere operi tardum, et apud eruditos supervacuum, accepta semel asmatum structione, videretur.

Secunda ode cum epodo Sapphicum metrum con- 7
tinet. Quod cum sit [oo] Alcaicum Sapphicum, tamen hendecasyllabum a numero nuncupatur, et quod eo frequentius usa sit Sappho quam Alcæus repertor. Hujus [p] mensura quarto [q] colo concluditur, tres enim qui sunt pares hendecasyllabi existunt, ita,

Jam satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit pater, et rubente
Dextera sacras jaculatus arces.

Vides sensum deesse nisi epodo claudatur, quid enim 8
fecerit Juppiter audiendum est:

Terruit urbem,

implevit expectationem sensus. Quod metrum vocatur [r] dimœron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipiat dactylum [s] et spondeum. Quidam pentasyllabon 9
epodon dixerunt a numero syllabarum; alii [t] trimœron epicon: est enim pars tertia epici versus, ut,

[l] quintus dactylus om. P. [m] vel] t P. [n] id est] idem P. [o] septies] sexies P. [oo] Alcaicum] Alceacum P. [p] mensura] mensuræ P. [q] colo] loco P. et mox, exsistunt. [r] dimetron] dimeron P. [s] spondeum] et spondeum P. [t] trimetron] trimœron P.

9. alii trimetron epicon] Et hic *trimœron* legendum videtur, causam enim reddit, quod *pars tertia epici versus.* Sed quum et p. 238, 10. iterum reperiatur, hæsito. COMM. Legendum pu-

Arma virumque cano Trojæ qui terruit urbem.

10 Monostropha vocantur hæc carmina, [u]quoniam ad primam strophen cetera respondent, neque ulla intervenit epodos [w]quæ a prima strophe, id est epodi 11 clausula, discrepet. Tres autem versus inter se congruentes constant [x]ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex [y]tetrametro trochaico catalectico subsistit, ut est illud,

Est celer Phaselus ille quem videtis [z]hospites.

12 Residuum autem,

Nivis atque diræ,

erit [a]caput trimetri iambici: quem integrum reddes si ceteras ei partes sui generis copularis, ita,

Nivis atque diræ densior nimbus fuit.

Hic anapæstus primum locum pro spondeo obtinebit, ut nonnunquam repperimus, residua pars erit iambici 13 versus. Ordine autem hemistichiorum mutato, adjectis duabus syllabis, erit trimeter, sic,

Nivis atque diræ jam satis terris dedit.

14 Quartus enim versus hexametri clausula est, qua carmen Sapphicum [b]dimetrum pentasyllabum superius inter exempla [c]proposuimus. Ita,

Primus ob oris,
Troius heros,
[d]*Perdita flammis,*
Pergama [e]*linquit.*

[u] quoniam] quam P. [w] quæ] qui P. [x] et] ex P. ed. Cam. [y] trimetro] tetrametro P. [z] Post hospites addit P. et hic, jam satis terris dedere largum imbrem hospites. [a] caput] incaput P. [b] dimetrum] ex dimetrum P. [c] posuimus] proposuimus P. [d] perdita] imperdita P. [e] linquit] liquid P.

to *trimæron*. Nam diviso in tres partes hexametro heroo, singulæ complectentur binos pedes, iidem erunt ejusdem generis versuum δίμετρον, cum per μονοποδίαν scandantur. Erunt et δίμοιρον, id est, partes illius binæ. Nam hexametro heroo soluto in pedes sex quot quidem ille partibus constiterat, duo pedes δίμοιρον habebunt, ita ut unius rei diversas appellationes respectus diversitas peperit. CAMER.

Quibus numeris frequenter Sappho carmina compo- 15
suisse cognoscitur. Feritur hoc metrum [f]vel per simplices pedes, quorum primus dactylus, secundus spondeus, tertius pariambus, quartus trochæus, quintus spondeus, vel trochæus; vel per dipodian, ut constet epitrito secundo quem et hippium dicimus, dehinc choriambo, ultimo bacchio vel [g]amphibrachy, cujus exemplum apud Horatium,

Crispe Salusti, nisi temperato.

Hoc metro, id est hendecasyllabo Sapphico, usus est 16
primo libro novies, secundo sexies, tertio septies, quarto ter. Item epodis epici [h]dimœri, primo, novies: secundo, sexies: tertio, septies: quarto, ter.

Tertia ode lyricorum asmatum, 17

Sic te diva potens Cypri.

Hoc metrum Glyconium, quod et Anacreontion dicitur, detracta syllaba Pherecratium, adjecta novissima hendecasyllabon Sapphicon erit. Connectitur autem spondeo, choriambo, et disyllabo, ut evenerit. Est 18
vero hexametri pars prior, cui si residuam clausulam adjeceris, fiet versus hexameter, [i]ita,

Sic te diva potens Cypri ferat aëre toto.

Et est nunc [k]προεπῳδικὸν, id est *antecantativum:* nam 19
quotiens majoribus metris minus [l]aliquod subnectitur, ἐπῳδὸς dicitur, quotiens vero comma vel colon integro metro proponitur, προεπῳδικὸν appellatur. Etenim quem- 20
admodum supra ostendimus epodo sententiam claudi, ita in his manifestum est [m]suspensam teneri, nam nisi subsequens metrum adjungatur, versus claudicabit. Sequitur,

Sic fratres Helenæ, lucida sidera.

[f] per] pro P. [g] amphibrachy] amphimacribrachy P. [h] dimetri primo novies] duo p mœris primo VIIII P. [i] ita] sit ita P. [k] προεπῳδικὸν] p̄ podicon P. [l] aliquod] aliquid P. [m] suspensam] susceptam P. pensam

Asclepiadeum metrum, de [n]quo in prima ode satis dictum est. Glyconio autem metro usus est libro primo duodecies, secundo semel, tertio decies, quarto quinquies.

21 Quarta ode libri primi cum epodo prolata est ita,

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.

Hoc metrum vocatur Archilochium, ut ab eo inventum. In quo prius quærendum est, utrum simplex an conpositum sit. Quod si simplex esse dixeris, vocabis hexametrum heroum περισσοσυλλαβές. Nam tertia ab ultima versus syllaba detracta faciet heroum sic,

Solvitur acris hyems grata vice veris et oni.

22 Nec tamen credas idem esse περισσοσυλλαβὲς, quod est hypercatalectum, ex eo quod in utroque una syllaba repperitur, hoc enim distabunt quod περισσοσυλλαβὲς inserta protenditur syllaba, hypercatalectum autem decursis sex pedibus superfluens invenitur, ut,

Jamque iter emensi turres ac tecta Latinorum.

Hoc enim metrum ita stabit si novissima syllaba recidatur, ut,

Jamque iter emensi turres ac tecta Latino,

et capiti sequentis versus adjiciatur: item,

Omnia Mercurio similis vocemque coloremque,

23 [o]qui et hypermetri dicuntur. Igitur [p]quando ostendimus esse id simplex, [q]nunc, quod magis reor, etiam compositum demonstremus:

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

Copulatur versus quem dividimus,

Solvitur acris hyems grata vice.

Ut,

Saltantes satyros imitabitur.

24 Comma autem quod superest ithyphallicum erit e tribus trochæis, ut novimus,

[n] quo] qua P. [o] qui] quod P. [p] quando] cum P. et sic infra 27. [q] jam quod] nunc q P.

Veris et Favoni.

Hic etiam subditus loco epodi versus, in quo prima pars iambica est, adæque tres trochæos in ultimo ut [r]superior recipit. Nam *trahuntque siccas* portio est iambi superfluente semipede *cas*, quæ efficit penthemimeren tomen. Neque enim hic catalectica est, 25
nam diximus catalexin esse cum legitimum metrum aut pedem e syzygia, aut syllabam e simplici pede [s]amittit, hic enim superfluunt. Ergo et hic sibi conjungit tres trochæos, sic,

Machinæ carinas.

Qui tamen possit et scazon trimetros videri. Nam si 26
per duas syzygias a prima parte versum dividas, id est,

Trahuntque siccas machinæ:

[t]clauditur antibaccho pede, qui est *carinas*. Sed 27
quando parem formam idem Archilochus videtur induxisse adjiciendo majori syllabam, et detrahendo minori, quo uterque tribus trochæis clauderetur, satius est iambico commati,

Trahuntque siccas machinæ,

eosdem trochæos adjungi, quam post geminam ejus dipodian [u]antibacchum ultimum poni, ut utriusque versus clausula una lege teneatur. Etenim si superiori 28
unam dempseris et inferiori addideris syllabam, hic trimeter iambicus, ille herous hexameter fiet, hoc modo,

Solvitur acris hyems grata vice veris et oni,
Trahuntque siccas machinæ carinulas.

Adnota sane hoc metrum semel apud Horatium esse positum.

Quinta ode tria genera habet, nam priores duo ver- 29
sus Asclepiadei sunt, tertius Pherecratius, quartus Glyconius, sic,

[r] superior] superius P. [s] amittit—superfluunt] admittit—superfluit P. [t] clauditur] claudicatur P. [u] antibacchium] antibacchum P. et supra 26.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flavam religas comam.

30 Sed de prioribus duobus qui sunt Asclepiadei, et Glyconio, qui quarto loco est, supra diximus. Nunc Pherecratium inspiciamus, et est heptasyllabus. Epigramma conposuit. Hoc metrum conficitur aut per singulos pedes, id est spondeo vel disyllabo, et cho-
31 riambo et ultima syllaba. Huic si Glyconium præposueris, Priapeum facies, sic,

Cui flavam religas comam, Grato Pyrrha sub antro.

[s]Pherecratio usus est libro primo quater, tertio bis, quarto bis.

32 Sexta ode cum epodo conficitur Asclepiadeis tribus, quarto Glyconio, de quibus jam diximus, [t]sic,

Scriberis Vario fortis et hostium
Victor Mæonii carminis alite,
Quam re cumque ferox navibus aut equis,
Miles te duce gesserit.

33 Quæ conpositio τετράκωλος στροφὴ dicitur, eo quod quarto versu vertatur, quo periodus clauditur. Usus est hoc genere [u]carminis novies.

34 Septima ode adæque cum epodo prolata, heroos habet versus. Nam hexametro epico tetrametrum ejusdem generis habet [w]subnexum, id est duobus pedibus inminutum, quod Archilochium dicitur, ut,

[s] Pherecratio usus] Pherecrateus usus est P. [t] sic] ut P.
[u] carminis novies] carminibus novem P. [w] subnexum] subnixum P.

30. *Epigramma composuit*] ἀπροσδιόνυσον mihi quidem hoc *epigramma* videtur. Lego, ἐπικὸν ᾆσμα, vel ἐπικὰ ᾄσματα vel metra. COMM. Non dubie mendosum. Eadem autem quæ hic scribuntur et apud Terentianum reperies, ac fortasse talis scriptura fuit, *et est heptasyllabus, et epicum comma composuit.* CAMER. *Epici carminis commate postremo hoc m. c.* Santen. Terent. Maur. p. 366.

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
dehinc epodos,
Aut Epheson, bimarisve Corinthi.
Cui si duos pedes ultimos adjicias, fiet hexametrus, sic,
Aut Epheson bimarisve Corinthi mœnia cerno.

Octava ode similiter cum epodo [x]dimetro, quod ta- 35
men προεπῳδικὸν factum est, nam majori metro minus prælatum est, quod constat ex choriambo et bacchio. Hoc quoque carminis genus dicolon ab Alcæo lyricus noster accepit, quod est hujusmodi,

Lydia dic per omnes
Hoc deos vere, Sybarin cur [y]properas amando.

Prior versus, ut diximus, ex choriambo et bacchio a 36
brevi incipiente, sequens e tribus choriambis adæque claudente versum bacchio, subsistunt. Quod metrum utrum errore seu studio poetæ secus quam ratio est processit? Nam fecit illud asperius, uno inmutato pede in principio secundi versus, pro iambo enim spondeum induxit, sic *hoc deos ve*, quem choriambum esse convenerat. Nam versus auctore Alcæo e 37
tribus choriambis et bacchio, in quo catalexis est, clauditur, qui erit,

Hoc deos vere Sybarin cur properas amando.

Etenim si imitatus esset Alcæum, ita protulisset, *hoc dea [z]vere*. Error tamen ejus, si non studio factum est, habet excusationem, quod continuo carmine id genus

[x] dimetros] dimetro P. [y] properes] properas P. et sic mox. [z] veneror] vere error P. Vid. Atil. Fort. I. 9, 17. II. 28, 26. 27.

35. *Hoc deos vere*] Supra [II. 6, 10] cum esset in archetypo litura, curavimus excudi versum Horatianum sicut legeretur in vulgatis codicibus; sed cum hoc loco diversa hæc scriptura et constans et liquida reperiretur, placuit et ipsam relinquere et superiorem mutationem indicare. CAMER.

36. Quod metrum] Vid. Bentleium ad Horat. p. 710. qui mox pro *hoc deum veneror* exhibet *Te deus o* non *Te deos o.* et om. *ejus* et *continuo—versibus et.*

tuetur, quod duobus cernimus versibus, et legem quam ipse sibi casu aliquo dixerat, usque ad ultimam asmatis partem observando [a]perduxit. Nec usus [b]hac metri specie nisi semel invenitur.

38 Nona ode tribus generibus composita est, ex quibus duo primi versus erunt Alcaici hendecaysllabi, sequentes duo disparis metri, sic,

Vides ut alta stet nive candidum
Soracte, nec jam sustineant onus
Silvæ laborantes, geluque
Flumina [bb]*constiterint acuto.*

39 Primus ex syzygia iambica et semipede, dein syllaba,

Vides ut alta,

adscitis sibi duobus dactylis, in hoc,

Stet nive candidum,

versum implebit. Idem et secundus, sic,

Soracte, nec jam sustineant onus.

40 Tertius autem erit dimeter cum semipede in syllaba, ita,

Silvæ laborantes geluque

trimeter iambicus fiet, si adjicias *frigido*, sic,

Silvæ laborantes geluque frigido.

Nam sesquipede minor est ab iambico, qui amphima-
41 cri adjectione completus est. Quartus duobus dactylis currit cum trochæo et spondeo, ita,

Flumina constiterint acuto.

Qui potest videri mixtus ex duobus metris epico et trochaico, inter quos semipodia syllaba [c]posita heroi tetrametri Archilochus metrum implevit, tamquam,

Flumina constiterint et acuto.

42 Ex quo supra epodum inductum ostendimus, sic,

Aut Epheson, bimarisve Corinthi.

[a] produxit] perduxit P. [b] hac] ac P. [bb] constiterint] constiterunt P. et infra. [c] posita] posita fuerit P.

[d]Qui adjectis duobus pedibus fiet hexameter, ita,

Maxima sic cito flumina constiterint et acuto.

Recipit et alteram divisionem, ut ad duos dactylos et 43
semipedem, qui est pars dimidia pentametri, adjiciatur nunc creticus, nunc amphibrachys, quia non semper in longa syllaba, sed interdum et in brevi desinit. Hendecasyllabis igitur Alcaicis usus est libro primo septies, secundo decies, tertio decies, quarto ter. Idem dimetris iambicis hypercatalecticis, ut hic,

Silvæ laborantes geluque,

usus est libro primo septies, secundo decies, tertio undecies, quarto ter. [e]Trimetris quoque epicis hyperca- 44
talectis, ut est hic,

Flumina constiterint acuto,

usus est libro primo VII, secundo X, tertio XI, quarto ter.

Decima ode cum epodo est, cujus initium, 45

Mercuri facunde nepos Atlantis.

[f]Constat autem hendecasyllabo Sapphico, de quo in secunda ode libri primi plenissime disseruimus, [g]qui est,

Jam satis terris nivis atque diræ.

Hujus mensura quarto colo concluditur: tres enim qui sunt pares hendecasyllabi existunt, qui epodo clauduntur, quod metrum vocatur [h]dimœron epicon, ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylum et spondeum. Monostropha autem vocantur hæc asma- 46
ta, [hh]de qua ad primam strophen cetera [i]respondent. Idem [k]et de duodecima ode dictum sit: [kk]quæ constat adæque hendecasyllabo Sapphico, cujus initium,

Quem virum aut heroa lyra vel acri.

Undecima ode lyricorum asmatum: 47

[d] Qui] quod P. [e] Trimetris—quarto ter P. habet in marg. [f] Constat] constat autem P. [g] qui] quod P. [h] dimetron] dimœron P. [hh] de qua] An *ideo quod?* supra 10. *quoniam.* [i] respondent] respondent xīi P. [k] et de] de om. P. [kk] quæ] quod P.

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

Hoc metrum quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi, et appellant antispasticon ἑκκαιδεκασύλλαβον Sapphicon, quidam a choriambico derivatum
48 asserunt. Nam ferunt [l]omnes Asclepiadeum accepta choriambica syzygia, id est ut tres iambos copulatos habeat sicut hic, facere antispasticum, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem et hippium dicimus quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambum, versum claudentem, [m] qui nonnunquam dibrachy in fine posito in pæona secundum
49 convertetur: contra si detrahas inter duo Asclepiadeum, sic,

Tu ne quæsieris quem mihi quem tibi.

Item,

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

Quarto etiam libro semel, ita,

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

50 Tredecima ode libri primi,

Cum tu Lydia Telephi,

constat ex Glyconio, quod et Anacreontion dicitur, ut,

Sic te diva potens Cypri.

Conficitur autem spondeo choriambo et pariambo. Huic pro epodo subjungitur Asclepiadeum, de quo similiter in prima ode dictum est, sic,

Mæcenas atavis edite regibus.

subsistens duodecasyllabo versu.

51 Verum quid attinet nos de his metris, de quibus jam dictum est, sæpius loqui? cum [n] præcedentium ideo exempla posuerimus, ut ex illis reliqua possemus

[l] omne] omnes P. [m] qui nonnunquam] quod nunquam P. [n] præcedentium] in præcedentibus P.

49. *Contra si detrahas inter duo Asclepiadeum*] Non est integra scriptura, manifesto tamen sensu, de his versibus Asclepiadeos fieri si choriambus detrahetur, ut vides in exemplo detractum, *scire nefas*. CAMER.

agnoscere. Ergo si qua nova metra obviam venerint, similiter discutientur. Nam omnes fere odæ in sub- 52
sequentibus libris iisdem metris subsistunt, exceptis perpaucis admodum, e quis in secundo libro ode [o]XVIII, cujus initium,

Non ebur neque aureum.

Nam novum hoc metrum, de quo nondum apud Horatium tractatum est, continet. Est autem ab Alcæo 53
sumptum [p]choriacum heptasyllabum, subdito hendecasyllabo iambico Archilochio. Etenim,

Non ebur neque aureum,

erit trochaicum, proepodicum, dimetrum, catalecticum, quod accepta in principio brevi syllaba iambicum epodum faciet, sic,

Da non ebur neque aureum.

Penultima autem detracta phallicum reddet, ita, 54

Non ebur [q]neque aurum.

[r]Dimetro vero subnexo, ut,

Beatus ille qui procul, non ebur nec aureum,

versum dabit ex quadrato compositum. Aut si e prin- 55
cipio creticum retrahas *non ebur*, cujus tertia positione longa est, sequitur enim [s]*n* littera, erit trimetri iambici prima portio *nec aureum*. Insequens autem 56
versus metrum habet iambicum catalecticum Archilochium, ita,

Mea renidet in domo lacunar.

Nam,

Mea renidet in domo,

dimetrum est, *lacunar* claudicat. Hujus exemplum apud eundem est,

Trahuntque siccas machinæ carinas:

quo metro semel tantum usus est. Feritur prior ver- 57
sus ditrochæo, deinde dactylo vel amphimacro, se-

[o] XVIII] XVI P. [p] choriacum] choriambicum P. [q] neque] nec P. [r] Dimetro] Trimetro P. [s] *n*] non sic P.

quens autem [t]diiambo, ultimo bacchio; qui recipit et alteram divisionem: nam *mea renidet* portio est iambi, superfluente semipede *det*, quæ efficit penthemimeren tomen, dehinc tres trochæi versum complebunt, ita, *in domo lacunar.*

58 Libro tertio, metra omnia fere aut Alcaica, aut Sapphica, aut Asclepiadea, aut certe ea sunt de quibus supra disseruimus, præter id quod in duodecima ode invenimus, quod est [u]ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, ut,

Miserarum est neque amori dare ludum.

59 Per totum autem asma diligentia poetica id observatum est, ut versus duas primas syllabas breves, sequentes autem habeat longas, [w]sicut et pes ionicus mi-
60 nor compositus videtur. Digestum [x]autem est ex duobus trimetris conjunctis uno tetrametro ei subjecto, sic,

Miserarum est neque amori dare ludum
Neque dulci mala vino lavere, aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

61 Hoc quoque [y]metro Horatius semel usus repperitur. Lib. IIII ode VII talis est,

Diffugere nives redeunt jam gramina campis.

Hæc ode scripta est ad [z]δικωλίαν, [a]et est primum [b]epos heroum hexametrum, secundum autem epodos penthemimeres, id est hemistichium pentametri, ita,

Arboribusque comæ.

Sed ut huic [c]prolatione par sit, sumenda ejus pentametri pars erit, qui duos primos pedes dactylos habebit. Aliud in quarto lib. novum metrum non invenies.

62 Lib. v, qui epodon inscribitur, ode prima est,

Ibis Liburnis inter alta navium:

secunda,

[t] diiambo] diiambico P. [u] ionicum] ionico P. [w] sic] sicut P. [x] autem] autem est P. [y] metro] metra P. [z] δικωλίαν] diacolian P. [a] et est] etem P. [b] epos] epodos P. [c] prolatione] orationo P.

Beatus ille qui procul negotiis:

tertia,

Parentis olim si quis impia manu:

et quæ sequuntur usque in decimam. His iambicis 63
trimetris [d]acatalectis usus est in libro epodon, ut diximus, decies: quibus [e]respondet adæque [f]iambico dimetro [g]acatalecto, id est quattuor pedibus ejusdem metri; primo sic,

Amice propugnacula.

secundo,

Ut prisca gens mortalium.

tertio,

Senile guttur fregerit.

Similes [h]Archilochiis illis,

[i]Πατὲρ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

In eodem, ode XI. 64

[k]*Petti nihil me sicut antea juvat*
Scribere versiculos amore percussum gravi.

scripta ad dicoliam, in qua primus versus erit simplex iambicus trimeter, sequens compositus. Nam [l]præ- 65
lata, *amore percussum gravi*, quo metro semel usus est. In eodem, ode XII.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.
Munera quid mihi quidve tabellas.

Hæc metra similia sunt illis quæ in primo carminum 66
invenimus, ita,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen:

dehinc,

Aut Epheson, bimarisve Corinthi.

[d] acatalectis] acatalecticis P. [e] Respondet] quibus respondet P. [f] iambico dimetro] dimetro iambico P. [g] acatalecto] acatalectico P. [h] Archilochiis] Archilochu P. [i] ΠΑΤΕΡΑΥΚΑΜΒΑΝΟΝΕΦΑΡΑΤΟΙΤΟΔΕCTICACΠΕΡΑΙΝΕΦΡΕΝΑC. P. πατὲρ λικάμβα πῶς πεφρασμένον γέτοι | τόδ' ἐστὶ σὰς περὶ φρένας. edd. [k] Pecti] Peti P. [l] prælata] p̄lata P.

67 ubi tetrametrum epicum heroo subnectitur. Item,

Te maris et terræ numeroque carentis arenæ,

herous epodus hujus,

Mensorem cohibent [m]*Archyta.*

Nam tetrametri epici, qui et Archilochii ab inventore nuncupantur, adjectis duobus in fine pedibus erunt hexametri, sic,

Munera [mm]*quid mihi quidve tabellas perfida* [n]*mittes.*

68 In eodem, ode [o]XIII.

Horrida tempestas cælum contraxit, et imbres
Nivesque deducunt Jovem, nunc mare nunc siluæ.

Horum metrorum primum heroum est simplex, sequens compositum ex dimetro iambico [p]acatalecto et penthemimeri epico, quod [q]superiori epodo contrarium est, ita,

Scribere versiculos amore percussum gravi.

69 Quem consequenti ratione præposterum, quam superior habetur, induxit, sic,

Nivesque deducunt Jovem, nunc mare nunc siluæ.

Etenim veritus ne subjecti epodi prius comma ex heroo subsistens eundem enuntiationis sonum redderet, iambicum dimetrum anteposuit, [r]quo variata modula-

70 tione gratior redderetur. Nam et in trimetro superiore, ne sui generis versum subjungeret, heroi comma [s]præmisit, ita,

Scribere versiculos.

71 In eodem, ode [t]XVI.

Altera jam teritur bellis civilibus ætas:
Suis et ipsa Roma viribus ruit.

Prior herous, sequens trimeter iambicus acatalectus est, qua copulatione inter se metrorum Horatius semel usus

it

[m] Archita] arcuta P. [mm] quid] cur P. [n] mittes] mentis P.
[o] XII] XIIII P. [p] acatalecto] catalecto P. [q] superiori] superiore P.
[r] quo] qua P. [s] præmisit] p̄misit P. [t] XVI] XIIII P.

reperitur. Item dimetrum epodum heroico versui subjicit, sic,

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus.

Similiter, 72

Nox erat et cælo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera.

Quo exemplo bis, nec amplius, in epodon libro poeta usus est. In ultima ode, quæ est,

Jam jam efficaci do manus scientiæ,

trimetris omnibus sine epodo usus est.

Et hactenus epodi. Si qua vero sunt alia de quibus 73 non diximus, ex his, sicut supra memoravimus, nascuntur, aut detractis aut adjectis cuilibet metro syllabis, neque ullus fere poetarum est qui vel lyrica vel fabularum choros scripserit, qui non sibi aliquod proprium genus ob commendationem ac memoriam sui nominis finxerit. Asmate eo [v]quo scribitur carmen 74 seculare, cujus initium,

Phœbe, silvarumque potens Diana,
Lucidum cæli decus, o colendi
Semper et culti, date quæ precamur
Tempore sacro,

hendecasyllabum est Sapphicum, tribus continuis versibus, epodo quarto epico dimœro, de quibus in secunda ode libri primi carminum, cujus initium,

Jam satis terris nivis atque diræ,

satis dictum est.

CAP. IV. *De numero [w]Horatianorum versuum.*

Omnia autem apud Horatium tam carminum quam ἐπῳδῶν metra erunt [x]numero undeviginti, sic, Ascle-

[v] quo] quod P. [w] Horatianorum versuum] eorum P. [x] undeviginti numero] numero undeviginti P.

piadea spondeo, ut [y]*Mecæ*, duobus [z]choriambis *nas atavis* [a]*edite re*, pyrrichio *gibus*. Sapphica hendecasyllaba, epitrito secundo *Jam satis* [b]*ter*, choriambo *ris nivis at*, bacchio *que diræ*. Dimetra epica acatalecta, dactylus *Terruit*, spondeus *urbem*. Glyconia quæ et Anacreontia, spondeus *Sic te*, [c]choriambus *diva potens*, pyrrhichius *Cypri*. Ἑκκαιδεκασύλλαβα Sapphica, quæ quidam antispastica dixerunt, spondeus *Tu ne*, choriambi *quæsieris*, *scire nefas quem mihi quem*, pyrrhichius *tibi*. Epica περισσοσύλλαβα, dactyli *Solvitur*, *acris hi*, spondeus *ems gra*, dactylus *ta vice*, trochæi *veris et Favoni*. Trimetra iambica catalectica,

Trahuntque siccas [d]*machinæ carinas.*

[e]Pherecratia, spondeus *Grato*, [f]choriambus, *Pyrra sub an* (syllaba) *tro*. Epicum hexametrum, quod heroum,

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen.

Epicum tetrametrum acatalectum [g]heroici,

Aut Ephesum bimarisve Corinthi.

(Chor)iambicum dimetrum catalecticum, choriambus *Lydia dic*, et bacchius *per omnes*. Choriambicum tetrametrum catalecticum, epitritus II *Hoc deos ve*, [h]choriambi *re Sybarin cur* [i]*properas*, bacchius *amando*. Alcaicum hendecasyllabum, [k]iambi duo *Vides ut al*, cum syllaba *ta*, et duo dactyli *stet nive candidum*. Dimetrum iambicum hypercatalectum, spondeus *silvæ*, iambus *labo*, spondeus *rantes*, iambus *geluque*. Trimetrum epicum hypercatalectum, duo dactyli *flumina*

y Mecæ] Męcenas P. z choriambis nas] choriis P. a atavis] atavis pyrrichio P. b ter choriambo ris nivis at bachio quæ] terris chorio nivis bacchio atque P. c choriambus diva] diva chorios P. d machinæ] machinæ iambici P. e Pherecratia etc.] spondeo g. chorio P. s. a. Pherecratia P. g heroici] heroi P. h choriambi re Sybarin] re Sybarin choriambus P. i properes] properas P. k iambi etc.] iambi duo vides ut alta stet cum syllaba nive et duo dactyli candidum P.

[m]*constite*, et duo trochæi *rint acuto*. Trochaicum dimetrum catalecticum, trochæi,

Non ebur neque aureum.

[n]Iambicum trimetrum catalecticum,

Mea renidet in domo lacunar.

Trimetrum [o]iambicum acatalectum,

Ibis Liburnis inter alta navium.

Dimetrum iambicum acatalectum,

Amice propugnacula.

Conpositum ex penthemimere elegiaco, et dimetro iambico [p]acatalecto, duo dactyli cum syllaba,

Scribere versiculos.

[q]Duo iambi, tertius spondeus, quartus [r]iambus, *amore percussum gravi.* Conpositum ex dimetro iambico et penthemimere elegiaco, [s]duo iambi *nivesque de*, spondeus [t]*ducunt*, iambus *Jovem*, dactylus *nunc mare nunc silvæ*. Metra apud Horatium semel dicta, [v]choriambus *Lydia dic*, bacchius *per omnes*, *Hoc* [w]*deos ve*, epitritus [x]secundus.

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.
Non ebur neque aureum,
Mea renidet in domo lacunar.
Scribere versiculos amore percussum gravi.
Nivesque deducunt Jovem, nunc mare nunc siluæ.

Et super his hactenus.

Nunc [y]vero si non omnia, quæcumque apud Græcos 2
possunt inveniri, hoc commentario comprehenderim, (sunt enim apud lyricos et comicos poetas innumerabiles metrorum species,) illud tamen non adroganter

[m] constite] constiterint P. [n] iambicum] trochaicum P. [o] iambicum] et iambicum P. [p] catalecto] acatalecto P. [q] duo iambi om. P. [r] iambus] iambici P. [s] duo iambi nivesque de] nives iambi IIII deducunt P. [t] ducunt iambus om. P. [v] choriambus] choriambi P. [w] deos ve] ve om. P. [x] secundus] secundus vere P. [y] vero] vero etiam P.

ausim dicere, id nos his voluminibus quattuor consecutos, ut si novum atque incognitum auribus metrum commentum se quispiam duxerit, inficias ire non possit ad hæc velut omnium [z]generum semina, quæ investigata a nobis et huic commentario tradita reperiuntur, necessario referri, ab iisdemque, ut ita dixerim, fontibus proculdubio derivari, præterea utcumque sub incerta atque ambigua specie [a]astu proferuntur, protinus intellegamus [b]qua metrorum origine procreata, vel qua sint ratione studiosa conposita, quo simul et ea quæ fallunt inconnexa inter se metra, magistra lectionis instructione noscamus, et ipsi ex nobis nova, instigante gloria, comminisci ac proferre [c]possimus.

Ex Ælio Festo Apthonio de carminis appellationibus.

'Ωδὴ est dulcedine soni verbum [e]lexisve pronuntiata. Nam si sine verbo sonus pronuntietur, [f]κροῦσμα [g]dicetur. Unde etiam in tropicis artis musicæ litteras seu signa quædam tonos proprios [h]exprimentia media interveniente linea ita enuntiant, [i]τὰ μὲν ἄνω τῆς λέξεως, τὰ
2 δὲ κάτω τῆς κρούσεως. Quod κροῦσμα variatur ex rhythmo, dum augetur aut minuitur, et ad sonum [k]dirigitur, vel pedis ἐμμελὲς verbum enuntiatur, infinita enim res est rhythmos, cum usque quo voles vocis sono ducatur,
3 ibique cogas quiescere ubi pedem finiturus es. Μέλος autem quod ex his nascitur, dictum putant a Meline

[z] generum] genera P. [a] astu] aſtu P. [b] qua] quam P. [c] possimus] possemus. Ælii Festi Apthonii v. p. de metris omnibus explicit lib. IIII. feliciter. utere Stephane scriptor et lector P. Sequitur in P. metrorum Horatianorum index 9 pp. constans. Deinde Ode est etc. [e] lexisve pronunciata] lege sua pronunciatum P. [f] κροῦσμα] crusma P. et sic mox. [g] dicetur] dicitur P. [h] exprimentia] exprimentia media P. [i] τὸ μὲν—τὸ δὲ] τὰ μὲν—τὰ δὲ P. [k] dirigitur] dirigit P.

Oceani filia, quam [g]primam quattuor chordis usam affirmat Lysanias, sive, ut Licymnius, *ἀπὸ τοῦ μελεάζειν, τουτέστι θρηνεῖν.* Quibusdam placet ab apibus quæ 4
Græce *μέλισσαι* dicuntur: nam sicut illæ omni cura flores legunt ut mella conficiant, *καὶ ὅτι μέλει αὐταῖς* hoc studium, *μέλισσαι* dictæ, in scriptura quoque quicquid floris est in sono vocis et rhythmis ad componenda *μέλη* colligimus ut auribus tradamus, unde et Homerus,

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Nam veluti gustu vocis aures pabulantur. Vel ideo 5
μέλος, quia pars est *ᾠδῆς καὶ λέξεως*, sicut et corporis nostri partes Græce *μέλη* [h]appellantur. Constat autem *μέλος* [i]colo et commate. Colon est quædam pars 6
orationis integra pedum compositione conjuncta, cujus pars comma dicitur. Erunt itaque cola particulæ solutorum metrorum dumtaxat, cum integræ fuerint syzygiæ, comma vero cum [k]imperfecta est. Omnis autem [l]versus *κατὰ τὸ πλεῖστον* in duo cola dividitur, abusive autem [m]etiam comma dicitur colon.[n]

[g] primam] primum P. [h] appellamus] appellantur P, [i] colo] colos P. Mox pars om. P. [k] imperfecta est] iamperfecta est P.
versus
[l] versus] servus P. [m] et jam] etiam P. [n] Explicit ars grammatica Victorini Mari de ortographia et de metrica ratione P.

[a]MARII PLOTII

SACERDOTIS

DE METRIS.

Præfatio.

MARIUS Plotius Sacerdos composui Romæ docens de metris.

Quum de institutis artis grammaticæ primo libro me tractavisse [b]comperisset vir clarissimus Uranius, nec ei displicuisset, vel quod non absurde compositus, vel quod ad ejus filium V. C. mihi contubernalem, [c]et ætate pene studiisque conjunctum Gaianum scriptus esset, compulit ut etiam de nominum verborumque ratione, nec non [d]etiam de structurarum compositionibus exprimendis breviter laborarem. Cujus præstantissimi viri jussionibus libens arbitror libro secundo nos explicabiliter obedisse, nunc in hoc sive tertio sive novissimo artium libro, ab eodem summo viro [e]commendatus vobis viris amplissimis, nobilitatis splendore prædito Maximo, et omni laude prædicabili Simplicio, quorum et ad quos seria non nisi de litteris exercentur, quoniam jubere dignati estis, me posse de metris etiam

[a] MARII PLOTII SACERDOTIS DE METRIS] Ita MS. Leid. Vulgo MARII PLOTII AD MAXIMUM ET SIMPLICIUM CL. V. V. DE METRIS LIBER. [b] comperisset vir clar.] Sic L. Putschius *comperissem et vir clar.* [c] et ætate] Sic L. Putschius om. *et.* [d] non etiam de] Sic L. Putschius om. *etiam.* [e] commendatos] Sic L. Putschius *commendatus.*

tractare judicastis, breviter esse componendum decrevi. Sed [f]quoniam metrorum rationem [g]dicturos prius decet pedes considerare, quibus sunt carmina modulanda, [h]de horum numero, nomine, nominum derivatione, schematibusque, quam verissime poterimus, breviter explicemus.

CAP. I. *De pedibus.*

Sunt igitur pedes alii disyllabi, alii trisyllabi, quorum unde nomina deducta sunt doceamus, et quot habeant schemata. Sunt et ex disyllabis geminatis pedes 2
tetrasyllabi, quorum et nomina et schemata subjungemus. [i]Sunt ex disyllabis et trium syllabarum pedibus copulatis pedes syllabarum quinque, et ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus non arbitror esse necessarium [k]diligenter laborare.

De disyllabis pedibus. 3

Disyllabi pedes sunt numero quattuor, [l]ideo quoniam una syllaba duo habet schemata, nam aut longa est aut brevis: duæ syllabæ quattuor schemata habent, nam aut ambæ breves sunt, aut ambæ longæ, aut una brevis, una longa, aut una longa, una brevis.

Pyrrhichius pes e [m]duabus brevibus constat, tem- 4
porum duum, ut *herus:* qui a Pyrrhica lusus genere nomen accepit, quia hoc sono milites usi *sub armis*, [n]ut ille ait, per ludum *ciunt simulacra pugnæ.* Ipsa 5

[f] quoniam] Sic L. Putschius *quia.* [g] dicturos] *dicturus* L. *dicturum* Putschius. [h] de horum numero nomine] *de* et *nomine* om. L. [i] sunt ex] Sic L. *sunt et ex* Putschius. [k] diligenter laborare] Sic L. *diligenter* om. Putschius. [l] ideo quoniam] Sic L. *ideo* om. Putschius. [m] duabus brevibus] *duabus syllabis* L. [n] ut ille ait, per ludum ciunt simulacra pugnæ] Ita citat ex cod. MS Cujacius Obs. XIII. 10. et sic fere L. in quo tamen *pugnam* non *pugnæ.* Virgilius Æn. V. 585. *pugnæque cient simulachra sub armis.* Edidit Putschius; per ludum, ut ille ait, *ciebant simulacra pugnarum.*

tamen Pyrrhica dicta est a Pyrrho Cydoneo, [p]qui primus Cretenses sub armis saltare ad hujus pedis sonum instituit. [q]Alii a Pyrrho Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltavisse. Aristoteles autem Achillen ait hujus
6 lusus inventorem fuisse. Quibusdam placet ab ardore, id est a velocitate sui sonus, nomen accepisse hunc pedem, [r]ἀπὸ τοῦ πυρὸς id est a flamma, ac per hoc a velocitate. Cognatus enim sensus ardoris et velocitatis est, unde,

Instant ardentes Tyrii,

id est *festinantes:* et,

Ardet abire fuga,

hoc est *festinat.*

7 Pyrrhichio contrarius est *spondeus* ex duabus longis, temporum quattuor, ut *heres:* qui a sacrificio nomen possedit, quod Græce σπονδὴ nuncupatur, quoniam hoc sono hymnos, id est laudes diis immortalibus, decantabant.

8 *Iambus* ex brevi et longa constat, temporum trium, ut *Ceres.* Cujus nomen [s]Iambe Celei filia dedit, quæ cavillationes jocosas hujus pedis sono dicens, risum Cereri hospitanti ibi gratissimum [t]commovebat: unde etiam hujus pedis metrum comœdiis, hoc est rei gratissimæ, [v]accommodatur.

9 *Trochæus* ex longa et brevi [w]constat, temporum trium, ut *cera.* [x]Dictus a velocitate rotæ, quam suo sono imitatur, quæ Græce τροχὸς nuncupatur. Alii [y]χορεῖον appellant, quia ad choros aptam [z]modulationis

[p] qui] *quia* Cujac. Idem mox ponit *dicunt* post *saltavisse.* [q] *alii dicuntur a* L. [r] ἀπὸ τοῦ πυρὸς om. L. ἀπὸ usque ad *velocitate* om. Cujac. [s] iambe] *iambæ* L. [t] commovebat] Sic L. *commoverat* Putschius. [v] accommodatur] *commodatur* L. [w] *constat* om. L. [x] dictus] *dictus trochæus* L. [y] χορεῖον] *Chorion* Santen. ad Terent. Maur. p. 71. [z] modulationis] *modulatione* L.

5. *Pyrrho Cydoneo*] *Pyrricho Cydoneo* Schottus ad Procli Chrest. p. 447.

continet rationem: unde etiam pes qui ex hoc et iambo constat *choriambus* nominatur.

De trisyllabis pedibus.

Trisyllabi pedes sunt octo, ideo quoniam tres syllabæ octo habent schemata; sed unde [a]traxerint nomen, docebo sine exemplis, [b]quoniam in primo libro id explicabiliter demonstravi. 10

Dactylus dictus est a digito, cujus [c]articulus figuratur incipiens a longa, desinens in duas breves. Digitus enim Græce δάκτυλος nuncupatur. 11

Anapæstus dactylo contrarius, inde dictus, quod ei referiatur, [d]id est repercutiatur, quod Græci ἀναπαίειν dicunt. 12

Tribrachys a suarum syllabarum qualitate nomen accepit, quod tribus brevibus constet, quæ Græce βραχεῖαι nuncupantur. 13

Molossus dictus quod a Molosso Cretensi viro repertus est [e][hunc quidam et *creticum* dicunt]. 14

Amphibrachys [f]nuncupatur, quod ex utraque parte (quod Græci ἀμφὶ dicunt), brevem (quam illi βραχεῖαν nuncupant) continet. 15

Amphimacrus, sicut ante se pes, nomen accepit, quod ex utraque parte longam, quam Græci μακρὰν dicunt, habet: [g]dictus est hic pes etiam *creticus*, quoniam in Creta insula Corybantes, ut vagitum Jovis nati [h]celarent Saturnum, scutis suis sic sonuerunt graviter, breviter, graviter. 16

Bacchius dictus est, quod [i]Baccho, id est Libero patri, accepta modulatio hujus pedis sono componebatur. 17

Palimbacchius dicitur, quod bacchio contraponitur. 18

[a] traxerint] *traxerunt* L. [b] quoniam] Sic L. Putschius *quia*. Tum *id* om. L. [c] articulus] *articulos* L. [d] id est] Sic L. *et* Putschius. [e] *hunc—dicunt* om. L. [f] nuncupatur] Sic L. Putschius *nominatur*. [g] dictus est] Sic L. Putschius *dictus est tamen*. [h] celarent] *celerent* L. [i] Baccho] *Bacchia* L.

19 *De pedibus compositis.*

Simplices igitur pedes sunt duodecim. Ceteri vero omnes compositi sunt, ex disyllabis quidem XVI, quoniam quattuor syllabas, sedecim schemata habent: quorum nomina unde derivata sint doceamus.

20 *Proceleusmaticus* dictus est, quod choros concitantes, ut celerius saltationem celebrarent inter se, hortabantur, et hortatio Græce κέλευσις nuncupatur.

21 *Dispondeus* dicitur, quod ex duobus spondeis componitur.

22 *Choriambus*, quoniam ex trochæo, qui et chorius dicitur, et iambo constat.

23 *Antispastus*, quoniam ex utraque parte a brevibus revellatur, quod Græci ἀντισπᾶν dicunt.

24 *Ditrochæus*, quod ex duobus trochæis figuretur, nomen accepit.

25 *Diiambus*, ante [k] se positi pedis ratione dictus est, quod duobus iambis teneatur.

Ionici, qui sunt duo, ab Ione inventore suo dicti.

26 *Epitriti* quattuor sunt, ideo hoc nomine vocati quod ad tres breves una longa variis vicibus teneatur.

27 *Pæones* tot sunt numero quot [l] etiam Epitriti; a Pæone poeta nomen inditum [m] possederunt.

28 Quinque syllabarum pedes ex disyllabis et trisyllabis, vel contra compositi sunt, numero triginta duo, quoniam quinque syllabæ XXXII schemata habent: qua ratione etiam metrum heroicum, quod quinque pedibus variatur, XXXII schemata habet.

29 Sex syllabarum pedes sunt numero sexaginta tres, quoniam sex syllabæ schemata habent totidem. Hoc tamen scire debemus, quod quinque syllabarum pedes et sex in metro reperiri possunt, et maxime in choro-

[k] se positi] *positi* om. Putschius. [l] quot etiam] *etiam* om. Putschius. [m] possederunt] *posuerunt* L.

rum modulatione, sed non scanduntur eorum pedum more, qui ex quattuor syllabis constant. Nam illi 30
juncti ex disyllabis uno nomine suo nuncupantur: hi vero per eas partes, per quas compositi sunt; ut si sit ex spondeo et dactylo pes compositus, non totus in se scanditur, sicut proceleusmaticus, sed spondeo et dactylo: sic etiam si ex duobus dactylis componatur. Sed horum omnium subjungere schemata, est quidem possibile, sed molestum.

CAP. II. *De metris.*

Metrorum alia sunt simplicia, alia composita. De simplicibus ante tractemus; in quibus generalia sunt octo, de simplicibus pedibus quattuor, de compositis totidem, et ipsa simplicia nuncupata. Ex dactylo *dac-* 2
tylicum metrum dictum, ex anapæsto *anapæsticum*, ex iambo *iambicum*, ex trochæo *trochaicum*. Hæc quidem ex simplicibus pedibus facta sunt metra. Ex compositis vero, quæ simpliciter metra simplicia nuncupantur, hæc sunt. A choriambo pede *choriambicum*, ex antispasto *antispasticum*, ex ionibus *ionicum*, [n]ex pæonibus *pæonicum*. Hæc metra [nn]divisa per sep- 3
tem, undecim reperiuntur. Additur enim dactylico quidam *spondeazon*, unde etiam apud Homerum invenitur versus omnibus spondeis constans, [o]Iliad. λ.

Ἀτρεΐδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουνάζέσθην.

Apud Virgilium, si unam [p]detraxerimus syllabam illi 4
versui, faciemus spondiazontem,

Aut levis ocreas lento ducunt argento.

[q]*e* littera sublata ubi est syllaba [r]*cre*. Anapæstico 5
metro *proceleusmaticum* additur; [s]nam quoniam dactylo anapæstus contrarius est, ideo proceleusmaticum

[n] e pæonibus] *ex pæonibus* L. [nn] divisa per septem] Infra 6. *ex octo undecim*. [o] Iliad. λ.] *ut* L. [p] detraxerimus] *detraxeris* L. [q] e] *est* L. [r] cre] *græca* L. [s] nam quoniam] Sic L. *nam* om. Putschius.

metrum ex brevibus omnibus constans, contra spondeadeum undique longum, quod dactylico additur, secum habet. *Ionicum* duplex est; est enim *a majore*, [t]est et *a minore*.

6 Sic ergo metra sunt generalia ex octo undecim, dactylicum, spondeadeum, anapæsticum, proceleusmaticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, antispasticum, pæonicum, ionicum majus, ionicum minus.

7 *Dactylicum* metrum [v]solis simplicibus scanditur pedibus, dactylo, spondeo, trochæo, sed in [w]novissimo loco; quamvis quidam trochæum nec in novissima dactylici metri parte [x]concedant, quoniam novissima syllaba in omni metro indifferens est, sed hac sua ra-

8 tione errant. Alia metra vero per *συζυγίαν*, vel *διποδίαν* [y]scanduntur. Συζυγία disyllabis pedibus junctis unum facit pedem: διποδία vero quinque vel sex [z]syllabis composita, pedibus unde constat scanditur separatis.

9 Præpositis metris hæc considerare debemus, an generalia sint, ut dactylicum[a] vel iambicum, an specialia sint, ut heroicum Hipponacticum. Deinde quantitatem an

10 dimetrum, an trimetrum, an tetrametrum. Deinde *κατάληξιν*, cujus [b]species sunt quattuor, acatalecticus, [c]quæ finit suos pedes, vel suorum pedum tempora habentes, ut puta [d]dactylici in dactylum vel in spondeum, vel aliquem tot habentem tempora, quot etiam dactylus, ut,

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula pulverem.

vel,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

11 Catalectus, species est quæ minus una syllaba termi-

[t] est et *a*] *et* om. L. [v] solis] Sic L. *solum* Putschius. [w] novissimo loco] Sic L. *novissima parte* Putschius. [x] concedunt] *concedant* L. [y] scanduntur] Sic L. *scandunt* Putschius. [z] syllabis] *syllabarum* L. [a] *vel* om. L. [b] sunt quattuor] *sunt* om. Putschius. [c] quæ] Sic L. *qui* Putschius. [d] dactylici in dactylum] *dactylicum in dactylicum* L.

natur, quam sui pedis quantitas exigit, syllabarum vel temporum, ut,

Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem.

Trochæus est enim *gentem*, cum deberet aut dactylus esse aut spondeus. Brachycatalecticus, species est 12
quæ in metris scandendis per *συζυγίαν*, id est per [e]binos pedes disyllabos, venit, cum in novissimo pede composito esse debenti tetrasyllabo unus pes de simplicibus [f]desit, id est duæ syllabæ, ut,

Mæcenas atavis edite re.

Hic enim unus pes simplex deest, [g]id est duæ sylla- 13
bæ, ut sit plenum metrum Asclepiadeum, quod [h]spondeis et choriambis constat. Hypercatalectus, species est cum finitis pedibus metri præpositi necessariis una syllaba abundat, ut,

Omnia Mercurio similis vocemque coloremque.

Syllaba abundat, quam imperitissimi et omni arte me- 14
trica separati hebetudine quadam decepti sequenti versui jungunt,

que Et crines flavos,

cum non sit artis prioris versus pedes sequentibus copulare. Nunc, sicut proposuimus, de dactylico metro [i]breviter doceamus.

CAP. III. *De dactylico metro.*

Dactylicum metrum omnibus et simplicius [k]et antiquius est, quod dividitur in species [l]XVI: hexametras quidem quattuor, heroicam hexametram, [m]bucolicam, Chœrileam, Priapeiam: pentametras quattuor, catalectam pentametram, integram, penthemimericam, Ar-

[e] binos] Sic L. *duos* Putschius. [f] desit] Sic L. *deest* Putschius. [g] id est duæ] Sic L. *id est* om. Putschius. [h] spondeis et choriambis] *spondeo et choriambo* L. [i] breviter] Sic L. *prius breviter* Putschius. [k] et antiquius] *et* om. L. [l] XVI] Sic L. XVII. Putschius. [m] bucolicam hexametram] Sic L. *hexametram* om. Putschius. Posui *hexametram* post *heroicam*.

2 chilochicam, dactylicam, Sapphicam, Simmiam: tetrametras duas, bucolicam tetrametram, vel heroicam Anacreontiam: trimetras tres, hemidexiam, Glyconiam, Pherecratiam tertiam trochaicam: dimetras tres, Adoneam, Hymenaicam, penthemimericam. Sed simplices de his horum schematibus per exemplа tractemus.

3 *De heroico metro.*

Heroicum metrum [n] et *Delphicum* et *Theologicum* nuncupatur. Heroicum ex Homero, qui hoc metro heroum facta composuit; Delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc usus est metro; Theologicum ab Orpheo et Musæo, qui Deorum sacerdotes 4 cum essent, hymnos hoc metro cecinerunt. Hoc metrum recipit pedes hos, spondeum, dactylum, et trochæum, sed sexto loco, id est novissimo. Spondeus igitur et dactylus variati faciunt metrum habere schemata XXXII, quæ aut exemplis [o] doctorum aut nostris docebimus.

5 *De schematis heroici metri* XXXII.

Monoschematistus dactylicus dicitur, qui omnes pedes quinque dactylos habet, (nam sextus pes non numeratur inter schemata,) cujus exemplum hoc est:

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

6 *Monoschematistus* [p] *spondeadeus*, cum quinque pedibus spondeis versus fuerit compositus, ut,

Armatumque auro suspexerit Oriona.

7 [q] *Pentaschematisti dactylici* fiunt modis quinque. Si primus sit dactylus, ceteri quattuor spondei, ut Lucretius libro tertio:

Limine qui finem vitæ fecit.

Et ille Virgilii,

[n] quod et] *quod* om. L. [o] doctorum] Sic L. *alienis* Putschius. [p] spondeadeus] Sic L. *spondaicus* Putschius. [q] pentaschematisti dactylici] *pentaschematistus dactyli* L.

Nereidum matri et Neptuno Ægæo.

Si secundus sit dactylus, [r]ceteri spondei, ut est, 8

Aut [s]levis ocreas lento ducunt argento.

Si tertius dactylus, ceteri spondei, ut,

Tunc formas [t]mollis radianti ducunt auro.

Si quartus dactylus, [u]ceteri spondei, ut,

Armatumque auro circumspicit Oriona,

et,

Quæ quondam bustis et culminibus desertis.

Si quintus dactylus, ceteri spondei, ut,

Silvestris raris sparsit labrusca racemis.

Hoc modo fiunt *spondei pentaschematisti.* Primus 9
sit spondeus, ceteri dactyli, ut,

O regina novam cui condere Juppiter urbem.

Secundus spondeus, ceteri dactyli, ut,

Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

Tertius spondeus, ceteri dactyli, ut, 10

Pocula bina novo spumantia lacte quotannis.

Quartus spondeus, ceteri dactyli, ut,

Nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor.

Quintus spondeus, ceteri dactyli,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Decaschematisti dactylici fiunt modis decem. Si 11
primus et secundus dactyli [w]sint, ceteri spondei, ut,

Saxa per et scopulos et depressos convalleis.

Primus et tertius dactyli sint, ceteri spondei, ut,

[x]*Dardanidum fortissime magnæ gentis Hector.*

Primus et quartus dactylus, ceteri spondei, ut, 12

O Danaum virtus et gloria Nestor.

Primus et quintus dactyli, ceteri spondei, ut,

De grege non ausim quicquam [y]deponere tecum.

[r] cæteri spondei] Sic L. *cæteris spondeis* Putschius. [s] leves] *levis* L. [t] mollis] Sic L. *molles* Putschius. [u] ceteri spondei] Sic L. *cæteris spondeis* Putschius, et sic infra. [w] sint] *sunt* L. [x] *Dardanidum*] *Dardanium* L. [y] deponere] *componere* L.

Secundus et [z]tertius dactyli, ceteri spondei, ut,
Non me carminibus superat nec Phœbi cultor.

13 Secundus et quartus dactyli, ceteri spondei, ut,
Postquam res Asiæ magno ceciderunt lapsu.

Secundus et quintus dactyli, ceteri spondei, [a]ut,
Contemplator item cum se nux plurima silvis.

Tertius et quartus dactylus, ceteri spondei, ut,
Non me Musarum comitem Marium non laudo.

Tertius et quintus dactylus, ceteri spondei,
Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas.

Quartus et quintus dactylus, ceteri spondei, ut,
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam.

14 Eadem ratione fiunt *decaschematisti* [b]*spondeadei*, sicut exemplis docebimus. Primus et secundus spondeus, ceteri dactyli, ut,
Infandum regina jubes renovare dolorem.

15 Primus et tertius spondeus, ceteri dactyli, ut,
Absinthi laticem deceptaque non [c]*capiatur.*

Primus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut,
Postquam res Asiæ Priamique evertere gentem.

Primus et quintus spondei, et ceteri dactyli, ut,
Fulgor terribili [d]*tonitru quatit altos montes.*

16 Secundus et tertius spondei, ceteri dactyli, ut,
Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

Secundus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut,
Jamque tibi ne vana putes hæc fingere somnum.

Secundus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut,
Defuit exemplum tibi ponere [e]*lectum prius.*

17 Tertius et quartus spondei, ceteri dactyli, ut,
Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

Tertius et quintus spondei, ceteri dactyli, ut,

[z] tertius] *quartus* L. qui tum om. *ceteris—quartus dactyli.* [a] ut —spondei] Accesserunt hæc ex L. [b] spondeadei] Sic L. *spondæi* Putschius. [c] capiatur] *capiantur* L. [d] tonitru] *sonitu* L. [e] lectum] *lector* L.

[f] *Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.*

Quartus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut,

Schemata carminibus cecini [g] *isthæc vobis plane.*

Hujus metri, id est heroici, virtutes sunt tres. Si 18
ἄδετος versus fuerit, id est sine conjunctione, ut est illud Græcum,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊαδέω Ἀχιλῆος.

Hoc Latine sic,

Hic alienus ovis custos bis mulget in hora.

Si fuerit tetracolos, id est si quattuor verbis vel qui- 19
buslibet partibus orationis fuerit divisus, cujus virtutis exemplum Latinum melius lectum est quam Græcum,

Saltantis satyros [h] *imitabitur Alphesibœus.*

Græcum sic, 20

[i] Αἰδοῖον βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Sed πολυ fecit illum quasi pentacolon, nam πολυχρύσοιο compositum nomen est. Si fuerit *rhopalius* ver- 21
sus, qui a monosyllabo verbo incipiens gradatim crescit, et ῥόπαλον, id est Herculis clavam, imitatur ab [k] angusto et tenui in latitudinem desinens, ut,

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς [l] ὀλβιοδαῖμον.

Latinum non repperi, sed potuit illum Virgilius ver- 22
sum verba commutans sine sensus læsione formare,

Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeia,

ut sit sic,

Quæ quarum facie pulcherrima Deiopeia.

De hexametro heroico et ejus schematibus satis di- 23
ctum: nunc de hexametro bucolico paulisper tractemus. Quod metrum ab heroico [m] hoc differt, quod illud habet schemata triginta duo, hoc vero decem.

[f] cara] *rara* L. [g] isthæc] *hæc* L. [h] imitabitur] Sic L. *mirabitur* Putschius. [i] αἰδοῖον] αιδεομαι L. qui mox ιεδροχϋ *fecit.* [k] angusto] augusto L. [l] ὀλβιοδαῖμον] ολβιοδημον L. [m] hoc differt] Sic L. *hoc* om. Putschius.

24 Nam primi pedes tres variati schemata faciunt octo, nam quartus pes semper dactylus sit necesse est. Quintus pes duo schemata habet, nam aut spondeus est aut dactylus. Nam sextus, id est novissimus, sicut in heroico metro, indifferens inter schemata [n]computatur.

25 *De hexametro bucolico et ejus [o]schematibus.*

Bucolicum hexametrum Daphnis pastor vel Thyrsis repperisse dicuntur, quia pastores et poetæ fuisse perhibentur, de quorum officio nomen est inditum huic metro, ut bucolicum diceretur. [p]De cujus schematibus exempla omnia de bucolico carmine Virgilii com-
26 ponamus. *Monoschematisticus dactylus* hexametri bucolici fit hoc modo, si tres primos habuerit dactylos, nam de quarto nulla quæstio est quod dactylus sit, ut,

Ulla dolum meditantur, amat bonus otia Daphnis.

27 *Monoschematisticus spondeadeus* fit cum tres primi pedes sunt spondei,

Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.

28 *Trischematisti dactylici* dicuntur, cum duo dactyli sunt et spondeus. Hi enim, id est dactyli, aut duo juncti ponuntur, [q]et tertius spondeus, ut est,

Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla.

(aut) Dactylus, spondeus, dactylus, ut est,

Lenta salix fœto pecori mihi solus Amyntas.

(aut) Spondeus, duo dactyli, ut est,

Si nescis meus [r]ille caper fuit, et mihi Damon.

Hoc modo etiam [s]trischematistici spondei fieri possunt, duo spondei et dactylus, ut est,

Et longum formose vale, vale inquit Iola.

29 Spondeus et dactylus, spondeus, ut est,

[n] conputatur] Sic L. *nuncupatur* Putschius. [o] *schematibus* x *et* II L. [p] de cujus schematibus] *cujus schematis* L. [q] et tertius] Sic L. *tertius est* Putschius. [r] *ille* om. L. [s] *trischematisticis* L.

Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me.

Dactylus, duo spondei, ut est,

Judicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

De quinti pedis schematibus duobus damus exempla 30
aut Virgilii aut nostra. Virgilii, hoc est, ut dactylus sit quintus pes,

Omnia fert ætas animum quoque, sæpe ego longos.

ut sit spondeus quintus pes, in hoc metro hoc erit exemplum:

Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat.

Sic igitur bucolicum hexametrum schemata habet de- 31
cem, heroicum vero hexametrum [t]triginta duo. Nunc de [u]Chœrileo metro secundum dispositionem specierum metri dactylici doceamus.

De [w]Chœrileo hexametro et ejus schematibus octo. 32

[x]*Chœrileum* metrum, quod et *Delphicum* et *Angelicum* nuncupatur, constat penthemimerica cæsura, et syllaba, et altera penthemimerica. Unde est metrum hexametrum catalecticum, una enim syllaba deest ut sint in eo pedes sex. Sed exemplis schemata octo 33
doceamus. Ponamus igitur schemata quattuor, sed duplicata utriusque cæsuræ penthemimericæ hujus metri, sed, sicut [y]antea docui, syllabam adjicientes. Primæ cæsuræ est Græcum exemplum:

[z]Ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοίριλος ἐν σατύροις.

Latine sic,

[z]*Intereunt pecudes stant corpora magna boum.*

In qua syllaba finiatur pars orationis necesse est. [a]Binis dactylis cum suis syllabis, et nulla syllaba in 34
medio plus, [b]ut,

[t] triginta duo] XXII L. [u] Chœrileo] *corialio* L. [w] *Chœrileo*] *corileo* L. [x] Chœrileum] Corileum L. [y] antea] Sic L. *ante* Putschius. Mox *prima cæsura* L. et om. *sic*. [z] intereunt] Sic L. *inter enim* Putschius. *Sic* om. L. [a] binis dactylis] Sic L. *bini dactyli* Putschius. [b] ut] Sic L. *id est* Putschius.

Arma virumque cano.

[c Bis] Binis spondeis cum suis syllabis et una in medio plus, id est in fine primæ cæsuræ:

Mox et frumentis est, mox et frumentis.

35 Binis dactylis et binis spondeis cum suis syllabis et una plus in medio:

Omnia Mercurio d *dant dant Musæ dulces.*

Binis spondeis et binis dactylis cum suis syllabis et una in medio plus. Exempla vero nos omnia nostra damus. Singulis dactylis et singulis spondeis ex utraque parte cum suis syllabis et una syllaba in medio plus,

Cuncta tibi nunc do sic carmina te digna.

36 Singulis spondeis et singulis dactylis cum suis syllabis et una in medio plus:

Musarum cecini nunc cuncta metra tibi.

e Dactylo, spondeo, sua syllaba, et una altera plus, spondeo, dactylo, et syllaba:

Optima f *Musarum do metra Chœrilii.*

37 g Spondeo, dactylo, sua syllaba, et una altera plus, et dactylo, spondeo, et syllaba:

Præcepta memorans de pectore cælesti.

38 Hæc sunt schemata metri Chœrilii. Sed ne qui nos imperitiæ arguat quod quattuor schemata promisimus esse hujus metri, sed bina singulæ cæsuræ, et exempla posuimus h octo, hoc debet sciri, quod singulæ cæsuræ hujus metri percussæ quaterna schemata habent, in 39 se tamen copulata altera quaterna. Nam aut quattuor sunt dactyli, ex utraque parte bini, aut quattuor sunt spondei, ex utraque parte bini, aut primi duo

c *bis* om. L. d dant dant] Sic L. semel *dant* Putschius. e dactylo spondeo] *dactylus spondeus* L. qui tum om. *sua syllaba—syllaba.* f Musarum do metra Chœrilii] *metrarum demetri Chorili* L. g dactylo spondeo] *spondeus dactylus* L. spondeo dactylo] *dactylus spondeus* L. h octo] *octo bina* L.

sunt dactyli et duo novissimi spondei, aut duo spondei primi et novissimi duo dactyli, aut in prima parte dactylus et spondeus, et in novissima sit dactylus et spondeus, aut in prima parte spondeus et dactylus, in [i] novissima sit spondeus et dactylus, aut in prima parte dactylus et spondeus, in novissima spondeus et dactylus, aut in prima spondeus et dactylus, in novissima dactylus et spondeus. Quorum schematum exempla [k] supra tractavi. Hoc tamen scire debemus, quod ex hoc metro sublata illa syllaba quæ plus ponitur in prima cæsura penthemimerica, et secunda cæsura [l] remanente integra monoschematista dactylica penthemimerica, erit metri elegiaci secundus versus pentameter, quod metrum ideo non est additum in numero specierum [m] metri dactylici, quoniam non est uniforme per singulos versus sed binos, et quoniam species est speciei, [n] id est metri Chœrilii, non generis, id est metri dactylici, tamen demus exempla schematum, id est metri elegiaci, quod primum versum habet schematum triginta duo: nam heroicum continet, cujus metri schemata supra [o] monstravimus. 40

Nunc secundi versus schemata habet, sicut exemplis docebo. Secunda vero cæsura et ipsa penthemimerica monoschematista est, nam semper duos [p] dactylos habet; prior vero [q] aut duos dactylos, ut est, 41

Accipe carmina [r] *nunc Maxime jussa tua.*

aut duos spondeos, ut est,

Hoc metrum cæptum [s] *Simplici jussa tenet.*

aut dactylum et spondeum, ut est, 42

[i] novissima] *novissima parte* L. [k] *supra* om. L. [l] remanente integra] Sic L. *integra* om. Putschius. [m] *metri* om. L. [n] *id est metri* om. L. [o] monstravi] *monstravimus* L. [p] dactylos habet] Sic L. *habet* om. Putschius. [q] aut duos—accipe] Sic L. *aut* om. Putschius, qui mox *accipiet*. [r] *nunc* om. L. [s] simplici] *simplicia* L. *cæpto simplice* conj. Santenius ad Terent. Maur. p. 288. Sed v. infra s. 52. Mox *dactylicum* L.

Grammaticus dat hæc carmina [t]*sicca legi.*

aut spondeum et dactylum, ut [u]est,

Et te Maxime nunc gaudet habere Deos.

43 Elegiacum metrum dictum est, quod esset sonat interjectionem flentis; et hoc metro mortuis fletus componebant antiqui, vel epigrammata consecrationum, sicut Horatius docet de Arte poetica sic:

Versibus impariter junctis querimonia prima,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Auctorem vero hujus metri, id est elegiaci, [x]quidam Pythagoram, alii Ortugen, nonnulli [z]Mimnermum dicunt.

44 Unde de incerto auctore eleganter Horatius lusit sic:

Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor
Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.

Nunc secundum ordinationem supra positam, quartam speciem hexametram metri dactylici doceamus, quæ est Priapeia.

45 *De metro Priapeio* [a]*monoschematisto hexametro.*

Priapeium metrum [b]monoschematistum est. Constat enim spondeo, duobus [c]dactylis, spondeo, dactylo et spondeo, ut est apud Homerum versus ille,

[d]Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Inveni et apud Virgilium hac divisione, [e]in qua tamen

[t] sicca] *sic* L. [u] *est* om L. [x] alii] *quidam* L. [z] Mimnermum] *Minervam* L. [a] monoschematisto] Sic L. *monoschematistico* Putschius. [b] monoschematistum] Sic L. *monoschematisticum* Putschius. [c] dactylis spondeo] Sic L. *dactylis et spondeo* Putschius. [d] κουρῆτές] ρουρητες L. [e] in qua] *in* om L.

43. *quod esset sonat*] *quod* ἓ ἓ *esse constat* Santenius ad Terent. Maur. p. 305. qui *esse* non *esset* legi monet in codd. Scal. Voss.

ib. *Pythagoram—Ortugen*] Cur pro Callino et Archilocho suppositi sint Pythagoras et Ortyges, si quis fuerit, vel Ortages, ut habet codex Scaligeranus, iidem viderint librarii, qui in eodem codice, et Vossiano, pro Putschii *Mimnermo* exhibuerunt *Minervam*. SANTEN. Ter. Maur. p. 285.

observandum est, ut in utraque versus divisione finita sit pars orationis, ut est illud Virgilianum,

Externum tulit, aut cruor hic de stipite manat.

[f] et illud iterum,

Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos.

Hoc metrum divisum faciet per singulas divisiones 46
suas duo dimetra, de quibus opportunius tractabo. Nunc quoniam hexametras species quattuor metri dactylici tractavimus, consequens est, ut sicut ordinavimus de pentametris doceamus.

De pentametro integro acatalecto monoschematisto. 47

Est metrum integrum *pentametrum dactylicum* quod semper quinque dactylis constat, quale est exemplum Græcum illud,

[g] ΔΕΙΚΟΝΑ ΗΦΑΛΗΝΕΝ ΗΠΓΩ ΜΟΝΟΝΩΛΗΤΟ.

Latina exempla hæc,

Italiam sequimur fugientem et volvimur,

et,

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula,

et,

At tuba terribilem sonitum procul ære cit.

Huic metro detracta syllaba novissima [h] faciet metrum Simmium sic.

De metro Simmio pentametro monoschematisto. 48

Simmium metrum pentametrum monoschematistum est, constat enim semper quattuor dactylis et quinto pede syllaba indifferenti. Unde quasi quintus pes schemata habet quattuor. Nam aut spondeus erit, aut pariambus, id est pyrrhichius, aut trochæus, aut iambus. De cujus schematibus quattuor Latina dabimus, nam Græcum unum repperi solum,

[f] et illud] Sic L. *Et* om. Putschius. [g] corrupta verba restituere nequeo, ΔΕΙΜΟΝΑΛΑΦΕΛΕΝΕΙΠΓ$^{\omega}_{o}$ΜΕΝΟΝ$^{\omega}_{o}$ΛΕCΟ L. [h] faciet] *facit* L.

Χαῖρε ἄναξ ἔταρε ζαθέας μάκαρ ἤβας.

Latina exemplа hæc sunt: quattuor dactyli et spondeus, ut est,

[i] *Fulmine magna Jovis ferit oppida grandi.*

49 quattuor dactyli et pariambus, id est pyrrhichius, [k] ut est,

Ipse pater tuam Juppiter erige domum.

quattuor dactyli et trochæus, ut,

Culminibus crepitans sonat horrida grando.

quattuor dactyli et iambus, ut est,

Agricolis dedit omnia dulcia Ceres.

Huic metro, id est Simmio, metrum Æolicum dactylicum Sapphicum contrarium est. Nam incipiens a pede disyllabo desinit in [l] dactylos quattuor, sicut exemplis docebimus.

50 *De metro Æolico Sapphico pentametro dactylico.*

Metrum Æolicum Sapphicum [m] pentametrum constat, sicut dixi, primo pede disyllabo quolibet, ceteris quattuor dactylis. Unde primus pes ejus quattuor schemata habet, sicut Simmii metri pes novissimus, quod exemplis Latinis quidem quattuor docebimus, nam [n] Græcum unum repperi. Græcum exemplum hoc est,

[o] Ἡράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἀτθὶ, πάλαι πόκα.

51 Latina exempla hæc sunt, spondeus, quattuor dactyli, ut est,

O regina novam cui condere Juppiter.

Pariambus, id est pyrrhichius, dactyli quattuor, ut est,

Erat Hectoreus tumulus rapidum prope.

[i] *Fulmine*] *flamine* L. [k] ut Ipse pater Juppiter tuam] ut est *ipse pater tuam Jupiter* L. [l] dactylos IIII] Sic L. quattuor om. Putschius. [m] pentametrum *constat*] Sic L. *constat* om. Putschius. [n] *Græcum* om. L. [o] HPANANMENETωCϵϵϵNATϵIΠAAHTOPA. Sic L. Reposui Ἀτθὶ, quod latet in *ατει*, pro Putschiano *ἄτε*.

Trochæus, quattuor dactyli, ut est,

[p] *Core magna Deum genitrix Phrygiam regit.*

De Sapphico [q] Æolico pentametro satis dictum est; nunc ad penthemimericum duplex Archilochium pentametrum veniam.

De metro [r] *penthemimerico Archilochio pentametro.* 52

Archilochium dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus divisionibus penthemimericis [s] monoschematistis. Semper enim binis dactylis constat, ut est [t] exemplum Græcum,

Ἐν δὲ Βατουσιάδης, ἐν δὲ Βατουσιάδης.

Latine sic:

Simplici summe virum, Maxime summe virum.

Hoc metrum Archilochium [u] pentametrum dactylicum dipenthemimericum ab [w] Elegiaco metro hoc differt, quod illud habet primum versum heroicum hexametrum, secundum vero dimetrum penthemimericum, hoc vero solum dipenthemimericum; et quod illud primam cæsuram [x] tetraschematistam habet, hoc vero utramque monoschematistam. De pentametris dactylicis speciebus quattuor satis dictum. Nunc ad tetrametras species veniamus, quæ sunt numero duæ sicut supra præmisi.

De [y] *tetrametro hexametro bucolico vel heroico.* 53

Tetrametrum bucolicon octo schemata habet: tres enim pedes primi variantur. Nam quartus semper dactylus sit necesse est in bucolico tetrametro. In he-

[p] Core] *Cere* L. qui mox *Phrygia.* [q] Æolico] *Æolico pentametro* L. *est* om. L. [r] penthemimerico] *pentamemerico* L. [s] monoschematistis] Sic L. *monoschematisticis* Putschius. [t] exemplum Græcum] Sic L. *exemplum* om. Putschius. [u] pentametrum dactylicum] Sic L. *pentametrum* om. Putschius. [w] Elegiaco] Sic L. *Æolico* Putschius. [x] trischematisticam] *tetraschematistam* L. qui mox *monoschematistam* pro *monoschematisticam.* [y] *tetrametro* om. L.

roico vero sunt schemata sexdecim. Nam quattuor pedes variantur in tetrametro heroico, sicut exemplis docebimus, de bucolico quidem tetrametro ex libro bucolicorum vel georgicorum, de heroico vero tetrametro de omni corpore Virgilii.

54 Tres dactyli, nam quartus [z]semper dactylus,
Ulla dolum meditantur, amat bonus.

Tres spondei et dactylus, ut,
Mutabit merces omnis feret.

Duo dactyli, spondeus et dactylus, [a]ut,
Quin age si quid habes in me mora.

Dactylus, duo spondei, et dactylus, ut,
Judicio nostro tantum tibi.

Dactylus, spondeus, dactylus, et dactylus, ut,
Lenta salix fœto pecori mihi.

Duo spondei, dactylus, ut,
Et longum formose, vale, vale.

Spondeus, duo dactyli, dactylus,
Et nobis idem Alcimedon duo.

Spondeus, dactylus, spondeus et dactylus, ut,
Et me Phœbus amat, Phœbo sua.

55 Sic ergo bucolicum quidem tetrametrum octo schemata habet, [b]quarto pede semper dactylus, ceteris tribus variatis. Heroicum vero tetrametrum, quamvis et ipsum quattuor habeat pedes dactylicos sicut et illud, tamen schemata habet sexdecim, quoniam quattuor pedes variati sexdecim schemata faciunt, quod exemplis docebimus.

56 Quattuor dactyli, ut,
Sic tibi nulla dies malum inferat.

Tres dactyli, spondeus, ut,
Tityre tu patulæ recubans sub.

Duo dactyli, duo spondei, ut,
Talia sæcla suis dixerunt.

[z] *semper* om. L. [a] *ut* om. L. [b] quarto pede semper dactylus] Sic L. *quarto semper dactylo* Putschius.

Dactylus, tres spondei, ut,
Candidus insuetum miratur.
Quattuor spondei,
Flammarum longos a tergo.
Tres spondei, unus dactylus, ut,
Exportant tectis et tristia.
Duo spondei, duo dactyli,
Mox et frumentis labor additus.
Spondeus, tres dactyli: 57
Saltantis Satyros imitabitur.
Dactylus, spondeus, dactylus, spondeus, ut,
Musa mihi causas memora quo.
Spondeus, dactylus, spondeus, dactylus, ut,
Clamoremque ferunt ad litora.
Spondeus, dactyli duo, spondeus;
Insignem pietate virum tot.
Dactylus, spondeus, duo dactyli, ut,
Hinc pecudes, armenta, virum genus.
Spondeus, dactylus, duo spondei;
Circum perque duas in morem.
Duo dactyli, spondeus, dactylus, ut, 58
Chalcidicasque levis tandem super.
Duo spondei, dactylus, spondeus, ut,
Contundet [c]*moresque viris et.*

Huc usque de bucolico vel heroico tetrametro. Nunc de secunda specie dactylica tetrametra Anacreontia componamus.

De metro Anacreontio tetrametro dactylico monoschematisto. 59

[d]*Anacreontium tetrametrum dactylicum* a tetrametro bucolico hoc differt, quod illud quidem [e]schemata habet octo, habet et quartum pedem semper dactylum,

[c] moresque viris] *morum viris* L. [d] *Anacreontium metrum tetrametrum* L. [e] schemata habet octo, habet et] Sic L. *octo schemata habet* Putschius.

hoc vero [f]monoschematistum est: nam semper tribus dactylis percutitur et quarto pede spondeo. Cujus metri exemplum Græcum est,

[g]Ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

Latinum exemplum hoc,

O mihi præteritos referat si.

Quoniam de tetrametris dactylicis speciebus docuimus; nunc de trimetris dactylicis doceamus.

60 *De hemidexio trimetro acatalecto dactylico.*

Hemidexium trimetrum dactylicum, ut quibusdam placet, monoschematistum est, ut semper tribus dactylis percutiatur, negantibus aliquod metrum speciale plus quam unum schema posse recipere imperitissime. Nam heroicum cum sit speciale, tamen nullo quamvis imperitissimo contra dicente habet schemata [h]XXXII.
61 Ergo et hemidexium trimetrum dactylicum schemata habet octo. De quibus unum solum ponam Græcum exemplum hemidexium, quod repperi, tribus dactylis constans, ut,

[i]ξεῖνε τὸν Ἀρχιλόχου τάφον.

Latinum exemplum hemidexium trimetrum dactylicum hoc erit monoschematistum dactylicum, ut,

Et Chaos et Phlegeton loca.

Secunda species trimetri dactylici Glyconia nuncupatur, [k]de qua brevissime doceamus.

62 *De Glyconio trimetro dactylico.*

Glyconium trimetrum dactylicum monoschematistum est. Constat enim semper spondeo, duobus dactylis, sicut omnibus peritissimis placuit; ut quibusdam

[f] monoschematistum est.] Sic L. *est* om. Putschius. [g] NAI ΜΕΛΕ ΧΑΡΙЄССΑ ΧЄΛЄΙΔΟΙ L. [h] XXXII] Sic L. *triginta quinque* Putschius. [i] ΞЄΙΝЄ ΤΟΝ ΑΡΧЄΒΡΟΥ ΤΑΦΟΝ L.. [k] de qua] *sed quam* L.

non bene curiosis licet ut primus pes quattuor schemata habeat, incipiens a quolibet disyllabo, et duo pedes schemata CCLVI, ut quivis de trisyllabis pedibus sint, qui sunt octo. Græcum exemplum hoc est,

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δέ.

Latinum hoc,

O regina novam cui.

De tertia specie trimetra dactylica breviter componamus.

De [l] *Pherecratio monoschematisto symptycto.* 63

Pherecratium trimetrum quod quidam σύμπτυκτον, alii [m]anapæsticum dicunt, monoschematistum est. Semper enim spondeo, dactylo, spondeo percutitur. Cujus exemplum Græcum est,

χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ.

Latinum,

Cessit condere gentem.

His copulatis, Glyconio præposito, et Pherecratio subjuncto, erit illud metrum hexametrum monoschematistum Priapeum, de quo paulo ante monstravi, quod constat prima parte ex Glyconio, spondeo, duobus [n]dactylis, in novissima vero, sicut Pherecratium, spondeo, dactylo, spondeo,

O regina novam cui cessit condere gentem.
Externum tulit, aut cruor hic de [o] *stipite manat.*
Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

De trochaico trimetro. 64

[p]*Trochaicum trimetrum* quattuor schemata habet:

[l] Pherecratio—symptycto] *feratio—simtisto* L. [m] *anapæsticum*] *antispasticum* Santenius ad Ter. Maur. p. 373. [n] dactylis] *spondeis* L. [o] *stipite manat* om. L. [p] *Est trochaicum trimetrum habens schemata* III L.

duobus enim pedibus variatis tertium semper trochæum habeat necesse est,

[q] Μή τι φόβον δ' ἀγόρευε.

Œbale quem generasse.

Huic contrarium ex duobus spondeis et trochæo,

Et longum formose.

Dactylo et spondeo,

Quidve dolens regina.

Spondeo, dactylo:

Insignem pietate.

Huc usque de trimetris: nunc ad dimetra veniamus.

65 *De Adonio dimetro Sapphico dactylico.*

Adonium dimetrum dactylicum catalecticum a Sappho [r]inventum est; unde etiam Sapphicum nuncupatur monoschematistum, semper enim dactylo et spondeo percutitur,

ὦ τὸν Ἀδωνιν.

Unde in Sapphici metri conclusione sensus apud Horatium sic,

Terruit urbem
Pyrrha sub antro.

Virgiliana hæc,

Juppiter urbem
Ora tenebant.

Huic metro, id est Adonio, addita syllaba faciet Hymenaicum.

66 [s]*De Hymenaico metro Sapphico.*

[t]*Hymenaicum dimetrum dactylicum Sapphicum* monoschematistum est: semper enim duobus dactylis constat,

[q] ΜΕΤΙ ΦΟΒΟΝΔΑΓΟΡΕCΕ ΟΕΒΛΛΕ L. μητὶ φόβῳ ῥέθος ἄλτο *Œbale* Putschius. [r] inventum est] *est* om. L. Tum *unde etiam* pro *unde jam.* Paulo infra *urbem—urbem* accesserunt ex L. [s] *De metro hymenaico dimetro Sapphico* L. [t] *Metrum hymenaicum* L.

. . . . [v] μήνιον,
τὸν Καλυδώνιον.

Inde thoro pater.
Mens sibi conscia.

Huic metro [w]acatalecto, id est Hymenaico, addita syllaba faciet metrum Archilochium [x]penthemimericum, sed simplex.

De Archilochio penthemimerico simplici hypercatalecto. 67

Archilochium [y]*penthemimericum simplex hypercatalectum* monoschematistum est: constat enim semper duobus dactylis et syllaba,

ἐν δὲ Βατουσιάδης,

et,

μῆνιν ἄειδε θεά.

Arma virumque cano.
Lydia dic per omnes.

Hoc metrum duplicatum faciet Archilochium dipenthemimericum pentametrum de quo paulo ante tractavi. Hoc tamen scire debemus, quod dactylicum metrum et ejus species septendecim, quattuor catalexibus unam solam non recipit brachycatalecticam.

Has tibi dactylici species per carmina metri
Bis senas et quinque simul [z]*dedit ore sacerdos.*

CAP. IV. *De Iambico metro et* [a]*ejus speciebus viginti tribus.*

Iambicum metrum non ut dactylicum simplex est, sed varium: cujus species sunt infinitæ, sed princi-

[v] *μήνιον τὸν καλυδώνιον*] ΤΕCCΕΡγΙΑΗΝΙΟΝΩΤΟΝΛΔΟΝΙΟΝ. L. quibus litteris duo exempla hujus metri videntur contineri. [w] acatalecto] *catalecto* L. [x] penthemimericum] *pentameticum* L. [y] *penthemimericum metrum simplex* L. [z] dedit] *edit* L. [a] *hujus sp. XXXIII* L.

pales et nobilissimæ viginti tres. Hæc pura iambica trimetra quæ Archilochica nuncupantur, quod solos iambos recipit et raros spondeos.

2 *De puro iambico trimetro Archilochio acatalecto.*

De hoc metro, id est *puro iambico trimetro Archilochio*, exempla Græca hæc sunt,

Πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε
[b ἔπος ; τίς σὰς παρήειρεν φρένας.]

Latina hæc,

Ibis Liburnis inter alta navium.

et,

Paratus omne Cæsaris periculum.

Hujus pedis, id est, iambici metri ideo additus est pes
3 spondeus ut ejus velocitas tardaretur. Sic enim Horatius de metro iambico docet in libro qui [c]inscribitur De Arte Poetica,

Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus
Pes citus.

Postea de eo,

Non ita pridem
Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures
Spondeos stabiles in jura paterna [d]*recepit.*

4 Est et tragicum iambicum, et comicum iambicum, et clodum iambicum, quod Hipponacticum nuncupatur. Scanduntur autem pedibus quinque, dactylo, spondeo,
5 iambo, tribrachy, anapæsto. Hoc tamen observare debemus quod in prima parte et tertia et quinta hi pedes quinque reperiuntur. In secunda vero et quarta parte, (nam de sexta nulla ratio est, quoniam in omni metro pes novissimus indifferens est,) illos ponere debemus qui ex brevi incipiunt, iambum, tribrachum, anapæ-

[b] ЄΠΟΝ ΚΙ ΔЄΙ Κν ЄΜЧCΙΛ·ΙΤΕΝ ΠΡΟΑΙ. L. [c] inscribitur] *scribitur* L. [d] recepit] *recipit* L.

stum. Sic Horatius de Arte Poetica propter iambum 6
pedem,

Non ut de sede secunda
Cederet, aut quarta.

id est, non [e]permittens spondeo partem secundam aut quartam. Sextæ partis ideo non fecit mentionem, quia sicut ante dixi de pede novissimo nulla ratio est. No- 7
tandum tamen sit quod frequenter docuimus [f]cetera omnia metra, excepto dactylico et ejus speciebus, [g]per dipodiam vel syzygiam scandi, sicut Horatius docet,

[h]*Non ut de sede secunda*
Cederet, aut quarta socialiter,

id est sociatus et copulatus, cum alter de illis scilicet quattuor quod supra docui, cum spondeo [i]in iambicum metrum convenire. Distant tamen inter se hæ 8
species iambici metri quas supra posui usu pedum. Nam in tragico, ut altius sit, spondei frequenter ponuntur; est enim res tumida tragœdia. Sic Horatius,

Indignatur item privatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ:

id est humili et vili sermone, hoc est, comico. [k]Nam 9
frequenti iambo res tragica dici non debet. In comico vero iambico frequentiores [l]iambi, anapæsti, vel tribrachi debent poni, quia res comica, id est urbana et læta, velociore pronuntiatione per breves pedes est componenda. Clodum vero, id est Hipponactium, in 10
ceteris quidem [m]simplicibus quinque pedibus simile est tragico quam comico iambico, in novissimo vero [n]ab ambobus discrepat. Nam ante novissimam syllabam, non ut [o]illa brevem habet, sed longam.

[e] permittens] *permutans* L. qui supra om. *sede.* [f] cetera om. L. [g] *cetera omnia metra per dipodiam—sicut ipse Horatius* L. [h] non] *nam* L. [i] *in* om. L. [k] Nam frequenti] Sic L. *Nam* om. Putschius. [l] iambi] *iambo* L. [m] simplicibus quinque pedibus simile] Sic L. *quinque simplicibus pedibus similior* Putschius. [n] *ab* om. L. [o] illa] *illam* L. et mox *habeat.*

11 ### *De Hipponactio clodo trimetro acatalecto iambico Ananio.*

Hipponactium trimetrum clodum percutitur sicut iambicum trimetrum Archilochicum comicum vel tragicum, sed [p]penultimam syllabam longam habet contra illorum rationem quæ brevem habent. Exemplum clodi Hipponactii hoc est,

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Latine,

Latina trado carmina sic sacerdos.

12 Crescit autem iambicum metrum a dimetro usque ad tetrametrum, et [q]catalexis recipit totas, id est quattuor. Quamvis ausi sint multi et pentametra et hexametra iambica componere. De quibus omnibus exempla ponemus.

13 ### *De metro catalecto iambico Anacreontio.*

Dimetrum catalecticum Anacreontium heptasyllabum hoc modo,

ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι,
[r]πάρεστι γὰρ, μαχέσθω.

Deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum, ideo [s]catalecticum.

14 ### *De acatalecto dimetro Archilochio.*

Acatalectum Archilochium dimetrum iambicum fit syllaba addita Anacreontio dimetro catalectico, ut est,

τί μακρὰ δὴ φρονεῖς τάλαν ;

p penultimam syllabam] Sic L. *syllabam* om. Putschius. q *catalexin* L. r πάρεστι] Sic L. et πάρεστι Putschius. s catalecticum] *catalecticum oblivionem sensit Anacreo tenius* L. Sed vide §. seq. in fine.

Oblivionem sensibus.
[t]*Anacreonta Teium.*

De dimetro acatalecto clodo Hipponactio. 15

Hipponactium dimetrum acatalectum clodum iambicum fiet hoc modo, cum penultima syllaba pedis quarti simplicis longa sit, cum iambico deberet esse brevis,

χαῖρ' [v]ὦ σὺ Λεσβικὰ Σάπφω.

Salveto Lesbia Sappho.

De Alcmanico trimetro brachycatalecto coluro. 16

Trimetrum iambicum brachycatalectum colurum, quod *Alcmanium* nuncupatur, percutitur [w]sic, cum novissimus pes, id est tertius, debens et ipse sicut duo ante se quattuor habere syllabas, duas [x]habeat, ut est,

μέλει φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ.
Relapsus atque notus in vultus.

Huic si addiderimus alterum pedem disyllabum iam- 17
bum, erit trimetrum iambicum purum acatalectum Archilochium, de quo paulo ante tractavi,

[y]Ἀσκρες μὲν οὐκ ἔσεστι μοὶ λύχνος βαθύς.
Relapsus atque notus in vultus honor.
Beatus ille qui procul negotiis.

De metro catalecto iambico. 18

Trimetrum catalecticum iambicum fit hoc modo, cum una syllaba deest, ut sex pedes iambici binis junctis trimetrum faciant, ut est,

[z]'ΑΝΤΩΤΙ ΜΟΥΣΑ ΠΡΟΣΙΜΕΣΟΝ.

[t] Anacreonta Teium] Ita rescripsi. *Anacreontius* Putschius. [v] ὦ σὺ] σὺ om. L. [w] sic] *si* L. [x] *habeat*] Sic L. *habet* Putschius. [y] ACKICMєNOYKєCєCTINOIAIXNOX. L. [z] ut est, ANTωTIMOYCAΠΠOCMHCON L. Ἀντωνίνῳ τι μοῦσα προσύμνησον μέλος Terhærius.

Hic enim cum una syllaba in fine deest, catalecticum fecit esse non trimetrum iambicum, ut est,

Setosa duris [a]*exuere pellis.*

Hic enim si fuerit addita in fine syllaba, fiet Archilochium, de quo paulo ante tractavi,

[b]'ΑΝΤΟΝΙ ΝΟΤΙ ΜΟΥΣΑ ΠΡΟΣΑΔΜΙΣΑΤΟΣ.

Setosa duris exuere pellibus.

[c]Πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε.

Ibis Liburnis inter alta navium.

19 *De palimbacchio comico trimetro.*

[d]*Palimbacchicum comicum trimetrum acatalecticum* fit hoc modo; primo pede anapæsto, secundo [e]iambo, tertio dactylo, tribus iambis, sed novissima syllaba indifferens, invenitur enim Pyrrhichius, qui per communem syllabam finit partem orationis. [f]Pro iambo accipio,

Δίδυμος πόθ' ἡμῖν περιτυχὼν ὁ μουσικός.

Didymus [g]*hares musicæ poeta lumine.*

20 *De Hipponactio trimetro Ananio clodo acatalecto.*

Hipponactium Ananium clodum trimetrum iambicum acatalecticum fit hoc modo, cum novissimus pes disyllabus a longa [h]incipiat cum deberet a brevi, ut iambus sit, non spondeus vel trochæus, ut est exemplum hoc:

[i]Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

[a] exuere pellibus] *exurat pellis* L. [b] ΑΝΤΟΝΙΝΟΙΙΑΙΟΧΟΑ-ΠΡΟΟΑΛΕΟΤΑΤΟΟ L. [c] ΠΑΤΗΡΑΙΝΑΜΒΑΡΟΙΟΟΥΙΕΦΡΑΟΩ ΤΟΔΗ. L. [d] *est catalecticum* L. [e] iambo] *iambico* L. [f] *pro iambo accipio* accesserunt ex L. mox dedi περιτυχὼν pro περίτυχεν. [g] hares] *kares* L. [h] incipiat] Sic L. *incipit* Putschius. [i] ΑΚΟΙΟΑ-ΤΠΡΟΝΑΚΑΤΟΟ ΟΥΑΡΑΛΗΚΟΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥΒΟΥΝΑΛΟΟ ΚΑΘΗΙΝΕ. Vide Rufinum de Metris Comicis p. 2712. ubi legitur, ὦ Κλαζομένιος Βούπαλος κατέκτεινεν.

Non usitatas inferam positiones
Cares [k] *amore castitas incendenti.*

De duplici clodo Hipponactio trimetro acatalecto. 21

Duplex clodum Hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quattuor syllabæ sunt longæ, ut est exemplum hoc,

ἀναβιῶσα ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ.
[l] *Senes quod omnes rideant cunctos canos.*

Hic enim pes novissimus quattuor suas syllabas longas habet. πταίων κώλῳ. *cunctos canos.*

De amphicolo Hipponactio trimetro acatalecto. 22

Amphicolum Hipponactium clodum fit hoc modo, cum ex utraque parte iambici metri prima et novissima clodum sit metrum. In prima clodum est, cum in secundo loco debente poni iambo, vel tribrachy, vel anapæsto, spondeus vel dactylus ponatur, sic et in novissima, quale est hoc exemplum,

[m] ΟΚΙΕΑΡΡΩΝΑΙΔΙΟΙΟΣΙΝ ἐν χοροῖς βακχῶν.
Vos isthæc intro auferte abite jam nostri.

Nam *hæc in* [n] secundus pes spondeus est, cum deberet unus esse de his qui a brevi incipiunt, iambici et novissimus, ideo amphicolum, ex utraque parte, quod ἀμφὶ Græce dicitur, clodum, sed quod Græci [o] χωλὸν vocant.

De tetrametro iambico brachycatalecto coluro. 23

Tetrametrum brachycatalectum colurum fit hoc modo, cum novissimus pes debens habere syllabas quattuor, duas habet, ut est,

[k] *amores* L. [l] senes] *se non* L. [m] ΟΚΙΟΑΡΡΩΝΑΙΔΙΟΙΟCΙΝ€C ΧΟΡΟΙC ΒΑΧΧωΝ L. Conj. amicus, οὐκ ἄρρην αἰδοίοισιν ἐν χ. β. Αn ὁ χαίρων Λυδίοισιν ἐν χ. β. [n] secundo pede] *secundus pes* L. [o] χωλων L.

ὁ Πύθιος μεσομφάλιος θεὸς παρ' ἐσχάραις.
Post insepulta membra differant lupi mali.

Hic enim unus pes disyllabus deest, ut sit tetrametrum plenum acatalectum. Μείουρον dicitur, quod minus sit, (quod Græci μεῖον dicunt,) coda, id est novissima [r]parte, quam Græci οὐρὰν vocant. Sic et colurum quod sit κολοβοειδὲς, curtum ἐν τῇ οὐρᾳ, id est in coda, in fine.

24 *De tetrametro catalectico comico.*

Comicum tetrametrum catalecticum fit hoc modo, cum novissimus pes tres habeat syllabas, debens habere quattuor,

Δίκαιος ἔστιν ὁ φθόνος, τὸν γὰρ φθονοῦντα δάκνει.
Indormis cunctis omnium cubilibus malignis.

Hic enim una syllaba deest ut sit integrum tetrametrum [s]acatalectum, de quo breviter doceamus.

25 *De tetrametro acatalecto iambico.*

Tetrametrum chorium hypercatalectum fit hoc modo, cum in locis quidem paribus pedes iambici trisyllabi ponuntur incipientes a brevi, hoc est tribrachys et anapæstus, et in novissimo [t]antibacchus a brevi (vel) amphibrachys propter novissimam syllabam indifferentem. In locis vero imparibus disyllabi iambici, aut [v]iambus aut spondeus, ut est,

Multos Helena viros [w]*lepida suo subigit amore pulchro.*

[r] parte] *pars* L. [s] acatalectum] Sic L. *catalectum* Putschius. [t] antibacchus] Sic L. *aut Bacchius* Putschius. [v] iambus et spondeus] *iambi aut spondeus* L. [w] *lepida*] *tepida* L.

23. μεσομφάλιος] μεσόμφαλος. Nam quarta sede requiritur iambus, ut infra dicitur in tetrametro iambico. TERHÆRIUS.

ib. coda] coda cauda, ut caurus corus, caudex codex. TERHÆRIUS.

25. Desunt h. l. quæ de tetrametro acatalecto scripserat auctor.

et,

Recte Phrygia magnæ Cereris adit genua sibi benigna.
Εἴδω τρύφερον, εἴδω μελιχρὸν, εἴδω ἁπαλὸν, εἴδω ἄγαλμα.
Cantas nimium, volas nimium, cessas modicum, [x] *at erras hirundo.*
[y] ΟΜΙΣΑΙΕΟΑΤΕΤΗΝΤΙΑΤΙ ΣΑΤΤΡΟΜΕΠΙΚΑΚΩΕΜΑΝ ΜΑΝΤΗΑΣ.
Mones Helenæ vates Phrygiæ fatis solitæ veris moveri.

De tetrametro brachycatalecto clodo episcazo trimetro. 26

Tetrametrum clodum brachycatalectum, quod et ἐπισκάζον *trimetrum* nuncupatur, fit hoc modo, cum quartus pes debens esse tetrasyllabus, duas habeat syllabas, ideo brachycatalectus; clodus propterea quod ipsum pedem novissimum disyllabum debens habere iambum [z] habeat spondeum,

[a] Ἑρμῆ μακάρταθ' ὃς καθ' ὕπνον οἶδας ἐκρήσσειν.
Non ut superbas [b] *invidæ Carthaginis arces.*

Hoc a miuro tetrametro, de quo paulo ante tractavi, [c] ideo differt, quod illud novissimum pedem iambum habet *mali*, hoc vero spondeum *arces:* [e] illud σχαραις, hoc τρωσειν.

De tetrametro perfecto acatalecto clodo. 27

Tetrametrum acatalectum clodum fit [f] hoc modo, cum quattuor pedes iambicos et tetrasyllabos habeat, sed octavum disyllabum spondeum pro iambo,

[g] Ἄνασσα θνατῶν κοινὰ μοῦσα ΠΙΟΡΟΝ λίσσον.
Parumve campis atque Neptuno superfusum dextris.

Hoc a tetrametro acatalecto, de quo supra docui, hac ratione differt, quod [h] in illo novissimus pes disyllabus

[x] at erras] *at* om. L. [y] ΟΜΥΣΔΙΕΦΛΤΕΤΗΝΠΑΤΙΚΑΤΙΡΟΛΕΠΧΚΑΚΩCΜΑΛΑΜΑΝΗΤΑΙ L. ὁ μῦς διέφαγε τὴν παγίδα τυροῦ, ἀφ' οὗ κακῶς μάλα μαίνεται. exemp. Voss. [z] habet] *habeat* L. [a] ΕΡΜΕΜΑΚΑΚΑΡΚΑΤΙΙΤΝΟΝΟΙΔΑCΕ ΠΗCCΕΝΙ. L. [b] invidæ] *invidia* L. qui mox *miro*. [c] in eo] *ideo* L. [e] *illud—τρωσειν*] accesserunt ex L. [f] *hoc modo*] accesserunt ex L. [g] ΑΝΑCCΑΘΝΑΤΩΤΙΚΟΝΑΧCΟΥ·CΑΡΙΡΟΝΙΝCΟΥ L. [h] in illo] *a nullo* L.

a brevi incipit, quod in hoc a longa; in illo [i] iambus ΘΑΤΑΡ, *enim eos:* in hoc spondeus λίσσον, *dextris.*

28 *De cinædiambico tetrametro brachycatalecto.*

Tetrametrum cinædiambicum brachycatalectum fit hoc modo, duos primos pedes iambicos tetrasyllabos habebit, tertium hexasyllabum ex tribrachy et dactylo [k] constantem, quartum vero trisyllabum, sed a brevi incipientem, aut anapæstum aut amphibrachum,

[l] Ταχὺ σε ΛΕΥΤΑΜΤΥΧΗ βιοτον ΜΑΙΝΕΤΕ πρόβασα.
Fractosque remos differat Zephyrus arduus verendus.

29 *De satyrico tetrametro coluro.*

Tetrametrum satyricum colurum est, quod constat spondeo, iambo, spondeo, tribrachy, et tribus iambis, ut sit tetrametrum brachycatalectum,

τὸν Πύθιον τὸν Δήλιον ὃν ἔτασσε βίχορος.
Musæ Jovem laudate et agiles choros date.

Hoc a tetrametro brachycatalecto miuro, de quo supra docui, hac ratione distat, quod illud quartum pedem simplicem disyllabum habet: hoc vero trisyllabum tribrachyn in illo.

30 Secundum rationem metri iambici, huc usque extendi [m] metrum iambicum deberet, a dimetro usque ad tetrametrum, quamvis Horatius usque ad trimetrum præceperit, cum de sexto pede vel septimo iambico nullam fecerit mentionem. Sed quoniam multi

[i] *iambus* ΘΑΤΑΡ *enim eos in hoc spondeus* λυσοι *dextras* L. *iambos* ∴ *enim eos in hoc spondeus* λισσον *et dextris* Putschius. [k] *consonantem* L. [l] ΤΑΧΥϹЄΜЄΤΑΜΤΥΧΗ βιος ΤΟΝ ΜΑΙΝΗ ΤΗΝΡΟΒΑϹΑ L. [m] metrum] *trimetrum* L.

29. *et agiles choros date*] Terhærius: Lege, *etiam agiles choros date.*

ausi sint et pentametra et hexametra et heptametra et octometra iambica facere, de his quoque brevissime doceamus. Metri iambici schemata sicut quibusdam placet sunt numero [n] MMXLIIX, sicut ratione collegimus CCCXX.

De pentametro catalecto iambico. 31

Pentametrum catalectum iambicum tale est, quattuor pedes iambicos tetrasyllabos habet, quintum trisyllabum pro tetrasyllabo, [o] ut,

Qua tristis Orion [p] *cadit quietiusve nec feratur æquor.*

Hoc potest dividi in dimetrum acatalectum Archilochium, de quo supra [q] docui,

[r] *Fregit trementes ilices,*

et in trimetrum catalecticum, de quo similiter supra tractavi.

Nec sidus atra nocte amicum apparet.
Setosa duras exuere pelles.

De hexametro iambico catalectico. 32

Hexametrum iambicum catalecticum tale est, quinque pedes iambicos tetrasyllabos recipiens, et sextum trisyllabum:

Nam qualis aut molossus aut fulvus Lacon, amica vis pastoribus, per altas.

Hoc divisum metrum catalecticum,

Parata tollo cornua,

et tetrametrum catalectum,

Qualis [s] *Lycambe spretus infido* [t] *gener Bupalo.*

[n] MMXLIIX] MMLXLII L. [o] ut, Qua] Sic L. ut, Αἴτωλος ἀνὴρ ἰψόθεν, *Qua*. Putschius. Pindari verba ex Ol. III. unde prompserit Putschius dicere nequeo. Huc certe non quadrant, itaque delevi. [p] cadit] *candit* L. [q] docui] *docui* ΦΑΒΟΥΛΟCЄCΘCΘΙΛΟΙC L. [r] Fregit—ilices] *fragi—ilicest* L. et mox *est* pro *apparet*, et *exuerant*. [s] Lycambe spretus] *iambus est petrus* L. qui mox om. *infido*. [t] gener] Sic L. *genere* Putschius.

33 *De heptametro acatalecto iambico.*

Heptametrum acatalectum septem integros pedes iambicos tetrasyllabos habet, ut,

[u]*Minusve languet fascinum, quod ut superbo provoces ab inguine ore* [w]*allaborandam est tibi.*

Hoc [x]dividi poterit in acatalectum trimetrum et acataleetum tetrametrum, quorum supra exempla tractavi.

34 *De octametro catalecto iambico.*

Octametrum catalecticum fit septem pedibus iambicis tetrasyllabis.

Non ut [y]*superbas invidæ Carthaginis Romanus arces ureret intactus aut Britannicus.*

Hoc quoque divisum facit tetrametrum integrum [z]acatalectum et tetrametrum catalecticum, de quibus supra docui. Hoc tamen scire debemus [a]quod præter heptametrum cetera supervacua, hoc est, pentametrum, hexametrum, octametrum, catalectica sunt: solum vero heptametrum acatalectum. Nullum tamen de his quattuor aut brachycatalectum [b]aut hypercatalectum poterit reperiri. Species iambici metri quas nunc dedi, viginti tres sunt, sicut exempla tradunt.

Cap. V. *De metro trochaico et ejus speciebus.*

Trochaicum metrum in prima quidem parte et tertia et quinta pedes recipit duos, trochæum et tribrachum: in secunda vero et quarta et sexta vel novissima quinque recipit pedes, trochæum, tribrachyn, anapæstum, spondeum, dactylum, vel amphimacrum,

[u] *Minusve distringet* L. qui mox om. *superbo.* [w] *allaborandum*] *laborandum* L. [x] dividi] *divisim* L. qui mox om. *in* et *et.* [y] *superius invidiæ Carthaginis Romanus arces* L. [z] acatalectum] Sic L. acatalecticum Putschius. [a] quod præter] Sic L. *præter* om. Putschius. [b] *aut hypercatalectum* accesserunt ex L.

propter novissimam syllabam indifferentem, unde schemata habet CCLXXXVIII. Crescit tamen a dimetro usque ad [c]tetrametrum.

De Anacreontico trochaico dimetro acatalecto. 2

Trochaicum Anacreontium dimetrum acatalectum est, quod constat trochæis quattuor, qui juncti faciunt dimetrum acatalectum,

Aura veris et Favoni.

De Euripideo dimetro catalecto. 3

Trochaicum dimetrum catalecticum Euripideum fit una syllaba a superiore metro sublata.

De dimetro catalectico clodo trochaico. 4

Trochaicum dimetrum catalectum clodum fit hoc modo, cum penultima syllaba debens brevis esse longa sit, ut,

Gratiæ decoræ stant.

De dimetro brachycatalectico coluro ithyphallico. 5

Trochaicum dimetrum brachycatalectum colurum, quod *ithyphallicum* dicitur, fit tribus trochæis; ideo colurum brachycatalectum, quod [d]duæ syllabæ (de)sunt in fine, ut sit dimetrum integrum acatalecticum.

Μή με (δὴ) λιπῆτε.

Pauperum tabernas.

Ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero Patri φαλλὸν, id est *fascinum virilem*, ἴθυνον, id est *ciebant*, dicentes, εἴθε μ᾽ ἰθύφαλλε. Nunc de trimetris trochæis breviter doceamus.

[c] tetrametrum] Sic L. *altera metrum* Putschius. [d] duæ syllabæ] Sic L. *duæ* om. Putschius. Mox με λιπεῖτε vulg.

6 *De trimetro catalectico trochaico.*

Trimetrum catalecticum fit cum quinque pedes sint trochaici et una syllaba, ut,

Faunus immolare sive malit se.

7 *De trimetro catalectico clodo.*

Trimetrum catalecticum clodum est tale, quale superius, sed penultima syllaba longa pro brevi.

Οἱ θεοὶ [e]τὰ λοιπὰ Ταντάλῳ δόντες.

Arma ferte, date tela celata.

8 *De trimetro brachycatalecto chorio palintrochaico.*

Trimetrum brachycatalectum colurum chorium [f]*palintrochaicum* fit, cum quinque pedes trochaici metri ponantur, debentes sex [g]esse ut sit trimetrum acatalectum,

[h]*Immemor struis domus severas.*

9 *De tetrametro catalectico.*

Tetrametrum catalecticum trochaicum fit cum septem pedes trochaici metri ponuntur et syllaba.

Non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi.

10 *De tetrametro coluro trochaico.*

Tetrametrum trochaicum colurum brachycatalectum fit hoc modo, cum septem pedes soli trochaici metri ponuntur, cum debeant poni octo.

Hic superbum Tantalum convivam Jovis alti.

Ausi sunt quidam excedere tetrametra trochaica pentametra facere de quibus per exempla tractemus.

[e] τὰ λοιπὰ] Sic L. τἄποινα Putschius. [f] palintrochaicum] *par in trochaicum* L. [g] *esse* om. L. [h] *Immemor struis domos*] *in mortuis domos* L.

De pentametro catalectico trochaico. 11

Pentametrum catalecticum fit, cum novem pedes disyllabi trochaici ponuntur, et una syllaba,

Continente ripa. Quid quod usque proximum revellis [i]*agrum hunc.*

De pentametro coluro brachycatalecto. 12

Pentametrum catalecticum colurum fit novem integris positis pedibus trochaicis. In coluro enim semper duæ syllabæ desunt ut sit metrum catalecticum integrum:

In sinu ferens deos et uxor et vir [k]*sordidosque natos.*

Hoc tamen notemus quod una sola [l]species in trochaico metro acatalecta reperitur, dimetra Anacreontia, de qua prima specie supra [m]tractavi. Ceteræ aut catalecticæ sunt, aut brachycatalecticæ, (nam hypercatalecta nulla sunt,) undecim. De trochaico fonte rivi 13
quos habemus supra titulis bene [n]rufos. Ex hoc metro trochaico scilicet et iambico constat metrum Saturnium, quod mixtum ideo nec inter species iambicas posui nec inter trochaicas. Constat autem ex iambo dimetro catalectico Hipponactio amphicolo et tribus trochaicis, id est, ithyphallico. Quo metro usi sunt [o]Cyrides et Callimachus, et apud nos [p]Nævius.

De metro Saturnio. 14

Saturnium compositum vel mixtum ex iambico metro et trochaico, iambico dimetro amphicolo Hipponactio catalectico, et trochaico dimetro brachycata-

[i] *agrum* bis Putschius. [k] sordidosque natos] *sordidasque vestes* L. [l] species] *specie sint* L. [m] notavi] *tractavi* L. [n] rufos] *refusos* L. [o] Cyrides] *Cyridus* L. Legendum puto *Euripides*. Atilius Fortunatianus p. 2680. *Apud Euripidem et Callimachum inveni tale genus* Turdis edacibus dolos comparas amice. Et *Euripides* restituit Santenius ad Terent. Maur. p. 353. qui verba tamen *Quo metro* etc. interpolatori cuidam deberi putat. [p] Nævius] Mevius L.

lecto ithyphallico, hoc est tribus trochæis, composuit Nævius hoc modo,

[q]*Ferunt pulchras creterras.*

Huc usque Hipponactium amphicolum dimetrum [r]catalecticum iambicum est. Nam quod sequitur trochaicum dimetrum brachycatalectum ithyphallicum, tale est,

Aureas lepistas.

Novissima syllaba indifferens. Totus versus sic,

Ferunt pulchras craterras aureas lepistas.

et,

Malum dabunt Metelli Nævio poetæ.

et,

Trahuntque siccas multas machinæ carinas.

Cap. VI. *De metro anapæstico.*

Anapæsticum metrum pedes recipit quattuor, [s]anapæstum, spondeum, dactylum, proceleusmaticum. Et est schematum CXXVIII. Catalexin tamen habet, id est finem, ab ionico majore vel molosso, crescit tamen a dimetro usque ad tetrametrum.

2 ### *De dimetro catalectico.*

Anapæsticum dimetrum catalecticum fit hoc modo, dactylo, spondeis, dactylo,

Sydera pulchra pulchra sydera.

Huic addita syllaba faciet dimetrum [t]acatalecticum.

3 ### *De dimetro acatalecto anapæsto.*

Dimetrum acatalectum constat pedibus his; dactylo, spondeo, anapæstis [u]duobus. Latinum exemplum melius est,

Jam tibi Mars ingenitus recubans.

q ferunt] *feriunt* L. r catalecticum] *acatalecticum* L. s anapæstum] *anapæsticum* L. t acatalecticum] Sic L. *catalecticum* Putschius. u *duobus* om. L.

De dimetro dipygno hypercatalecto. 4

[w]*Anapæsticum dimetrum* δίπυκνον *hypercatalectum* fit hoc modo: dactylo, spondeo, duobus dactylis, syllaba,

Tu fueras formose puer fueras.

De trimetro catalectico simplici. 5

[x]*Trimetrum anapæsticum catalecticum* simplex fit hoc modo, duobus anapæstis, spondeo,

Lacedæmona pastor flens.

De dimetro acatalecto simplici. 6

Anapæsticum trimetrum [y]*acatalectum* simplex tribus anapæstis constare debet,

Tribuit mihi lex.

De proceleusmatico tetrametro catalecto. 7

Anapæsticum tetrametrum proceleusmaticum constat tribus [z]proceleusmaticis et quarto anapæsto,

[a]*Moreris asine moreris asine vapulans.*

De tetrametro acatalecto pleno proceleusmatico. 8

Plenum proceleusmaticum fit tetrametrum [b]quattuor proceleusmaticis plenis positis,

Id agite peragite celeriter itinera.

Hoc [c]ita evenit in anapæstico, quomodo in [d]dactylico contrario ejus σπονδειάζων evenit purus, qui contrarius est proceleusmatico.

De tetrametro catalecto pleno Archigenio. 9

Tetrametrum anapæsticum plenum acatalectum

[w] Anapæsticum] Anapæstum L. qui mox om. δίπυκνον. [x] Trimetrum] *dimetrum* L. mox *simplex* accessit ex L. [y] acatalecticum] *catalectum* L. [z] proceleusmatis L. [a] moreris] Sic L. *memor eris* Putschius. [b] *quattuor*] *tribus* L. [c] ita] *ideo* L. tum *in* om. [d] dactylico] Sic L. *dactylo* Putschius.

quod *Archigenium* nuncupatur quattuor puris anapæstis componitur:

[e]*Chaos et Phlegeton loca nocte silent Boreas pelago* [f]*tumido crepitans.*

10 *De tetrametro brachycatalecto Aristophanio duplici.*

Tetrametrum brachycatalectum duplex Aristophanium fit dactylo, spondeo, anapæsto, spondeo, tribus anapæstis, et syllaba.

Quidve dolens [g]*sic Veneris natus calamos calidos tibi mittit.*

11 *De tetrametro hypercatalecto Diodorio simplici.*

Tetrametrum hypercatalectum simplex Diodorium fit una syllaba addita metro Archigenio, de quo paulo ante [h]tractavimus; illud enim quattuor anapæstos solos accipit, hoc et syllabam,

Lalagen [i]*colere speciosæ rationi.*

12 *De tetrametro miuro simplici.*

Tetrametrum miurum simplex fit hoc modo, Archigenii metri novissimo pede anapæsto iambico facto, id est tribus anapæstis et iambo constat,

Lapides mare turgidum [k]*eluens.*

Inter miurum et colurum et catalecticum hoc interest.
13 Miurum est cum novissimi pedis prima syllaba tollitur, ac si pro anapæsto [l]iambum ponas: colurum, cum novissimi pedis duæ syllabæ novissimæ tollantur, ac si [m]pro proceleusmatico ponas pyrrhichium: catalecticum contrarium est miuro, nam novissimi pedis novissima syllaba tollitur, ac si pro dactylo [n]trochæum ponas. Brachycatalectum hoc est quod et colurum. Acatalectum vero integrum est. Hypercatalectum

[e] *Chaos* om L. qui habet *sed* pro *et*. [f] tumido] *fervido* L. [g] *sic* om. L. qui mox habet *calidos calamos*. [h] tractavi] *tractavimus* L. [i] colere] *coleres* L. [k] *elucens* L. [l] *iambicum*] *iambum* L. [m] *pro* om. L. [n] trochæum] Sic L. *spondeum* Putschius.

unam plus syllabam accipit, ac si pro trochæo dactylum [o]ponas.

De pentametro anapæstico catalectico simplici. 14

[p]Fecerunt multi etiam *pentametra anapæstica*, quæ constant quattuor anapæstis et pyrrhichio, id est pariambo,

Tuba terribilem sonitum procul ære dat.

De tetrametro brachycatalecto Laconico duplici. 15

Hoc metrum *Laconicum* constat dactylo, spondeo, [q]anapæsto, spondeo, duobus anapæstis, [r]et spondeo. Trahitur enim ab Aristophanio tetrametro brachycatalecto, de quo paulo ante monstravi, quod constat dactylo, spondeo, anapæsto, spondeo, tribus anapæstis et syllaba. Sed sublata syllaba novissima, et novissimo [s]anapæsto in spondeum mutato, fit metrum hoc Laconicum ante.

Quidve dolens sic Veneris natus calamos calidos armas.

Quamvis poteras [t]ex titulis scire numerum istum, tamen anapæsto pede bis senæ sunt species, [u]et una.

CAP. VII. *De choriambico metro et ejus speciebus* XXI.

Choriambicum metrum quamvis de pede composito constet, tamen simplex est incipiens a [v]choriambo, desinens in dactylum vel [w]palimbacchium, vel in talem qualem catalexis [x]exegerit.

[o] ponas] Sic L. *ponamus* Putschius. [p] Fecerunt] *fecerunt et* L. [q] *anapæsto, spondeo* accesserunt ex L. [r] et spondeo] Sic L. *et* om. Putschius. [s] anapæsto] Sic L. *uno anapæsto* Putschius. Mox *spondeo mutato* L. [t] ex titulis] *ex* om. L. [u] *est una* L. [v] *choriambico* vulg. [w] palimbacchium] Sic L. *paliambum* Putsch. [x] *exegerit. Sed simplicia catalectica* L.

2 *De choriambico dimetro catalectico.*

Choriambicum dimetrum catalecticum fit hoc modo,

Ἰστοπόνοι μείρακες.

Quæsieris scire [z]*quid.*

3 *De dimetro acatalecto Phrynichio.*

Choriambicum dimetrum [a]*acatalectum*, quod [b]*Phrynichium* nuncupatur, incipit a dispondeo, et desinit in [c]choriambicum, vel in hippium, id est epitritum primum, propter novissimam syllabam indifferentem;

Cantantes nunc deficiunt.

4 *De trimetro catalecto.*

Trimetrum catalecticum fit duobus choriambis, et amphimacro,

Dive potens Æoliæ insulæ.

5 *De trimetro catalectico.*

Interdum *trimetrum catalecticum* ab iambo incipit, medio choriambum habet, in [d]novissimo amphibrachyn,

Nepotem [e]*o conficere studebant.*

6 *De trimetro Pindarico.*

Trimetrum choriambicum catalecticum Pindaricum fit prima syzygia ex iambo et trochæo, id est [f]antispasto, in medio choriambo, in fine amphibrachy,

Canebas eos puero colendo.

Græcum exemplum non inveni.

7 *De trimetro catalectico Sapphico.*

Trimetrum catalecticum Sapphicum hendecasylla-

[z] quid] *hæc* L. [a] acatalectum] *catalectum* L. [b] Phrynichium] Pyrrhichum L. [c] choriambicum] *choriambico* L. [d] novissimo] *novissimis* L. [e] *o conficere studebant* L. [f] *ex antispasto* L.

bum fit primo pede [g]ditrochæo, medio choriambo, fine palimbacchio, ita,

Immolare cælicolas volebas.
Mercuri facunde nepos Atlantis.

Aut primo trochæo, secundo spondeo, id est hippio secundo, choriambico, [h]palimbacchio,

Jam satis terris nivis atque diræ.

De trimetro acatalecto. 8

Trimetrum [i]*acatalectum* fit primis diiambis, tertio choriambo,

Beatus ille qui procul scire potest.

De trimetro acatalecto. 9

Fit *trimetrum acatalectum* etiam hoc modo, primis duobus [k]choriambis, tertio iambo,

Carpe diem quam minimum [l]*dolendo nos.*

De trimetro acatalecto clodo. 10

Trimetrum acatalectum clodum fit primo choriambo, in sequentibus syzygiis iambicis, penultima syllaba longa sit pro brevi. Novissimus [m]enim pes simplex trochæus cecidit pro iambo,

Bella fèræ Numantiæ dedit Roma.

De tetrametro catalecto. 11

Tetrametra, quæ frequentius cadunt, *catalectica*, fiunt tribus choriambis, quarto pede amphibrachy,

[n]*Scire nefas, quem mihi finem aut tibi dii dedere.*

[g] *ditrochæo*] Sic L. trochæo Putschius. [h] palimbacchio] Sic L. *bacchio* Putschius. Mox *nivis* om. L. [i] acatalectum] *acatalecticum* L. *catalectum* Putschius. Tum *interfit* L. pro *fit*. [k] choriambis] *iambis* L. [l] dolendo nos] Sic L. *dolens* Putschius. [m] *enim* om. L. [n] *Scire nefas finem meum cedere* L.

12 *De tetrametro catalectico Anacreontio choriambico.*

Choriambicum Anacreontium tetrametrum catalecticum fit primi choriambi soluta prima syllaba longa in duas breves, ut sit pes primus ex tribrachy et iambo, vel ex pyrrhichio et anapæsto, duobus mediis choriambis, quarto pede, id est novissimo, [p]palimbacchio, ut,

Atavus eras dulce decus præsidiumque genti.

13 *De tetrametro catalectico Eupolidio choriambico.*

Choriambicum Eupolidium tetrametrum [q]*catalecticum* fit primo pede trochæo, secundo choriambo, tertio ditrochæo, quarto, id est novissimo, amphimacro:

Dii boni servate sacerdotem vos colentem vos.

14 *De pentametro catalectico Callimachio.*

Choriambicum catalecticum pentametrum Callimachium fit quattuor choriambis, quinto pede amphibrachy,

Nec babylones numeros ut melius quidquid [r]*erit geremus.*

15 *De hexametro catalectico Philico.*

Hexametrum catalecticum choriambicum, quod *Philicum* dicitur, constat quinque choriambis, sexto pede, id est novissimo, amphibrachy,

Te posui Bacche Pater teque decens canto Venus qui modicos amatis.

16 *De choriambico Asclepiadeo.*

Choriambicum Asclepiadeum fit, cum primus [s]pes

p palimbacchio] Sic L. *bacchio* Putschius. q catalecticum] Sic L. *catalectum* Putschius. r *erigeremus* L. s *pes* om. L.

15. *Philicum*] *Philiscium* Santenius ad Terent. Maur. p. 325, qui mox *melicos* pro *modicos*. Terhærius *Philicium*.

spondeus sit, ceteri choriambi, novissimus pes disyllabus. Omnia enim Asclepiadea choriambica brachycatalecta sunt. [u]Tetrametrum vero Asclepiadeum brachycatalectum [w]duodecasyllabum, ut,

Mœcenas atavis edite regibus.

Fit etiam [x]pentametrum brachycatalectum Asclepiadeum choriambicum, ut,

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.

De choriambico Phaleucio. 17

Choriambicum Phaleucium fit spondeo, dactylo, syllaba, duobus dactylis. Ex heroico enim venit vel elegiaco sine ulla syllaba secundæ cæsuræ penthemimericæ, ut,

Mœcenas atavis edite regibus.

[y]Tetrametrum acatalectum fit etiam Phalecium spondeo, dactylo, syllaba, [yy]spondeo, duobus dactylis.

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.

Ergo hoc notemus quod choriambicum a spondeo incipiens, si ceteris choriambis scandatur, Asclepiadeum metrum vocatur; sin vero dactylo, syllaba, et dactylis, Phaleucium nuncupatur. Hæ sedecim sunt [z]vere choriambo pede lectæ species.

CAP. VIII. *De antispastico metro et ejus speciebus.*

Quibusdam placet ut metrum antispasticum inter [a]abortiva vel mixta referatur, sed errant. Nam generale est positum contra choriambicum, cujus species

[u] tetrametrum vero] Sic L. *vero* om. Putschius. [w] duodecasyllabum] Sic L. *hendecasyllabum* Putschius. [x] *pentametrum* L. *octo pentametrum* Putschius. [y] *tetrametrum acatalectum fit etiam*] Sic L. *Fit etiam pentametrum acatalectum* Putschius. [yy] spondeo] Lege, *dactylo, syllaba.* Vid. inf. VIII. 8. [z] vere choriambo] Sic L. *veræ choriambico* Putschius. [a] abortiva] *introductiva* L.

exemplis docebimus. Cadunt tamen [b]in hoc metro et hippii, id est epitriti, et ionici, et choriambici, et bacchii.

2 *De dimetro antispastico acatalecto Glyconio.*

Antispasticum acatalectum dimetrum Glyconium fit spondeo, duobus trisyllabis, dactylo, et amphimacro,

κάπρος ἠνίχ᾽ ὁ μαινόλης.
Sic te diva potens Cypri.

Hoc [c]differt a Glyconio dactylo, quod illud, sicut ante tractavi, spondeo constat et duobus dactylis; hoc vero spondeo trisyllabis quibuslibet. Potest tamen et spondeo et choriambo percussum facere metrum Asclepiadeum, sicut ante docui.

Sic te diva potens Cypri.

3 *De penthemimerico dochmiaco Æschyleo.*

Antispasticum penthemimericum dochmiacum Æschyleum fit antispasto, hippio secundo, et disyllabo.

Qui sonante te [d]coegit dare.

4 *De dochmiaco trimetro catalectico Euripidio antispasto.*

Antispasticum dochmiacum Euripidium trimetrum catalecticum fit antispasto, ditrochæo, amphimacro.

Decreta Musis corona pulchra nos.

5 *De hephthemimerico antispastico Pherecratio.*

Antispasticum hephthemimericum Pherecratium fit hippio quarto, hippio primo, [dd]hippio tertio, spondeo vel trochæo,

Nunc te Bacche canam, nec non silvestria tecum.

[b] *et in hoc metro hippii* L. [c] *differt Glyconio dactylus* L. [d] coëgit] *cogit* L. [dd] Potius *ionico a majore.*

[f][Constat enim Pherecratium antispasticum duplici Pherecratio dactylico copulato.

Nunc te Bacche canam, nec non sylvestria tecum.]

De trimetro brachycatalecto Praxilio. 6

Antispastum trimetrum brachycatalectum Praxilium fit [g]hippio tertio, tribus trochæis,

Trahuntque nunc machinæ carinam.

Hoc etiam *ithyphallicum antispasticum* nuncupatur.

De tetrametro puro antispastico acatalecto. 7

Antispasticum tetrametrum purum acatalectum fit quattuor antispastis,

Refer Musa precor dulce melos voce [h]*sonans sacra.*

Græcum exemplum non repperi.

De tetrametro acatalecto mixto. 8

Antispasticum tetrametrum acatalectum mixtum fit antispasto, choriambo, hippio quarto, hippio tertio.

Sacerdos docens bene vos formavit ad artes bonas.

Quidam imperiti de hoc metro exemplum dederunt illud Horatianum,

Nullam Vare sacra vite prius severis arborem.

Quod aut Asclepiadeum est, sicut ante monstravi, constans spondeo, choriambis,

Nullam | Vare sacra | vite prius | severis ar|borem.

Aut Phalecium, constans spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis.

Nullam | Vare sac|ra | vite pri|us | severis | arborem.

De tetrametro Sapphico Priapeio catalectico. 9

Antispasticum tetrametrum catalecticum Sapphicum Priapeium fit spondeo, dactylo, bacchio (sed ut

[e] Constat—tecum om. L. [g] hippio] *hippio tertio* L. [h] sonans] *canens* L.

secunda bacchii longa [i]fiat positione, non sit natura) spondeo vel iambo, et bacchio simili superiori, et spondeo [k]valde ut sit in divisione finita pars orationis, quod si inventa fuerit erit laudabilius.

Isthæc composui metra Sacerdos optima nunc.

10 *De epimicto Sapphico tetrametro hypercatalecto.*

Antispasticum tetrametrum hypercatalectum Sapphicum fit ditrochæo, [l]hippio tertio, syllaba, hippio tertio, syllaba.

Pauperum tabernas regis o [m]*beatum regumque turris.*

11 *De hexametro brachycatalecto.*

Antispasticum hexametrum brachycatalectum fit hoc modo, hippio quarto, hippio tertio, hippio quarto, ionicis duobus majoribus, trochæo. Latinum exemplum melius est. Antispastus hos nunc pedes conclusos regens tota decem schemata tradit.

Cap. IX. *De Ionico metro et ejus speciebus.*

Ionicum metrum, sicut supra docui, duplex est. Unum *a majore*, quod spondeo constat et pyrrhichio; alterum *a minore*, constans ex [n]pariambo et spondeo. Ionicum majus interdum puro ionico scanditur,

Μή μοι λέγε.

Solem colo.

2 Interdum soluta longa prima componitur, ut sit ex anapæsto et pyrrhichio,

ἑκατόνζυγε.

Nive candidum.

Interdum duabus longis solutis, ut sit compositum ex proceleusmatico et pariambo,

[i] *faciat* L. [k] valde] *non valde* L. [l] *hippio tertio syllaba* semel L. [m] beatum] *beate* L. [n] *spondeo et pariambo* L.

ἑλικοβλέφαρε.
Colere Cererem.

[o]Commiscetur autem huic metro et ditrochæo et chorio, seu [p]tribrachy,

κάλλος ἄμαχον.
Arma gerere.

et a chorio, seu tribrachy, et trochæo,

φιλοχορεύτα,
[q]*Fabula læta.*

Sed omnibus [r]pedibus temporum sex, finem tamen habet, aut in spondeum, aut in trochæum, quod etiam Sotadeum metrum dicitur, de quo sub [s]exemplis postea tractabimus. Interdum et molossos omnis habet: unde 3
et *Molossicum* metrum hoc dicitur. Nam prima longa molossi soluta facit ionicum minorem, novissima majorem.

Mæcenam Romani fecerunt summum vel summi.

Quoniam catalexis, id est finis, ionici aut trochæo terminatur, aut spondeo. Sunt autem ionica metra a majore quidem octo, a minore duo.

De dimetro brachycatalecto clodo Hipponactio ionico majore. 4

Ionicum majus dimetrum brachycatalectum [t]*clodum Hipponactium* fit spondeo clodum et una syllaba, ideo brachycatalectum, ut,

[v]πισσενταξαντης.
Recte dedere.

o commiscetur] *commiscetur autem* L. Mox *seu* pro *sed* bis reponit Santenius. p tribrachy] *tribus brachycatalectis* L. q fabula læta] *tabula lecta* L. r *pedibus* om. L. s exemplo] *exemplis* L. t clodum] *clodo* L. v ΠΙCΗΝΠΑCΑΝΤΗC L.

5 *De dimetro acatalecto Cleomachio ionico majore.*

Ionicum majus dimetrum acatalectum [w]*Cleomachium* fit ionico majore et ditrochæo,

Nec prata rigantur [x]*amne.*

6 *De trimetro brachycatalecto ionico majore et ithyphallico.*

Ionicum brachycatalectum [y]*trimetrum ithyphallicum* fit hippio tertio, ditrochæo, et trochæo vel spondeo,

Seu poscat agna seu malit.

hæc novissima [z]indifferens est.

7 *De trimetro acatalectico Alcaico ionico majore.*

Ionicum majus trimetrum [a]*catalecticum Alcaicum* fit hippio tertio, ionico majore, dactylo vel amphimacro,

Vides ut alta stet nive candidum.
Stravere ventos æquore fervido.

Fit hoc [b]enneasyllabum duobus hippiis [c]tertiis, et syllaba, ut sit dimetrum hypercatalectum,

Ludumque fortunæ gravesque.

8 *De trimetro acatalecto ionico majore.*

Ionicum majus trimetrum acatalectum fit duobus ionicis majoribus et ditrochæo,

Sylvas dea sacra nive obruebat.

9 *De tetrametro brachycatalecto.*

Ionicum majus brachycatalectum tetrametrum fit

[w] Cleomachium] *cleumachium* L. [x] amne] Sic L. *animæ* Putschius. [y] trimetrum ithiphallicum] Sic L. *ithiphallicum* om. Putschius. Deinde *et ditrochæo* Putschius. [z] indifferens] *indifferens est* L. [a] catalecticum] *acatalecticum* L. [b] enneasyllabum] *endecasyllabum* L. [c] tertiis] *ternis* L.

ionico majori, [d]ditrochæo, ionico majori, spondeo vel trochæo,

Lecta nobis bona date vel *dantes.*

De tetrametro catalecto. 10

Ionicum tetrametrum catalecticum fit tribus ionicis majoribus, quarto amphibrachy, cum [deberet ditrochæo,

Deprome bonum quadrimum vinum ceter avitum.

De tetrametro acatalecto Sotadeo. 11

Ionicum majus tetrametrum acatalectum [e]*Sotadeum* fit modis tribus: tribus ionicis majoribus et ditrochæo,

Morosa juventus bona semper [f]*dolet eligendo.*

Aut tribus ionicis majoribus et dispondeo,

Qui primus ab oris [g]*venit.*

Aut solvitur primi ionici majoris prima longa, [h]secundus ionicus major ponitur [i]integer, tertii ionici majoris secunda longa solvitur, quartus pes trochæus ponitur, ut faciat tetrametrum brachycatalectum,

Gracilis puer fulget tuus Hyla sub Arethusa.

[k]Hoc ideo Sotadeum dictum metrum, quod Sotades poeta eo usus est.

De ionico minori dimetro catalecto. 12

Minus ionicum dimetrum catalectum fit ionico minore et anapæsto,

ἴθι μᾶτερ μεγάλη.

Nive candens nimia.

[d] *ditrochæo spondeo vel trochæo. cætera arma lecta* L. [e] *Sotadeum* accessit ex L. [f] *dolet*] Sic L. *dolo* Putschius. [g] venit] *veniat* L. [h] secundus] *Sed si* L. [i] ut æger] *integer* L. [k] *hoc ideo—usus est* accesserunt ex L.

13 *De dimetro acatalecto.*

Ionicum minus acatalectum fit duobus ionicis minoribus,

Calamis nunc canimus nos.

Interdum et trimetrum acatalecticum invenimus constans ex tribus ionicis minoribus, ut Horatius,

Miserarum est neque amori dare ludum.

Cui [l]si addatur ex utraque parte spondeus, faciet unum genus secundum de Sotadeis, ut,

Prorsus miserarum est neque amori [m]*dare ludos dulcis.*

Species decem hoc sunt pede ionico.

Cap. X. *De Pæonico metro et ejus speciebus quattuor.*

Pæonicum metrum multi *creticum* nuncupaverunt, quoniam una longa cretici, id est amphimacri, soluta constat. Unde Cratinus dicens,

[n]Ἔγειρε μοῦσα κρητικὸν μέλος,

intulit metrum pæonicum,

χαῖρε δὴ μοῦσα, χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
ἦλθες, οὐ πρὶν ἐλθεῖν ἴσθι σαφὲς ἀλλ' ὅπως.

Hoc ergo metrum, id est pæonicum, habet secum mixtos creticos, id est amphimacros.

2 *De dimetro pœonico acatalecto puris pœonibus.*

Pœonicum dimetrum acatalectum fit duobus pæonibus puris,

Lacedæmonio sacras.

Græcum exemplum non inveni.

[l] additus] *si addatur* L. [m] dare] *dari* L. [n] ἔγειρε—μέλος et mox χαῖρε—ὅπως om. L. qui pro ἔγειρε—μέλος habet, *agemus dicamus illud creticum modum.*

De dimetro puro acatalecto. 3

Aliud *pæonicum metrum acatalectum* fit pæone et amphimacro,

ὦ πόλι φίλη φίλη.
[nn] *Flumina gelu gelant.*

De trimetro acatalecto Cratino. 4

Trimetrum acatalectum fit primo amphimacro, duobus pæonibus,

Candidum Musa mihi fer [o] *honorem.*

De trimetro acatalecto in medio habente amphimacrum. 5

Trimetrum acatalectum fit etiam in medio habens amphimacrum,

Candidus eras puer nunc refluis.

Græcum exemplum non inveni. Ergo pæonicum metrum fit modis quattuor: aut solis pæonibus, aut primo pæone, novissimo amphimacro, aut primo amphimacro, novissimis pæonibus, aut ex utraque parte pæonibus, in medio amphimacro. Quattuor species habet hoc metrum.

CAP. XI. *De metris compositis.*

Huc usque de simplicibus [p] metris et generalibus et eorum speciebus propriis docuimus, ex quibus composita necessario retractemus. Nam omnia ne numero [q] quidem poterunt comprehendi. Unde si quis invenerit aliquod metrum in hoc [r] libro non positum, quem de Græcis nobilibus metricis lectis a me et ex his quicquid singulis fuerit optimum decerpto composui,

[nn] Flumina] Sic L. *flamma* Putschius. [o] *honorem, in medio habentem dimetrum acatalectum amphimacrum fit etiam in medio* etc. L. [p] metris] *pedibus* L. [q] *quidem* om. L. [r] libro] *metro* L.

non imperitia judicet ignoratum; nam aut aliqua re detracta, aut addita, aut commutata inveniet figuratum. Ergo de compositis breviter exponamus.

2 ### *De metro iambelego.*

Iambelegum metrum constat ex syzygia iambica monometra et syllaba, [s]et ex dipodia dactylica penthemimerica, [duobus pæonibus dactylicis et syllaba.] Unde etiam metrum nomen accepit, quod iambico et [t]elegiaco constat. Melius erit Latinum exemplum. Nam [v]in utraque cæsura finiam partem orationis non ut Græcum,

Amore cogis scribere versiculos.

3 ### *De metro encomiologico Stesichorico.*

Encomiologicum Stesichoricum fit e contrario. In hoc enim præponitur penthemimericum dactylicum, et subjungitur iambicum,

[w]*Mollibus in pueris aut in puellis.*

4 ### *De encomiologico Archilochio.*

Encomiologicum Archilochium fit penthemimerica dactylica præposita et quattuor pedibus disyllabis iambicis subjunctis,

Fabula quanta fui, conviciorum pœnitet.

5 ### *De logaœdico Archebulio.*

Logaœdicum Archebulium fit duobus dactylis et duobus trochæis, vel trochæo et spondeo,

Jam Cytherea choros Venus dat.

Huic [x]additus alter trochæus faciet [y]ithyphallicum dactylicum de quo sæpe [z]tractavi.

[s] et ex] Sic L. *et* om. Putschius. [t] elego constat] *elegiaco constet* L. [v] in utraque] *in* om. L. [w] *in mobilibus pueris et puellis* L. [x] additus] *additur* L. [y] ithyphallicum] *stipalicum* L. [z] tractavi] *tractatur* L.

De Archebulio hemiepi. 6

Archebulium hemiepes constat duobus dactylis et spondeo,

Eruerint Danai quæ.
Emicat Oceano lux.

Huic addita [a]una syllaba faciet hemidexium trimetrum, de quo supra tractavi. Manente vero in qualitate sua, sed [b]verso, erit Glyconium trimetrum ex spondeo, duobus dactylis. De quo etiam ante docui in speciebus dactylici metri.

De logaœdico Archilochio ithyphallico. 7

Logaœdicum Archilochium ithyphallicum fit quattuor dactylicis pedibus [c]et tribus trochæis. Novissima syllaba [d]indifferens.

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

Huic [e]additur alter versus constans ex diiambo et syllaba et tribus trochæis.

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Sed puris trochæis exemplum hoc est:

Alterno terram quatiunt pede dum gravis Cyclopum
Vulcanus ardens [f]ussit officinam.

Sed ut breviter doceamus, quodcunque metrum constabit [g]ex dactylico et trochaico, logaœdicum ithyphallicum [h]nuncupatur.

De composito Pindarico. 8

Compositum Pindaricum fit penthemimerico iambico ex utraque parte posito, et in medio penthemimerico dactylico.

[a] syllaba] *una syllaba* L. [b] verso] *verbo* L. [c] *et tribus trochæis* om. L. [d] indifferens] *indifferenter* L. [e] aditur] *aditur* L. [f] ussit] *jussit* L. [g] ex dactylico et trochaico] Sic L. dactylicum et trochaicum Putschius. [h] nuncupatur] *nominatur* L.

ὃς [i]καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν.
Contraque lucrum pauperis ingenium nihil valere.

9 ***De composito Susarionio.***

Compositum Susarionium fit quattuor pedibus trochaicis præpositis et subjuncto penthemimerico dactylico,

[k]χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν θέμιν οὐρανίαν.
[l]*Machinæ trahunt carinam, solvitur acris hyems.*

10 ***De prosodiaco hyporchematico.***

Prosodiacum hyporchematicum fit syllaba et penthemimerico dactylico et syllaba, et tribus trochæis [ithyphallo.]

Jam arma virumque cano; jam o [m]*beata Musa.*

11 ***De asynartetis metris.***

Ἀσυνάρτητα metra, id est *inconvenientia*, fiunt modis duobus, aut cum pes in aliquo metro non suo loco ponitur, ac si quis iambico metro spondeum pedem secundo vel quarto loco ponat, ut Terentius,

Vos isthæc intro auferte abite Sosia.

Qui versus constare potuisset, vel si in novissima parte spondeum habuisset, esset enim amphicolum Hipponactium, [n]de quo supra tractavi. Fit asynartetum etiam per antipathiam, id est per contrarietatem. Ac si quis proceleusmaticum pedem, qui anapæstico datus est, metro contrario ejus, [o]id est dactylico, præstet, ut Virgilius,

[i] OMNHTTPEICATAΩΠEACKEIVEICEI OZANOANΔCANAN L. [k] ξυCOTLPATINNAΠO IKONTA TE TO TYPION L. [l] *machina trahit carina—aeris* L. [m] o beata] *bona* L. [n] *metrum iambicum de quo* L. [o] id est] idem L.

[p] *Arietat in muros et duros obice postes.*
Genua labant gelidus concrevit frigore sanguis.
Inclusere cava et nigra nemus abiete cingunt.

Quos pedes [q] quidam faciunt dactylicos, primas duas breves ligatas pro longa accipientes, sicut præcepit Juba metricus, [r] sed errans. Nam genus est illud asynartetum, quo usa est Sappho per totum librum suum primum.

p arietat etc.] Sic L. *arietat in muros, Genua labant. Abiete cingunt* Putschius. q qui *dum*] *qui dem* L. r errant] *sed errans* L.

ARS CÆSII BASSI

DE METRIS.

Cap. I.

Mecænas atavis edite regibus.

Asclepiadeon duodecasyllabum, cujus divisio varia quidem sic: *Mæce* spondeo, *nas atavis* choriambo, *edite re* idem, *gibus* pyrrhichio, vel iambo, propter indifferentiam syllabæ. Alii per dipodias ita: *Mecænas a* debuit antispastica podia esse, et produxit syllabam primam, et fecit epitritum quartum ex tribus longis et brevi: *tavis edi* antispastus est ex brevi, duabus longis, et brevi: *te regibus* pæon secundus ex brevi, et longa, et duabus brevibus, vel si longa fuerit ultima erit iambus, si vero ad penultimam partem ultimæ dipodiæ brevis syllaba addatur, fiet elegiacus versus pentameter, sic,

Mœcenas atavis edite remigibus.

Dividitur prioribus aut dactylo et spondeo, aut spondeo et dactylo, tamen medius spondeus debet semper esse, sequentibus anapæsticis.

Jam satis terris nivis, atque diræ.

Sapphicum hendecasyllabon, quod est trimetron choriambicon catalecticon, cujus syllabam tertiam produxit in prima dipodia, quam corripere debuit, oportuit enim ita esse, *Jam satis ter;* posuit autem *Jam satis ter* pro choriambo epitritum secundum, id est,

ex longa, et brevi, et duabus longis. Secunda dipodia choriambica est *ris nivis at.* Tertio, *que diræ*, positus pes pro dipodia bacchius, aut propter indifferentiam syllabæ hoc metrum clauditur amphibracho, id est, et brevi, et longa, et brevi.

Sic te diva potens Cypri. 3

Glyconicon octosyllabon ex genere Asclepiadeon est, huic enim si addideris dipodiam choriambicam facies Asclepiadeon, sic,

Sic te diva potens (*diva potens*) *Cypri.*

Dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrhichio, vel iambo propter syllabæ indifferentiam,

Sic te diva potens Cypri.

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni. 4

[a]Alcaicon ithyphallicon,

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,

commixtum est ex heroico et ithyphallico.

Solvitur acris hiems grata vice,

hucusque heroicum.

Veris et Favoni,

hoc ithyphallicum.

Trahuntque siccas,

portio iambici, sequitur ithyphallici,

Machinæ carinas.

Vides ut alta stet nive candidum. 5

Alcaicon hendecasyllabon, cujus divisio ita est: *Vides ut alta*, ex duobus iambis et syllaba, et sequentibus duobus dactylis, vel propter indifferentiam syllabæ dactylo, et amphimacro. *Stet nive candidum.*

Soracte, nec jam sustineant onus,

sicut prior scanditur.

[a] Alcaicon] Post h. v. lacuna est plurium verborum in Med.

Silvæ laborantes geluque.

enneasyllabon, *silvæ* spondeus, *labo* iambus, *rantes* spondeus, *gelu* iambus, *que* syllaba.

Flumina constiterint acuto,

hoc constat ex quattuor pedibus heroicis syllaba detracta brevi in tertio pede. Fit enim integrum sic,

Flumina constiterint ab acuto.

Cap. II. *Breviatio pedum.*

Pedes disyllabi sunt numero quattuor. *Pyrrhichius* ex duabus brevibus, temporum duum, ut *Deus:* sed hunc alii *hegemona* appellaverunt, alii *dibrachyn*, alii *pariambum.*

2 *Spondeus* ex duabus longis, temporum quattuor, ut *Heros.*

3 *Iambus* ex brevi et longa, temporum trium, ut *dies.*

Trochæus ex longa et brevi, temporum trium, ut *comma.* Sed hunc alii *chorium* appellaverunt, alii *cordacem.*

4 Pedes trisyllabi sunt numero octo. *Tribrachys* ex tribus brevibus, temporum trium, ut *Helena.* Sed hunc alii *trochicum* appellarunt, alii [b]*pygmona*, alii *brachysyllabon.* Cicero enim de Oratore etiam *trochæum* appellavit.

5 *Molossus* ex tribus longis, temporum sex, ut *Æneas.* Hunc alii *hippion*[*a*] appellaverunt.

6 *Bacchius* ex brevi et duabus longis, ut *Athenæ.*

Palimbacchius ex duabus longis et brevi, temporum quinque, ut *Natura.*

7 *Anapæstus* ex duabus brevibus et longa, temporum quattuor, ut *nebula.*

8 *Dactylus* ex longa et duabus brevibus, temporum quattuor, ut *Romulus.*

[b] pygmona] *pignoma* Med.

Amphibrachys ex brevi, longa, et brevi, temporum 9
quattuor, ut *dicaris.* Hunc alii *mesiten,* alii *stolan*
appellaverunt.

Creticus ex longa, brevi, et longa, temporum quin- 10
que, ut *sanitas;* et hunc alii *amphimacrum* appellant.

Tetrasyllabi pedes numero sexdecim. *Proceleusma-* 11
ticus, qui fit ex duobus pyrrhichiis, id est ex quat-
tuor brevibus syllabis, et est temporum quattuor, ut
habilior.

Dispondeus, qui fit ex duobus spondeis, id est ex 12
quattuor longis syllabis, temporum octo, ut *Mæce-*
nates.

Ionicus minor, qui fit ex pyrrhichio et spondeo, id 13
est ex duabus brevibus et duabus longis, temporum
sex, ut *Diomedes.*

Ionicus major, qui fit ex spondeo et pyrrhichio, id 14
est, ex duabus longis syllabis et duabus brevibus, tem-
porum sex, ut *Junonius.*

Antispastus, qui fit ex iambo et trochæo, id est ex 15
brevi duabus longis et brevi, id est temporum sex, ut
Clytemnestra.

Choriambus, qui fit ex trochæo sive chorio et iambo, 16
id est ex longa, duabus brevibus, et longa, temporum
sex, ut *nobilitas.*

[c] *Diiambus,* qui fit ex duobus iambis, id est ex brevi 17
et longa, et item brevi et longa syllabis, temporum
sex, ut *propinquitas.*

Ditrochæus, qui et *dichorius,* qui fit ex duobus tro- 18
chæis, sive choriis, id est ex longa, brevi, et item longa
et brevi, temporum sex, ut *dimicare.*

Epitritus primus, qui fit ex iambo et spondeo, id 19
est ex brevi et tribus longis syllabis, temporum sep-
tem, ut *venenati.*

Epitritus secundus, qui fit ex trochæo et spondeo, 20

[c] *Disiambus* Med.

id est ex longa, brevi, et duabus longis syllabis, temporum septem, ut *Nicomedes.*

21 *Epitritus tertius,* qui fit ex spondeo et iambo, id est ex duabus longis, brevi, et longa syllabis, temporum septem, ut *heroici.*

22 *Epitritus quartus,* qui fit ex spondeo et trochæo, id est ex tribus longis et brevi syllabis, temporum septem, ut *nutritura.*

23 *Pæon primus,* qui fit ex trochæo et pyrrhichio, id est ex longa et tribus brevibus syllabis, temporum quinque, ut *Demodocus.*

24 *Pæon secundus,* qui fit ex iambo et pyrrhichio, id est ex brevi, longa, et duabus brevibus syllabis, temporum quinque, ut *idoneus.*

25 *Pæon tertius,* qui fit ex pyrrhichio et trochæo, id est ex duabus brevibus, longa et brevi, temporum quinque, ut *Menedemus.*

26 *Pæon quartus,* qui fit ex pyrrhichio et iambo, id est ex tribus brevibus et longa syllabis, temporum quinque, ut *Celeritas.*

27 His multi adjiciunt unum pentasyllabum, *Dochmium* vero, qui constat ex brevi duabus longis et brevi et longa, ut *senatoriæ,* et ut idem Cicero (Or. c. 64.) posuit, *amicos tenes.*

Cap. III. *De pedum compositionibus.*

Ex trochæo et molosso, id est ex longa et brevi, et tribus longis, ut *Dolore compulsi.*

Ex trochæo et ionico minore, id est ex longa et brevibus tribus et longis duabus: *Regina superorum.*

2 Ex trochæo et choriambo, id est ex longa una et brevi, et longa una et brevibus duabus, et longa una: *Mihi perpetior.*

3 Ex trochæo et ionico majore, id est ex longa una et brevi una et longis duabus (et brevibus duabus): *Astra cælestia.*

Ex trochæo et pentasyllabo, cujus media longa est, 4
id est ex longa una, brevibus tribus, longa una, brevibus duabus: *Majestate miserabili.*

Ex tribrachy et molosso, id est ex brevibus tribus 5
et longis tribus: *Deserere compellor.*

Ex tribrachy et ionico minore, id est ex longis 6
quinque et longis duabus: *Incredibilia tolerando.*

Ex tribrachy et choriambo, id est ex brevibus tri- 7
bus, et longa una, et brevibus duabus, et longa una: *Varia concupiens.*

Ex tribrachy et ionico majore, id est ex brevibus 8
tribus, et longis duabus, et brevibus duabus: *Rapior in turbines.*

Ex tribrachy et pentasyllabo, cujus media longa sit, 9
id est ex brevibus quinque, longa una, brevibus duabus: *Temere revocabitur.*

Item secundum compositionis genus.

Ex spondeo et bacchio, id est ex longis duabus, bre- 10
vibus tribus, longa una: *Bellum reficiunt.*

Ex spondeo et pæone secundo, id est ex longis 11
duabus, brevi una, longa una, brevibus duabus: *Armis repleverat.*

Ex anapæsto et bacchio, id est ex brevibus duabus, 12
longa una, brevi una, et longis duabus: *Aditus sonantes.*

Ex anapæsto et pæone secundo, id est ex brevibus 13
duabus et longa una, brevi una, (longa una,) brevibus duabus: *Jaculis frequentibus.*

Ex anapæsto et pæone quarto, id est ex brevibus 14
duabus et longa una, brevibus tribus, longa una: *Pedites fugiunt.*

Ex amphimacro et spondeo, id est ex longa una, 15
brevi una, et longis tribus: *Obvios sternunt.*

Ex amphimacro et anapæsto, id est ex longa una, brevi 16

una, longa una, brevibus duabus, et longa una: *Comminus gladiis.*

17 Ex amphimacro et dactylo, id est ex longa una, brevi una, longis duabus, et brevibus duabus: *Victoria præditi.*

18 Ex amphimacro et bacchio, id est ex longa una, brevi una, et longa una et brevi una, et longis duabus: *Hostibus repulsis.*

19 Ex palimbacchio et spondeo, id est ex longis duabus, et brevi una, et longis duabus: *Præclara virtus.*

20 Ex palimbacchio et anapæsto, id est ex longis duabus, et brevibus tribus, et longa una: *Prudentis animo.*

21 Ex palimbacchio et dactylo, id est ex longis duabus, brevi una, et longa una, et brevibus duabus: *Laudanda jugiter.*

22 Ex pæone tertio et spondeo, id est ex brevibus duabus, longa una, et brevi una, et longis duabus: *Repetebat actus.*

23 Ex pæone tertio et anapæsto, id est ex brevibus duabus, longa una, et brevibus tribus, et longa una: *Superatus animus.*

24 Ex pæone tertio et dactylo, id est ex brevibus duabus, et longa una, brevi una longa (una) et brevibus duabus: *Aliena quæritans.*

25 Ex amphibrachy et spondeo, id est ex brevi una, longa una, et brevi una, et longis duabus: *Repulsus hostis.*

26 Ex amphibrachy et anapæsto, id est ex brevi una, et longa una, brevibus tribus, et longa una: *Repente capitur.*

27 Ex amphibrachy et dactylo, id est ex brevi una, longa una, et brevi una, et longa una, et brevibus duabus: *Parantur agmina.*

28 Ex spondeo et iambo, id est ex longis duabus, brevi una: *Causas videt.*

Ex spondeo et tribrachy, id est ex longis duabus, 29
et brevibus tribus: *Sumptus temere.*

Ex anapæsto et iambo, id est ex brevibus duabus, 30
longa una, brevi una, et longa una: *Fremitus gravis.*

Ex anapæsto et tribrachy, id est ex brevibus dua- 31
bus, longa una, et brevibus tribus: *Trepidi fugiunt.*

Ex spondeo, iambo, et spondeo, id est ex longis dua- 32
bus, brevi una, et longis tribus: *Cuncti cavent bellum.*

Ex spondeo, iambo, et anapæsto, id est ex longis 33
duabus, brevi una et longa una, et brevibus duabus et
longa una: *Victi malis trepidant.*

Ex spondeo, iambo, et dactylo, id est ex longis 34
duabus, brevi una, longis (duabus, brevibus) duabus:
Rostris secant gurgites.

Ex duobus iambis et spondeo, id est ex brevi una, 35
longa una, brevi una, longis tribus: *Bonos docet cives.*

Ex duobus iambis et dactylo, id est ex brevi una, 36
longa una, brevi una, et longis duabus (brevibus dua-
bus): *Struunt mœnia.*

Ex trisyllabo cujus media brevis sit, id est ex cre- 37
tico et iambo et spondeo, id est ex longa una, et
brevi una, et longa una, et brevi una, et longis tribus:
Prælium cupit fortis.

Ex trisyllabo cujus media brevis sit, id est ex cre- 38
tico, iambo, et dactylo, id est ex longa una, brevi una,
longa una, brevi una, et longis duabus, et brevibus
duabus: *Turbines timet fluctuum.*

Ex trisyllabo, cujus media brevis sit, id est cretico, 39
iambo, et anapæsto, id est ex longa una brevi una,
longa una brevi una, longa una, et brevibus duabus, et
longa una: *Gurgites secant trepidi.*

Ex trisyllabo, cujus media brevis sit, id est cretico, 40
trochæo, et spondeo, id est ex longa una, brevi una,
et longis duabus, et brevi una, et longis duabus: *La-
teribus auget urbem.*

41 Ex spondeo et epitrito primo, id est ex longis duabus, et brevi una, et longis duabus: *Bellum suscitavit.*

42 Ex trisyllabo, cujus media brevis sit, id est cretico, et epitrito primo, hoc est longa una, et brevi una, et longa una, et brevi una, et longis tribus: *Hostibus resistentes.*

43 Ex trisyllabo, cujus media brevis sit, id est cretico, et epitrito secundo, id est ex longa una brevi una longis duabus, et brevi una, et longis duabus: *Exercitum compulerunt.*

44 Ex iambo, et epitrito primo, id est ex brevi una, et longa una, et brevi una, et longis tribus: *Fugam capessebant.*

45 Ex iambo et epitrito secundo, id est ex brevi una et longis duabus, et brevi una, longis duabus: *Faces sustulerunt.*

46 Ex spondeo et pentasyllabo, cujus duæ primæ breves sunt, *Justus rationalis*, id est duæ primæ longæ, duæ sequentes breves, et tres ultimæ longæ, cujus exemplum sursum.

47 Ex spondeo et pentasyllabo, cujus secunda brevis sit, *Multum præferebant(ur)*, id est tres primæ longæ, quarta brevis, tres ultimæ longæ, cujus exemplum sursum.

48 Ex trisyllabo cujus media brevis sit, id est cretico, et pentasyllabo, cujus secunda brevis, tertia et quarta longæ, quinta brevis, et tribus ultimis longis, exemplum sursum.

49 Ex trisyllabo cujus media brevis sit, id est cretico, et pentasyllabo, cujus secunda brevis sit, *Instantia comprobatur*, id est ex prima longa, secunda brevi, tertia longa, quarta brevi, et tribus ultimis longis, cujus exemplum supra.

50 Ex iambo et pentasyllabo, cujus duæ primæ breves sint, *Rates reparabantur*, id est ex prima brevi se-

cunda longa tertia et quarta brevi et tribus ultimis longis, *Bonus consulebatur.*

Ex iambo pentasyllabo, cujus secunda brevis sit, 51
prima et secunda et tertia longæ et quarta brevis et tribus ultimis longis, cujus exemplum supra.

CAP. IV. *Genera versuum.*

Epos, quod dactylicum dicitur, iambicum, trochaicum, anapæsticum, antispasticum, choriambicum, ionicum. Tonos, quod ad rhythmum tibicinum convenit. Nonum pæonicum dicitur.

CAP. V. *Poeticæ species Latinæ.*

Epos, sive dactylicum, epigramma, iambica, lyrica, tragœdia, satyra, prætextata comœdia, tabernaria, Atellana, Rhyntonica, mimi.

[a]ATILII FORTUNATIANI ARS.

PARS I.

CAP. I. *De carmine Sotadeo fragmentum.*

[c]PRIMUS spondeus, secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachus, sextus item tribrachus, ultimus spondeus: et quod magis mirum videri potest, totus Sotadeus numerus ex trochæis potest constare pedibus: et duo habet ithyphallica metra, et unum trochæum pedem, sic,

Bacche Bacche Bacche.

2 quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, ejusdem scilicet rationis, erit etiam mollior, sic,

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.

Nam ithyphallicum metrum sæpe recipit hunc tribrachum; ut etiam apud Menandrum in Phasmate et apud Callimachum in epigrammatibus ostendi potest.

3 Cujus exemplum [d]subjeci, quo notius sit eum cum sit sex syllabarum [e]adcrescere modo una syllaba modo duabus, per tribrachum scilicet pedem.

Huc [ee]*ades o Lyæe,*
Bassareu, bicornis,
[f]*Mænalie, bimater,*
Crine nitidus apte,
Luteis corymbis
Hedera te coronis
Hasta viridis [g]*armet,*
Placidus ades ad aras
Bacche Bacche Bacche.

[a] Altilii V. [b] *De carmine Sotadeo fragmentum* om. V. [c] *Primus spondeus* om. V. Med. [d] *subjeci*] *subjici* V. [e] *accrescere*] *adcrescere* V. qui mox addit *syllaba* post *una*. [ee] *ades o*] *o* om. Ald. Gramm. Inst. p. 385. ed. 1575. [f] *Mænalie*] *Mænale* vulg. *Nyctilie* Ald. [g] *arma et*] *armet* M. Victorin. II. 8, 19.

CAP. II. *De Archebuleo metro.*

[f]Archebuleus accepit nomen versus, non quod Archebulus eum invenerit, nam Stesichorus, antiquior illo poeta, et Ibycus et Pindarus et Simonides usi sunt eo, sed passim et promiscue; [g]Archebulus autem quia carmen ex hoc uno genere composuit, Archebuleum nominatum est. Origo ejus heroicus hexametrus est; exemplum, 2

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit [h]*herba.*

quem facies heroum hexametrum adjectis duabus syllabis, sic:

Nam tibi nascitur omne pecus; tibi crescit et herba.

Est autem hic versus anapæsticus; quia primus heroi hexametri dactylus syllabam amittit, reliquæ duæ breves jungunt se longæ insequenti, et deinceps ceteræ in eandem formulam veniunt. Nec [i]tantum heroo hexametro [k]se jungit hic versus, sed etiam post tres anapæstos accedit ad trimetrum. Nam possis eum sic componere, 3

Tibi crescit herba cœlitum testor genus.

Hic versus dactylicum [l]molle summa cum voluptate aurium [m]cludit; de quo cum res [n]coegerit, plura dicentur. Est autem pentametrus, ex anapæstis constat fere pedibus, recipit spondeos, [o]cluditur antibacchio. De ultima syllaba brevis an longa sit jam supervacuum est [p]admonere.

CAP. III. *De Hipponacteis.*

Nunc ad [q]Hipponactea veniamus. Cujus de tetra-

[f] *Archebuleus*] *Archibuleus* V. qui mox addit *et.* [g] *Archebuleus*] *Archebulus* V. [h] *herba*] *et herba* V. [i] tantum] *t*‾ V. [k] se . · . · hic] *se jungit hic* V. [l] *molle*] *melle* V. [m] *claudit*] *cluditur* V. [n] *coegerit*] *cogerit* V. [o] *clauditur*] *cluditur* V. [p] *admonere*] *monere* V. [q] *Hipponactica*] *Hipponactea* V.

metri [r]genere unius iambici, quia res exigebat, nos suo loco diximus. Hic auctor [s]trimetrum scazonta fecit, id est, claudicantem: cujus lex talis est, ut proxima ultimæ syllabæ utique sit longa, et pro iambo pede versus spondeo finiatur aut trochæo; quoniam nihil
2 interest, novissima syllaba brevis an longa sit. Cujus exemplum,

Sella in [t]curuli struma Nonius sedet;

ac pro *sedet*, *sedit*, erit scazon,

Sella in curuli struma Nonius sedit.

rursus permutatione verborum et hunc faciet iambicum, et illum scazonta,

Nec excitatur classico truci miles.

hoc autem ita fieri observabimus, si aut ultimi duo pedes ex [v]disyllabis absolutis verbis constabunt, aut quartus semipes posterior cum [w]insequente pede trisyllabum perficit verbum, tanquam *Nonius;* utique autem sextus pes perfectum habeat [x]disyllabum, tanquam
3 [y]*sedit, fecit, dixit.* Sed cum facile rectus iambicus admittat quinto loco spondeum, hic scazon pessimus erit, qui habuerit alium quinto loco quam iambicum; quo tamen sine religione usus est Hipponax. Ejus exemplum,

Nec excitatur classico miles rauco.

[z]Nam si feceris,

Nec excitatur classico pedes rauco.

probabilem facies choliambum, de quo plura alias.
4 Idem fecit Hipponax in scazonte quadrato quod in trimetro, cujus exemplum est,

[r] *genere unius iambici*] *unius iambice genere* V. [s] *trimetrum*] *struma trimetron* V. [t] *curuli struma Nonius sedet*] *curuli semina sedit Nonius* V. qui mox om. *ac pro sedet—iambicum.* [v] *syllabis*] *dissyllabis* V. [w] *sequente*] *sequente pede* V. [x] *disyllabum*] *dissyllabon* V. [y] *sedet*] *sedit* V. [z] *Nam si feceris*] *At si fecerit* V. Mox *choliambum* dedi pro *choriambum*.

[a]*Proh pudor sella in curuli struma Nonius sedit.*

Item aliter,

Hesitat nec excitatur classico [b]*truci miles.*

De quo plura dicere supervacuum est; cum omnia [c]quæcunque accidunt trimetro scazonti [d]huic quoque accidere possint.

CAP. IV. *De* [e]*hendecasyllabo Phalæcio.*

Venio nunc ad hendecasyllabum Phalæcium, qui ex simili causa, [f]ut plerique, a cultore suo, non inventore, nomen accepit. Nam hic versus apud Sappho frequens est; cujus in quinto libro complures hujus generis et continuati et dispersi leguntur. Hujus hendecasyllabi varia divisio est, et omnis aut ex se efficiens, aut ad aliquod pertinens metrum. Sed prima vulgaris 2
quidem illa divisio, quæ docet eum partem habere ex heroo, partem ex iambo, [g]cujus exemplum,

Castæ Pierides meæ Camœnæ.

ex heroo sic dividitur,

Castæ Pierides sonitum dedit ære canoro.

ex iambico sic,

Meæ Camœnæ cælitum [h]*testor genus.*

Altera divisio est, cujus feceram mentionem, cum de 3
epodo Callimachi dicerem, hoc exemplo,

Siccas ducite machinæ carinas.

Nam primi duo pedes reliquis quattuor adsumptis faciunt heroum, sic,

Siccas ducite remigio subcunte carinas.

Reliqua pars ithyphallicum facit,

Machinæ carinas.

Tertia divisio est, 4

[a] *Pro*] *Proh* V. [b] *miles truci*] *truci miles* V. [c] *quæ*] *quæcunque* V. [d] *huic quoque*] *quoque* om. V. [e] *hendecasyllabo phalæcio*] *endecasyllabo falecio* V. [f] *ut*] *aut* V. [g] *exemplum*] *cujus exemplum* V. [h] *testor*] *rector* V.

Castæ Pierides meæ Camœnæ.

Detracto enim *Camœnæ*, fit [i]Anacreonteon metrum, syllabarum octo, quod musici [k]bacchicon vocant, grammatici [l]choriambicon; qui duplex constat ex longa et duabus brevibus et longa, id est, ex choreo et iambo. Hoc metrum incrementum accipit, et totum ab [m]Alcæo tractum est ab Horatio nostro. [n]Nam quod est,

Castæ Pierides meæ,

[o]id est apud Horatium,

Intermissa Venus diu.

Demus illi incrementum, id est pro uno duos choriambos, fiet,

Intermissa diu [p]*missa diu Venus.*

et,

Castæ Pierides, Pierides meæ.

huic simile [q]erit,

Mœcenas atavis edite regibus,
O et præsidium et dulce decus meum.

6 Hic etenim qui disyllabo verbo absoluto finitur, si amiserit choriambum, erit illi metro par [r]cujus exemplum,

Castæ Pierides meæ.

fiet enim,

[s]*O et præsidium meum.*

rursus adcrescat choriambus, fiet,

Castæ Pierides Pierides meæ;

et,

O et præsidium et dulce decus meum;

et,

Intermissa Venus missa Venus diu.

[i] anacreontium] *anacreonteon* V. Med. [k] *bacchion*] *bacchicon* V. *bacchiacum* Mar. Victorin. IV. 1, 63. [l] *choriambon*] *choriambicon* V. [m] *altero*] *alceo* V. [n] *namquod*] *namque* V. Med. [o] *id est*] *idem* V. [p] *missa diu* om. V. [q] *erit* om. V. [r] *cui*] *cujus* V. Med. [s] *O præsidium*] *et præsidium* V.

[t]Demus etiam nunc illi unius choriambi incrementum, 7
fiet,

Castæ Pierides [v]*Pierides Pierides meæ.*

quale est illud apud Horatium, quod et ipsum ab [w]Alcæo sumpsit,

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi, quem tibi.

Hoc ipsum imminuendo paulatim tria hæc metra quæ 8
retuli manifestiora faciam,

Tu ne quæsieris quem mihi; quem tibi;

hoc par est illi,

Mæcenas atavis edite regibus.

Alterum detraham choriambum, fiet, 9

Tu ne quæsieris tibi;

hoc par est illi,

Intermissa Venus diu;

et,

Castæ Pierides meæ.

Ex hac divisione et Priapeus nascitur versus. Cujus 10
exemplum apud Catullum,

Hunc lucum tibi [x]*dedico consecroque Priape.*

Nam cum in duo commata hic versus dividatur, superius comma octo syllabarum, et insequens septem, diminuta superioris commatis parte; ut si facias,

Mater sæva Cupidinum: mater sæva Cupido.

Sed adeo totus hic ex heroo venit hexametro, ut et 11
apud Homerum nullo immutato verbo complures inveniantur Priapei, et apud Virgilium, quorum unum in præsentia posuimus, qui forte succurrit, credo et [y]alios inveniri posse complures:

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

quod apparet ita esse, quoniam ita hujus versus exigit natura, ut inter duo commata exiguam pronunciando interponas moram. Nam, 12

[t] *demus*] *demum* V. [v] *Pierides* semel V. [w] altero] *alceo* V.
[x] *consecro dedicoque*] *dedico consecroque* V. [y] *alios*] *alio* V.

Cui non dictus Hylas puer,

par est huic,

Hunc lucum tibi dedico.

sequens autem comma,

Et Latonia Delos,

huic,

Consecroque Priape.

Non ignoro autem variari primas et secundas syllabas utriusque in [z]Priapeo commatis, ut modo ab iambo incipiat, modo ab trochæo; tanquam,

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

et,

[a]*Libens hoc tibi dedico, libens sancte Priape.*

13 Nam et hendecasyllabus, quem Phalæcium vocamus, apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondeo, alias ab iambico, alias a trochæo; ut apud [b]Catullum, hendecasyllabus a spondeo,

Passer deliciæ meæ puellæ.

a trochæo,

Arido modo pumice expolitum.

ab iambo,

Meas esse aliquid putare nugas.

quæ omnia genera hendecasyllabi Catullus, et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus, non tanquam vitiosa vitavit, sed tanquam legitima inseruit. Ex quibus quoniam Priapeus nascitur, necesse est easdem habeat varietates.

14 Quarta divisio est hendecasyllabi talis,

Castæ quas veneramur [bb]*o sorores.*

Nam [c]priore commate Callimachus in epigrammati-

[z] *Priapeio*] *Priapeo* V. Tum vulg. *commate.* [a] *et Libens—Priape* om. V. [b] *Catullum*] Addit V. *Endecasyllabus a spondeo. Passer delicie mee puelle, a trocheo.* [bb] *o* inserui cum Santenio ad Terent. Maur. p. 373. [c] *proprio*] *priore* V. et sic corr. Santenius, Necnon *poëmatibus* pro *epigrammatibus.* Mox dedi *pars* pro *par.*

bus usus est, et Bacchylides in carminibus, et alii. Heroi autem dactylici pars est hoc modo,

Castæ quas veneramur Olympia templa tenentes.

Quinta divisio est hendecasyllabi, hoc exemplo, 15

Castæ Pierides novem sorores.

Nam secundum primum spondeum insertus huic hendecasyllabo anapæstus ionicum Sotadeum facit; sic,

Castæ dociles Pierides novem sorores.

Ex quo non est mirandum quod Varro in Cynodidascalico [d]Phalæcion metrum ionicum trimetrum appellat, quidam ionicum minorem.

Sexta divisio est hoc exemplo, 16

Cui dono lepidum novum libellum,

Par est enim priori *Cui dono*, [e]quod accidit heroo metro sic,

Cui dono titulum Trojæ qui primus ab oris.

Reliqua pars hendecasyllabi,

Lepidum novum libellum,

[f]Anacreonteon facit metron, octo syllabarum iambicum ab anapæsto incipiens, quale est illud apud Lepidum,

Mea Vatiena amabo.

Ex hoc nascitur [g]Galliambus repetito hoc metro, sed 17 una syllaba detracta ut habeat semipedem clausulam, quale est hoc,

Mea Vatiena amabo: [h]Mea Vatiena ama.

Et illud similiter:

Lepidum novum libellum: lepidus novus liber.

Huic pares sunt apud Mæcenatem:

Ades, inquit, o Cybele, fera montium Dea,
Ades, et sonante tympano quate flexibile caput.

[d] *Phalæcion*] *falecium* V. [e] *quod accidit*] *que accedit* V. [f] *Anacreonteium*] *Anacreonteum* V. *Anacreontæon* Med. [g] *Galliambus*] *Galiambus* V. et sic ubique. [h] *mea*] *ut faciat, mea Vatiena amabo* V.

18 Sed quoniam hic versus, quod [i]Matri sacer est Idææ, vibrare videatur, proximum ab ultimo pedem brachysyllabon fecerunt et [k]Græci, et hic ipse Mæcenas, iis quos modo retuli proximum, sic,

Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

Et Catullus,

Phrygium nemus ci(ta)to cupide (pede) tetigit.

Et [l]ille alterius auctoris,

O qui chelyn canoram plectro regit Italo:

ut si facias illud ex [m]Lepidiano metro ad hanc legem,

Mea Vatiena amabo, mea cura, mea Venus,

Catullus in [n]Anacreonteo,

Ades inquit o Cybele.

19 Potest adhuc fieri crispior, si pro uno iambo [o]brachysyllabum posuerimus in hunc modum,

Mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.

Hic versus habet primum pedem anapæstum, secundum sæpe iambum, nonnunquam [p]tribrachyn, tertium iambum, semipedem accipit medium, quia ex duobus commatibus constat: sequens comma accipit pariambum, trochæum brachysyllabum, semipede
20 cluditur. Si quis autem quæsierit, quid ita, quum sit Galliambicus versus, iambici quoque nomen acceperit? hoc versu, qui est apud Mæcenatem, lecto, intelleget eum ex iambico quoque nasci,

Hic nympha cingit omnis Acheloum senem.

[q]Adjice syllabam Acheloo, fiet Galliambicus sic,

Hic nympha cingit omnis Acheloium senem.

21 Esse autem huic metro cognationem cum Sotadeo cognoscamus hinc licet, quia facta translatione modica, et Sotadeus qui fuit transit in Galliambum, et

[i] *matri sacer est Ideæ ut vibrare*] *Quod matris aver ẽ dee vibrare* V. [k] *et Græci*] *ut Græci* V. [l] *illud*] *ille* V. et mox *chelym* pro *chelyn*. [m] *Lepidiano*] *leviano* V. [n] *Anacreonteio*] *Anacreonteo* V. [o] *brachysyllabum*] *brachysyllabum posuerimus* V. [p] *tribrachyn*] *tribrachum* V. [q] *Adjice*] *adice* V. et mox *fit* pro *fiet*.

eodem modo Galliambus in Sotadeum. Ex Galliambo in Sotadeum, hinc,

[r] *Phrygium nemus citato cupide pede tetigit.*
Phrygium cupide pede tetigit nemus citato.

Contra;

Galli timidi semianimes tergora versant.
Galli tergora versant [s] *timidi semianimes.*

Septima divisio hendecasyllabi talis est, 22

Vivis, ludis, habes, amas, amaris.

Nam quattuor [t] syllabis prioribus detractis, quæ accedere heroo incipienti cuilibet, relinquitur,

Habes, amas, amaris.

Nam quattuor syllabis prioribus [u] Anacreonteo metro quod est syllabarum septem, constat ex tribus iambis et semipede. Particula est posterior Hipponactei ver- 23 sus iambici quadrati, quem dixi a comicis antiquis et Latinis et Græcis interponi frequentissime sic,

Quid mœstus incedis Micon? habes, amas, amaris.

Puto me satis diligenter persequutum hendecasyllabi singulos articulos, ut ostenderem cum quot metris ei quædam necessitudo contingeret.

CAP. V. *De Philicio metro.*

[v] Philicius versus ex duplici pede constat, quem [w] Bacchicon musici, choriambicon grammatici vocant. Habet longam et duas breves et [x] longam, id est trochæum et iambum. Hoc autem [y] Philicius conscripsit hymnos Cereri et [yy] Liberæ, tali genere metri, quod [z] scilicet est acri salis (?) et arcanæ deorum venerationi

[r] *Hinc Phrygum nemus citato cupide pede tetigit*] *hinc phrygium nemus citato cupide pede tetigit phrygium cupide tetigit nemus citato* V. [s] *timide*] *timidi* V. [t] *syllabis*] *syllabis prioribus* V. [u] *Anacreonteio*] *Anacreonteo* V. *panacreontæo* Med. [v] Phalæcius] Philiscius Santenius ad Terent. Maur. p. 325. Emendavi titulum qui erat *de Phalæcio*. [w] *Bacchion*] *Bacchicon* V. quomodo reponit Santenius ad Terent. Maur. p. 325. [x] *longam*] *longum* V. [y] *Phalæcus*] *Philicius* V. et sic semper. [yy] *Libero*] *Liberæ* Salmasius ad Simm. p. 185. [z] *scilicet est .....*] *scilicet est acri salis et arcane* V.

credidit [a]convenire. Apud nostros hoc metrum non reperio. Exemplum ejus tale est,

Frugiferæ sacra deæ quæ colitis mystica junctæque Jovi nefasto.

Hunc hexametrum ex numero bacchio composuit Philicius, quo usus est etiam Archebulus; de quo auctore supra retuli; clusit autem [b]antibacchio. Numerus hic frequens est apud lyricos; et præcipue apud Alcæum, Sappho, Anacreonta. Nascitur tamen et hic ab heroo, [c]nam si dactylo primo, qui constat ex longa et duabus brevibus, [d]junxeris sequentis dactyli, vel spondei, syllabam primam, facies choriambum, hoc modo, *Arma virum;* ex sequenti versu *Italiam.* Ad summam pentametrum heroum, qui habet dactylos primos duos, adjectis duabus syllabis longis facies [e]choriambicum, velut hunc,

Unde meus veniat mollis in ora liber.

Velut [f]hunc ex heroo pentametro sic:

Unde meus veniat mollis [g]*in hæc ora liber.*

Et,

Dum meus assiduo luceat igne [h]*focus.*

Cap. VI. *De Pæonico metro.*

Pæonicus versus quadratus ab Aristophane comico compositus est ex eo pæone, qui constat longa syllaba et tribus brevibus, cluditur autem cretico, qui et ipse constat ejusdem generis, et temporum totidem quo ille, una parcior syllaba sit, nisi fluat eodem numero rhythmos non metrum fiet, hujus exemplum,

Egregia percoluit ingenia musici carminis.
More tenet ingenium, sic [i]*Tyberis implacidus in maria labitur.*

[a] *convenire* cum V. posui post *credidit.* [b] *antibacchio*] *antibacheo* V. [c] *nam si*] *quasi* V. [d] *junxeris*] *si junxeris* V. [e] *choriambicum*] *choriambicum iambicum* V. [f] *hunc*] *huc* V. [g] *in hæc*] *hæc* om. V. [h] *focus*] Addit V. *Dum meus assiduo luceat hoc igne focus.* [i] *Tyberis*] *Tiberis* V.

CAP. VII. *De* [k]*proceleusmatico.*

Proceleusmaticus constat ex duobus pariambis, id est quattuor brevibus syllabis, cujus exemplum et in pedum demonstratione posui, et nunc referam:

Sede tibi [l] *Bromie devoto pede* [m] *mulier:*
Pecora rapida caper agitat. Humi
Caput inanime tepet avida neque manus.

Habet hic versus proceleusmaticos tres, quartum pariambum, semipede cluditur: ita ut detracta proceleusmatico syllaba, in tribrachym cadat et insistat, ne (ut dixi) numerus [n] sit, non metrum.

CAP. VIII. *De Saturnio versu.*

De Saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicæ regionis, sed falluntur. A Græcis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis; nostri autem antiqui, (ut vere dicam, quod apparet,) usi sunt eo non observata lege, nec uno genere [o] custodito inter se versus: sed præterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Nævium quos pro exemplo ponerem. Apud Euripidem et [p] Callimachum inveni tale [2] genus,

Turdis edacibus dolos comparas amice.

[k] *Proceleusmatico*] *Proceleumatico* V. Med. [l] *bromie devoto*] *bromiadea* V. [m] *mulier*] *mulier modo* V. Santenius ad Terent. Maur. p. 111. *Sedet ibi, Bromie, terete pede mulier.* [n] *sit*] Addit V. *non metrum.* [o] *custodito inter se versus: sed præterquam quod durissimos*] *custodita inter se consentiant versus sed præter q. durissimos* V. [p] *Callimachum*] Addit V. *et quosdam antique comœdie scriptores.* De h. l. v. Santen. ad Terent. Maur. p. 353.

Cap. 7. Pecora] Excidit pyrrhichius: tentabam *Pecora, pede rapida.* Alia ratione pro *agitat* Boltius *arietat.* Conf. Schol. Hephæst. p. 29, 7. SANTEN. Ter. Maur. p. 112.

Apud Archilochum tale,

Quem non rationis egentem vicit [q]*Archimedes.*

Et tertium genus,

Consulto producit eum quo sit impudentior.

Apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, victoriæque suæ titulum Saturniis versibus prosequebantur, talia rep-
3 peri exempla. Ex [r]Regilli tabula,

Duello magno dirimendo, regibus subigendis.

Qui est subsimilis ei quem paulo ante posui,

Consulto producit eum quo sit impudentior.

In [s]Accilii Glabrionis tabula,

Fundit fugat prosternit maximas legiones.

Apud Nævium poetam hos repperi idoneos,

Ferunt [t]*pulchras pateras aureas lepistas.*

Et alio loco,

[u]*Novem Jovis concordes filiæ sorores.*

Sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi, et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Nævio, [w]aliquoties ab eo versu lacessiti,

[x]*Malum dabunt Metelli Nævio poetæ.*

4 Hic enim Saturnius constat ex Hipponactei quadrati iambici posteriore commate, et [y]phallico metro. Hipponactei quadrati exemplum:

Quid immerentibus noces? quid invides amicis?

Nam,

Malum dabunt Metelli,

simile est illi:

Quid invides amicis?

[q] *Archimenes*] *Archimedes* V. [r] *Regili*] *Regilli* V. [s] *Accilii*] *Achilii* V. detrito *h*. Mox mutato vv. ordine *nevium poëtam*. [t] *pulchras p. aureas lepidas*] *pulchros p. æreas lepistas* V. Vid. Santenius ad Terent. Maur. p. 355. [v] *Novem*] *navem* V. [w] *aliquoties*] *aliquotiens* V. [x] *Malum*] *Malis* V. [y] *phallico*] vulg. *phalecio.*

Cui detracta syllaba prima facit [y]phallicon metrum:

Invides amicis.

ex quibus compositus est hic Saturnius, ut sit par huic:

Quid invides amicis? Invides amicis.

hoc modo:

Malum dabunt Metelli Nævio poetæ.

CAP. IX. *De reliquis Horatii metris.*

Nunc reliqua metra Horatii, quæ nondum attigi, prosequi volo.

Jam satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit pater, et rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem.

Hendecasyllabus Sapphicus fiet Phalæcius immutato ordine,

Vile potabis modicis Sabinum.

Hoc metrum tricola habet paria, [z]quartam brevem clausulam, sumptum est ab Alcæo. Sappho quoque frequenter eo utitur. Monostropha vocantur hæc carmina, quia ad primam strophen cetera respondent, nullo interveniente epodo, [a]qui a prima strophe differat, faciat eam, quam musici et [b]grammatici ..... denominant. Composita autem cola hujus carminis sin- 3
gula ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex [c]Archilocheo quadrato nascitur, sic,

Jam satis terris, magisque genibus hærebo tuis.

Hoc enim par est huic, nam ita est,

Magis magisque genibus hærebo tuis.

Sequens comma trimetri iambici primam habet partem, componitur sic,

[y] *Phalæcion*] *Phalecon* V. *Phallicum* uti supra rep. Santen. ad Ter. Maur. p. 359. [z] *quartam*] *quantam* V. [a] *quæ prima strophe differre faciat*] *q. a prima strophe differat, faciat* V. [b] grammatici ....] *grammatici tria* V. [c] *Archilochio*] *Archilocheo* V.

Nivis atque diræ genibus hærebo tuis:

ut sit par huic,

Magis magisque genibus hærebo tuis.

4 Clausula strophes hujus hæc est,

Terruit urbem;

quæ nascitur ab heroo hexametro, sic,

Arma virumque cano Trojæ qui terruit urbem.

nam *primus ab oris*, pro qua hanc clausulam posui, par est huic, non tantum numero, sed etiam pedibus.

5 Constat enim ex dactylo et spondeo, quæ clausulæ et per se repetitæ et inter se junctæ anapæsticon metron efficiunt, sic:

Terruit urbem: primus ab oris:
Inclyte parva [c]*prædite patria.*
Terruit urbem primus ab oris,
Nomine celebri claroque potens.

6 Alterum carmen:

Quis multa gracilis te puer in rosa,
Perfusus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha sub antro,
Cui flavam religas comam.

Prima duo cola paria sunt,

Mæcenas atavis edite regibus;

duo commata, quæ subsequuntur, Priapei sunt versus, ut jam docui, sed præpostere posita, [d]quorum ordo hic est:

Cui flavam religas comam grato Pyrrha sub antro.
Hunc lucum tibi dedico, [e]*consecroque Priape.*

7 [f]Tertium genus carminis est,

Vides ut alta stet nive candidum
Soracte, nec jam sustineant onus

[c] *p̃ditæ patina* Med. *consecro commendoque* V. [d] *quorum*] *quarum* V. [e] *consecroque*] *endecasyllabo calceico* V. [f] *De hendecasyllabo Phalæcio*] *De endecasyllabo Phalæcio* V.

Silvæ laborantes geluque
Flumina constiterint acuto.

Primum et secundum colon paria sunt. Constant sin- 8
gula ex duobus commatibus, quorum [g]quod antecedit ex trimetro iambico sumptum est, et cum eo compositum, sic,

Vides ut alta genibus hærebo tuis.

Sequitur comma,

Stet nive candidum

[h]ex hemistichio pentametri heroi delibata syllaba compositum est, reddita enim syllaba fit [i]tale,

Stet nive candidum.

Potest etiam videri pars metri illius extrema, quod est 9
tale,

Mœcenas atavis edite regibus;

de quo jam disputavimus: ut hoc ita cum illo jungatur,

Mœcenas atavis, stet nive candidum

constat enim hoc comma ex [k]choriambo, quem faciunt juncti trochæus et iambus, et iambo. Ita facile con- 10
venit et cum choriambo metro, quod [l]Musici bacchion vocant; quale est,

Mœcenas atavis edite regibus.

Sed qui altius hæc non [m]perspexerunt grammatici, hoc putant metrum decurtato pentametro factum, ut reddita syllaba fiat pentametrum tale,

Mœcenas atavis edite remigibus.

[n]Itemque versum illum, 11

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni;

non ex duobus metris compositum putant, ut cum de Archilocho loquebar ostendi, qui tetrametro heroo

[g] *quod*] V. addit *antecedit.* [h] *ex*] *et* V. Med. [i] *talis*] *tale* V.
[k] *choriambo*] *choriambico* V. [l] *Musici bacchion*] *bacchion musici* V.
[m] *perspexerunt*] *prospexerunt* V. [n] *item*] *itemque* V.

[o]phallicum metrum junxit, sed hexametrum majo-
12 rem syllaba vocant. Tertium colon

Sylvæ laborantes geluque,

ex trimetro iambico [p]factum est detractis ei tribus syllabis: adjice enim ei rursus tres syllabas, id est semipedem longam et iambum, fiet [q]trimetrus;

Sylvæ laborantes geluque frigido.

Rursus detrahe syllabam huic colo [r]ultimam, fiet,

Sylvæ laborantes gelu;

qui est epodus ex trimetro, par illi,

Altas maritat populos.

Nam quemadmodum si adjeceris idem nomen, erit probabilis trimetrus,

Sylvæ laborantes gelu Simonides.

13 Quartum colon est,

Flumina constiterint acuto.

Hæc clausula hujus strophes facta est ex tetrametro epodo, cujus auctor Archilochus. Exemplum subjeci,

Aut Ephesum bimarisve Corinthi.

sic,

Flumina [s]constiterint et acuto.

14 Nam sive præposueris duos dactylos pedes sive subjeceris, hexametrus herous est: præpositis pedibus, sic,

[t]*Præcipitataque flumina constiterint et acuto,*

subjectis pedibus, sic,

Flumina constiterint et acuto frigoris ictu.

sed detrahitur epodo syllaba, ut fiat conveniens clausula, sic,

Flumina constiterint acuto.

15 [v]Archebuleo quoque metro si detraxeris primum pedem, qui est anapæstus aut spondeus, et proximas ei duas

o *phalæcium*] *phalæcum* V. p *est*] *factum* V. q *trimetrus*] *tibi metrus* V. r *ultimam*] *ultima* V. s *constiterint*] *constiterunt et* V. t *præcipitatque*] *præcipitaque* V. Med. v *Archibulio*] *Archebuleo* V.

breves, id est semipedem, reliquum erit par huic clausulæ. Sic autem divides,

Neque nubila | [w]*Nec veteres agitantur orni.*

par est huic,

Flumina constiterint acuto.

Hoc quoque carminis genus ab Alcæo lyricus noster accepit.

Quartum [x]metrum est Horatii de quo nihil adhuc 16
diximus:

Lydia dic per omnes
Te deos oro Sybarim cur properas amando.

Quod [x]metrum et ipse Horatius ignorando quale esset, laboriosa observatione semel omnino facere conatus est, et in eo tamen parum decenter erravit. Nam fecit illud asperius, uno immutato pede. [z]Quod si scisset 17
choriambicum esse et habere clausulas certas, non [a]in illam salebram incidisset. Nam primum comma ex choriambo et antibacchio compositum est,

Lydia dic per omnes.

Secundum colum, quod est longius, tres habet choriambos et unum antibacchium, scilicet clausulæ gratia, quod [x]metrum Alcæus sic ordinavit, homo in musicis [b]exercitatissimus, at Horatius primum choriambum durissimum fecit, pro iambo spondeum [c]infarciendo, sic,

[d]*Hoc deos oro Sybarim.*

nam si secutus esset Alcæum, sic ordinasset,

Hoc dea vere.

Error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseveraverit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando.

[w] *Nec*] *Neque* V. [x] *metrum*] *metron* V. [z] *quod—choriambicum*] *quo—choriambicon* V. [a] *in illam*] *in* om. V. [b] *exercitatissimus*] *excitatissimus* V. [c] *infarciendo*] *infulciendo* V. [d] *Te*] *Hoc* V.

18 Restat unum genus carminis de quo nihil adhuc diximus,

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Et hoc sumptum ab Alcæo, et ab illo tractatum fre-
19 quenter, et ab Horatio semel omnino compositum. Est autem iambicum, et primum quidem comma cum trimetro versu junge, sic,

Beatus ille non ebur neque aureum.

insequens autem metrum Archilochium iambicon curtum habet, cujus exemplum,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

et hoc,

Mea renidet in domo lacunar.

20 Omnia me metra Horatiana persecutum existimo. Illud in totum naturam metrorum cognoscere volentes possum admonere, etiamsi non omnia comprehendi quæcunque apud [e]Græcos poëtas possunt inveniri metra, [f]quæ sunt apud lyricos, tragicos, et comicos innumerabiles figuræ compositionum, tantum me tamen hoc libro consecutum, quem [g]paucis diebus composui et memoria tantummodo adjuvante, ut quodcunque metrum novum aliquis se [h]invenisse judicarit, ad hæc quæ [i]enumeravi utique referatur; cum omnia metra varientur, aut adjectione, aut [k]detractione, aut concinna-
21 tione, aut permutatione. Esse alias species non ignoro, sed hæc sunt præstantissimæ. Adjectione ita,

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

accessit enim heroo metro syllaba, quæ versum faceret longiorem. Detractione, tanquam,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

[e] *Græcos*] *Græcos poetas* V. [f] *quomodo*] *quæ* V. *quō* Med. [g] *paucis*] *et paucis* V. [h] *invenire*] *invenisse* V. [i] *enumeravi*] *enumeri* V. [k] *detractione*] *detractionem* V.

Detracta enim trimetro syllaba fecit illum minorem. Concinnatione, tanquam, 22

Jam satis terris nivis atque diræ.

pars enim tetrametri prior cum priore trimetri parte commissa est. Permutatione, tanquam,

Occasionem de die dumque virent genua.

Nam cum Archilochus heroi partem priorem cum 23
iambici priore parte [l]commiserit, ita ut antecederet [m]heroum in hunc modum,

Scribere versiculos amore percussum gravi ;

Horatius immutavit, ut antecederet iambici pars, sequeretur heroi, sic,

[n]*Occasionem de die dumque virent genua.*

et cum ex Galliambo [o]Sotadeus fiat, ex Sotadeo Galliambus ; ut jam demonstravi.

Habet [p]autem metrorum contemplatio, si exercitatio 24
accessit, in cognoscendo voluptatem, cum et quæcunque dicuntur metra celeriter intelligamus unde sint, et qua ratione composita, et multa ipsi excogitare possimus. Nam si loculus ille Archimedius quattuordecim eboreas 25
lamellas, quarum [q]anguli varii sunt, in quadratam formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo [r]sicam, alias columnam, alias navem figurat, et innumerabiles efficit species, solebatque [s]nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam [t]plurimum prodesse : quanto majorem potest nobis afferre voluptatem, quantoque pleniorem utilitatem, carmina inter manus habentibus, metrorum varia tractatio, cum subinde apud poetas ea quæ fallunt imperitos metra inserta numeris et intermixta carminibus

[l] *composuerit*] *commiserit* V. [m] *heroum*] *herous* V. [n] *Occasionem de die dumque virent genua*] *amore percussum gravi scribere versiculos* V. om. Med. [o] *Sotadeus fiat*] *spondeus fit* V. [p] *enim*] *autem* V. [q] *anguli varii*] *varii singuli* V. [r] *sicam*] *suam* V. [s] *nobis*] *nobis nobis* V. [t] *plurimum prodesse*] *prodesse plurimum* V. Mox *quanto* bis. pro *quando*.

hac parte deprehendemus, de quibus in his libris explicabimus, quos de melicis poetis et de tragicis choris scripturi videmur: quibus necesse erit etiam Græca interponere exempla; quod ne faceremus in hoc libro elaboravimus. Nam si volumus de omni ratione carminum dicere, necesse est ad eorum copias manum porrigamus: qui cum essent non tantum poetæ perfectissimi, sed etiam musici, sine magno labore præparatis utebantur facultatibus.

PARS II.

Præfatio.

Etsi scio te omni studio atque virtute in hoc maxime laborare, ut oratorem te perfici velis, et hoc unum in animo revolvere, quo avo et quo patre sis natus, dies noctesque insistere, ut eloquentia [t]senatoriam cumules dignitatem: (quid enim pulchrius [v]disertissimo prætore? aut quid sublimius eloquentissimo consule?) tamen arbitror ab illa [w]virtutum omnium via aliquando in diverticula flectendum, discendumque esse præterea aliquid, pedetentim tamen, et tantum, quantum oratorem et non valeat avocare, et possit ornare. Cogita enim [x]te de omnibus bonis artibus judicaturum, et quanto dignitate omnes homines [y]anteieris, tanto scientia debere præstare. Accipe igitur Horatiana metra quæ sæpius flagitasti. Nam quid refert hunc poetam imitari, tenere, diligere, si non omnes virtutes ejus penitus cognoveris? Quare necessario altius [z]et ab ovo

[t] *senatoriam*] Vulgo *senatorum*. [v] *diserto*] *disertissimo* V. [w] *virtutum*] *virtutum omnium* V. qui mox addit *in diverticula* post *aliquando*. [x] *te*] *ex* V. [y] *anteieris*] *anteire* V. Med. [z] *et ab ovo*] *altius et a vivo in* V. *et a vivo* Med.

(quod aiunt) repetenda res est, ut de metris ipsis principalibus ante [a]percurram, quo magis hæc, quibus intendimus, in aperto esse possint. Sed (ut ille ait) carptim utique, quæ memoria digna videbantur, [b]de multis auctoribus excerpta perscripsi. Quod si omnia velis cognoscere et nomina et genera metrorum, quom tibi ab oratoria otium fuerit, veteres [c]legemus, id est, ut ait Lucilius, [d]*archetypa, unde hæc sunt omnia nata.*

CAP. I. [e]*De litteris vocalibus.*

Igitur [f]ut a certo initio auspicemur, de litteris vocalibus pauca dicam, simul ne onerare te [g]videar, quom artem grammaticam et intellexeris apud me, et memoriæ mandaveris diligenter, præsertim quom satis meminerim me tibi omnem summam metrorum brevitate pollicitum. Ergo omissis omnibus quæ jam no- 2
sti, [h]admonendus es, omnes vocales nostras dichronas esse, et produci et corripi: apud Græcos enim accepisti separari natura longas, natura breves, et dichronas.

CAP. II. [i]*De consonantibus.*

De consonantibus hoc velim te diligenter tenere, esse apud nos quædam elementa quæ minus virium habeant, et sic in pronuntiatione (ut ita dixerim) liquescant atque solvantur, [j]ut sunt *l m n r*; hæc Græci hygra [k]appellant, nec forte versum illum contra rationem putes factum,

At regina gravi jamdudum saucia cura,

nam [l]in illo pede qui est *gina gra*, *g* littera consonantis vim tenet, *r* pro nulla habetur, et hygra accipi debet

[a] *percurram*] *præcurram* V. [b] *e multis*] *de multis* V. v. Sallust. Cat. c. 4. [c] *lege*] *legemus* V. [d] *archetypa*] *archeotypa* V. [e] Titulum *De litteris vocalibus* addit V. [f] *ut* om. V. [g] *videam*] *videar* V. [h] *admonemus*] *admonendus es* V. Mox *separatim* Med. [i] *De consonantibus.* Hunc titulum addit V. [j] *ut sunt*] *ut positione longam facere non possint sunt* V. [k] *appellant*] V. addit λ μ ν ρ. [l] *in*] *de* V.

in secundo loco posita, id est, cum alia consonantis vocali priori præcedit. [m]Ceterum si aliqua harum primum locum teneat, id est prope vocalem, [n]sic ut consonans accipi debet, item cum metri necessitas exigit, consonantes habentur.

Cap. III. *De syllabis.*

Syllaba est litterarum consensus per vocalem vel vocales comprehensus. Aliquando tamen unam vocalem pro syllaba positam abusive syllabam vocamus, syllaba enim a Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ [o]συλλαμβάνειν τὰ γράμματα. Syllabæ aut breves sunt aut longæ. Breves efficit correpta vocalis: longæ autem duobus modis
2 fiunt, aut natura, aut positione. [p]Natura, cum vocalis extenditur: positione fiunt modis sex, cum aut duæ consonantes in eadem syllaba vocalem sequuntur, [q]ut *ars:* aut in duas syllabas separatæ, ut *arcus:* aut cum duplex littera in eadem syllaba est, ut *nux:* aut in sequenti, ut *axis:* aut cum sequitur *i* vel *v* loco consonantium posita, præcedente alia consonante, ut,

Cum Juno æternum servans sub pectore vulnus,

et,

O nimium virgo nimium crudele [r]luisti
Supplicium.

Brevis syllaba tempus unum habet: longa, sive natura, sive positione fuerit, duo.

Cap. IV. *De pedibus.*

Pedes simplices [s]fiunt duabus vel tribus syllabis, a sublatione in depositionem certis temporibus terminatis, paucissimis duobus, plurimis sex. Sunt autem hi universi pedes duodecim. Ex his disyllabi, pyrrhichius ex duabus brevibus, spondeus ex duabus longis,

[m] *ceterum*] *verum* V. [n] *sic ut*] *sit* V. *ut* om. Med. [o] τὰ γράμματα] τα στοιχια V. [p] *natura*] *nam* V. [q] *ut* om. V. [r] *uti*] *uti* V. suprascripto *luisti.* [s] *fiunt*] *sunt* V.

iambus ex brevi et longa, trochæus, quem quidam chorion appellant, ex longa et brevi. Et trisyllabi octo: dactylus, ex longa et duabus [t]brevibus, anapæstus ex duabus brevibus et longa, creticus ex longa [v]et brevi et longa, amphibrachys ex brevi [w]et longa et brevi, antibacchius ex brevi et duabus longis, bacchius ex duabus longis et brevi, molossus ex tribus longis, tribrachys ex tribus brevibus. Igitur simplices 2
duplicati faciunt compositos pedes sex, qui sunt hi: ex spondeo et pyrrhichio ionicus ἀπὸ μείζονος, ex pyrrhichio et spondeo ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος, ex chorio et iambo choriambus, ex iambo et chorio antispastus, ex trochæo et pyrrhichio [y]pæon primus, ex iambo et pyrrhichio [z]pæon δεύτερος, [a]ex pyrrhichio et trochæo pæon τρίτος, ex pyrrhichio et iambo pæon τέταρτος, ex duobus trochæis ditrochæus, ex duobus iambis diiambus, ex duobus spondeis dispondeus, ex duobus pyrrhichiis proceleusmaticus, ex iambo et spondeo [b]epitritus primus, ex trochæo et spondeo epitritus secundus, ex spondeo et iambo epitritus tertius, ex spondeo et trochæo epitritus quartus.

Ergo cum unus pes simplex bis positus compositum 3
pedem fecerit, Græce συζυγία, Latine *conjugatio* dicitur. Hæc autem cum duos pedes similes jungit [c]*tautopodia*, cum diversos *dipodia* appellatur. Hi sunt qui in usum excepto dactylo omnium carminum veniunt, qui gressibus [d]alternatis quasi incedunt, per versus moventur. Hic est motus et ingressio, quam Græci *basin*

[t] *brevibus* om. V. [v] *brevi*] *et brevi* V. [w] *longa*] *et longa* V. [x] Ordinem periodorum mutavi cum V. [y] *pæon primus*] *pæon* πρωτος V. [z] *discolius*] pæon δευτερος V. [a] *ex pyrrhichio pæon* τριτος, *ex pyrrhichio et iambo pæon* τεταρτος *ex duobus trochæis ditrochæus, ex duobus iambis* διπλους *iambus* V. pro *Ex pyrrhichio . . . iambo ex duobus trochæis . . . ex pyrrhichio et . . . ex duobus iambis diiambus.* [b] *epitritos primus*] *epitritus* δευτερος V. [c] *tautopodia*] *cautopodia* V. [d] *alternatis*] *alternati* V.

4 appellant. De sublatione [e]constant et positione [f]quæ arsis et thesis dicitur, [g]*Arma vi, ar* sublatio est temporum duum, *ma vi* depositio temporum duum. Pedes qui ex utraque parte paria tempora habent [h]ἄρτιοι et ἴσοι, [i]qui inæqualia πέρισσοι et πάρισοι appellantur. Depositio est, qua [j]perspicitur qua specie metrum finia-
5 tur. Depositionis genera sunt quattuor: aut enim [k]acatalectum est, quando plenum metrum sive versus est: aut catalecticum, quando syllaba deest: aut brachycatalectum, quando pes deest: aut (hypercatalectum) quando pes et syllaba deest. (Acatalectum) est ut,

Avete fontes cæruli,

duo enim pedes integri integrum metrum dederunt; (catalecticum) ut,

Qui sic manus tenellis,

syllaba deest quo minus dimetron sit. (Hypercatalectum) ut,

Vallis per imas,

6 pes et syllaba deest, quo minus dimetron sit. Has omnes species inveniemus in his metris, [l]quæ per συζυγίας basin, id est ingressionem, habent. In dactylico vero, cui nec pes nec syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum ejus simplicibus pedibus [m]basis constet, non nisi acatalectum invenire poterimus: ideo autem dactylica sola simplicibus pedibus [n]ingrediuntur, quoniam dactylus et spondeus æqualitatem temporum

[e] *constant*] *constat* V. [f] *q arsis et*] *que et* V. Med. [g] *Arma*] *est arma* V. [h] aptioletici] Vossius apud Santen. ad Terent. Maur. p. 92. Ἀρτιοληκτικοὶ et mox πάρισοι. [i] *qui inequalia perissi et paricoi*] *quo inequalia pepissos et paricos* V. [j] *perspicitur*] *prospicitur* V. [k] *ἀκατάληπτον est quandum plenum metrum sive versus est. aut καταληκτικον est ut avete fontes cæruli. duo enim pedes integri integrum metrum dederunt καταληκτικὸν ut qui manus tenellis deest quo minus dimetrum sit ypercatalecton vallis per imas pes est syllaba deest quominus dimetron sit. Has* &c. [l] *que per συζυγιας ingressionem habent* V. [m] *basis constet non nisi acatalectum invenire* V. [n] *ingrediuntur*] *ingredimur* V.

habent, [o]alii autem per syzygias diversæ potestatis pedibus constant.

CAP. V. [p]*De metro.*

Metron est conceptio certis et legitimis pedibus expedita: dicitur autem et unus pes metron, unde hexametron versum appellamus, et una syzygia, unde iambicum sive quem alium ex conjugationibus constantem trimetrum dicimus. Similiter et versum unum, unde trochaicum metrum dico, et paginam metra habere decem cum versus ejus numero. Unam quoque syllabam metron dixerunt a qua mensura incipit. Ergo et syllaba a qua pes, et pes [pp]a quo syzygia, et syzygia [q]a qua comma, comma a quo colon, et colon a quo versus nascitur, metra dicuntur.

CAP. VI. [qq]*De rhythmo.*

Inter metrum et rhythmum hoc interest, quod metrum circa divisionem pedum versatur, rhythmus circa sonum, quod etiam metron sine [r]psalmate prolatum proprietatem suam servat, rhythmus autem nunquam sine psalmate valebit. Est etiam rhythmus et in cor- 2
porali motu: [s]cum enim histrio indecenter signum aliquod expressit arythmos dicimus, decenter eurythmos. Item si fuerit æqualitas corporis modice temperata eurythmos, [t]inæqualis vero et toris quibusdam confusa arythmos appellatur, unde Virgilius,

Tum longo nullus lateri modus.

Toris enim extantibus et interrumpentibus latera, arythma latera [v]facta sunt.

[o] *alii autem per syzygias diverse potestatis pedibus constant* V. [p] *De metro.*] Titulum addit V. [pp] *a qua*] *a quo* V. et mox om. *a syzygia.* [q] *a quo comma vel colon a quo versus nascitur metra dicuntur* V. [qq] *De rhythmo.*] Titulum addit V. [r] *psalmate*] *plasmate* V. hic et infra. [s] *cum*] *cum enim* V. [t] *inequalis vero et quibusdam confusa* V. [v] *facta sunt*] *sunt facta* V.

Cap. VII. *De colo et commate.*

Colon est pars sive partes versus integris pedibus impletæ, ut

Defecisse videt sua.

Habet enim tres pedes [w]integros. Comma pars versus sive partes imperfectæ, ut,

Arma virumque cano.

Habet enim duos integros pedes et dimidium. Et colon dictum quasi a corpore abscissum integrum membrum: comma vero quasi trunca pars membri a corpore amputata.

2 Nunc dicere [x]aggredior metra principalia, quæ a Græcis prototypa et archegona dicuntur. Cetera enim ex his [y]nata sunt, quæ mutilata per [z]cola et commata aut [a]partibus adglutinantur sibi, aut sola ponuntur. Et sumunt vel a pedibus nomina ex quibus constant, [b]ut dactylica et anapæstica: vel ab inventoribus, ut Phalæcia vel [c]Sotadica: vel ab his qui ea maxime frequentarunt, ut [d]Aristophania et Asclepiadia: aut ab usu, ut [e]Priapea: aut a numero syllabarum, ut hendecasyllaba: aut a numero pedum, ut versus senarios dicimus: [f]aut a numero syzygiarum, ut trimetros et tetrametros dicimus: aut a passionibus, ut coluros et scazontas: aut a tempore, ut Saturnios, [g]quod eo tempore primum in Italia usurpati sunt quo Saturnia urbs
3 erat. Igitur originalia sunt ut dixi numero octo, quæ omnia proprio suo pede consistunt, unde nomina acce-

[w] *similes*] *integros* V. [x] *aggrediar*] *aggredior* V. [y] *sunt*] *nata sunt* V. [z] *colos*] *cola* V. [a] *paribus agglutinantur*] *partibus adglutinantur* V. [b] *ut dactylica anapæstica*] *et dactylion et anapæstica* V. [c] *Sotadica*] *vel Sotadica* V. [d] *Aristophania Asclepiadia*] *Aristophia et Asclepiadia* V. [e] *Priapeia*] *Priapea* V. [f] *aut ne syzygiarum aut trimetros aut tetrametros dicimus* V. [g] *quod eo tempore in Italia*] *quod eodem tempore primum in Italia usurpati sunt* V.

perunt: et sunt hæc, dactylicum, anapæsticum, iambicum, trochaicum, ionicum [h]a majore, ionicum a minore, choriambicum, antispasticum: his quidam adjiciunt proceleusmaticum et pæonicum, quæ possunt videri [i]non inter prototypa ponenda, sed inter illa quæ ex prototypis nascuntur, sed nos post octo prototypa hæc duo conjungemus.

CAP. VIII. *De dactylico.*

Dactylicum metrum dictum quod ex omnibus dactylis constat, sed melius sonat [k]versus dactylicus hexameter si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat, ut est,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Sed admissus in societatem dactyli spondeus, scilicet propter temporum similem potestatem, heroum fecit. Volunt enim heroum illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo sit, herous et ex spondeo. [l]Hexametrum autem et heroum volunt ab eo dictum, vel quod heroum facta primus Homerus hoc versu cecinerit, vel quod vetustissimus et ante omnes primus hic fuerit versus, (heroica enim vetera et antiqua dixerunt,) vel quod hoc magna et sobria [m]canantur, ut heroes magni et sobrii. Idem et epicus dicitur quod sermonum capax: et quod per ejus pedes simplicius et facilius verba eant atque [n]decurrant ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι. Hunc Ennius longum vocat, Græci [o]Deliacum, quia hoc genere Phemonoë Apollinis vates vaticinata est,

[h] *a majore—a minore*] ἀπὸ μείζονος—ἀπ' ἐλάσσονος V. [i] *non inter prototypa*] Addit V. *ponenda, sed inter illa que ex prototypis nascuntur, sed nos post octo prototypa.* [k] *dactylicus*] *versus dactylicus* V. [l] *hexametrum*] *et hexametrum* V. Med. [m] *canantur*] *canatur* V. [n] *decurrant*] Addit V. αποτονεπεσαι (f. ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι v. Schol. Hephæst. c. 7.) [o] *deliacum*] *deliciacum* V. *Delphicum* Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 154.

et Pythicum [p]a Pythone. Nam cum arcum in eum intenderet Apollo, nymphæ eum hoc versu hortatæ dicuntur. Hexameter autem dictus quod [q]sex metris, hoc est sex pedibus, feritur. Idem tamen, [r]qui herous jam et dactylicus nominatur, quamvis inveniri possit qui omnes spondeos habeat, recipit, ut dixi, pedes [s]dactylum et spondeum omnibus in locis indifferenter, aliquando in ultimo et trochæum. Omnis enim ultima
5 syllaba in versu adiaphoros erit. Item diligenter attende quod omnis syllaba, quæ partem orationis finit, in omni versu similiter indifferenter accipitur, ut est,

Invalidus etiamque tremens etiam inscius ævi,

dus syllaba indifferens. Maximus qui est versus syllabas habet XVII, ut,

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Minimus habet XII, ut est Ennianus,

Olli respondit rex Albai longai.

6 Sed hos et eos qui plures spondeos quam dactylos habent, quasi minus bonos, et sine dactylo parum teretes et sonoros, [t]spondiazontas appellaverunt. Proprium hujus est, quod semper a longa incipit et disyllabo [v]pede finitur. Optimus habetur, cujus prima [w]cesura penthemimerim habet orationis parte finita, ut

Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris;

aut duos pedes et trochæum similiter partem orationis finientem, ut

Infandum regina jubes renovare dolorem.

7 Hæc interim catholica [x]tibi erunt. Nunc exempla videamus a dimetro. Dimetrum [y]catalecticum in quo clausula est hexametri,

Terruit urbem,

p *a Pythone*] *a* om. V. q *sex*] *ex* V. et sic mox. r *quasi herous*] *qui herous jam* V. s *dactylum et*] *pedes dactylicum et* V. et mox om. *in*. t *spondiazontas*] *spondiazuntas* V. v *pæne*] *pede* V. w *censura*] *cesura* V. Mox l. *finitam*. x *tibi*] *qui tibi* V. y *catalectum*] *a cat. catalectum* V.

hoc et choriambicum est. Trimetrum [z]acatalectum,

Ceditur icta securi.

Tetrametrum acatalectum,

Cælicolæ Veneris sacra semina.

Pentametrum acatalectum,

Hæc mare canificat nec agit freta cærula.

Hexametrum acatalectum,

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

CAP. IX. *De anapæstico.*

Dactylico contrarium est anapæsticum metrum. Huic naturale catholicum est partes orationis singulis pedibus terminare; hic enim versus optimus est: secundus ab optimo [a]ille qui syzygias parte orationis finit: nam sicuti in ceteris metris vitiosum est si singuli pedes partem orationis finiant, ita hic bonum est quod in aliis [b]contrarium est. Recipit pedes, suum scilicet ana- 2
pæstum, dactylum et spondeum, raro et proceleusmaticum: hos omnes omnibus in locis. Dimetrum brachycatalectum,

[c]*Similes nobis volumus.*

Dimetrum acatalectum,

Similes nobis volumus pueros.

Item si adjicias *edere* facies trimetrum brachycatalec- 3
tum, ut,

Similes nobis volumus pueros edere.

et si sic acatalectum,

Similes nobis volumus pueros edere matres.

[d]Tetrameter plenus erit si addas,

Tu quoque perge.

Hic quoque similiter tetrameter acatalectus est,

[e]*Operas nobis dedimus domini reddere nobis debita similiter.*

[z] *acatalectum Italiam fato profugus, tetrametrum catalecticum celicole veneris sacra semina, pentametrum acatalectum conticuere omnes intentique ora tenebant* V. mox *fœmina* Med. [a] *qui syzygias*] *ille qui συζυγίας* V. [b] *contrarium*] *contrarium est* V. [c] *similes—acatalectum* om. V. [d] *tetrametrus*] *tetrameter* V. [e] *operario bis*] *operas nobis* V.

Cap. X. *De iambico.*

Sequitur ut de iambico dicere debeamus, cujus auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt. Sed primus Homerus hoc usus est in [f]Margite,

Μαθετικειστ και οφωνα γέρων και θεῖος ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
φίλην ἔχων ἐν χερσὶν εὔφθογγον λύραν.

Iambica maledica carmina appellant, quod hoc pede, hoc est metro, [g]olim lacerare et lædere solebant. Iambicus qui trimeter est minimus syllabas habet XII, ut,

Beatus ille qui procul negotiis.

qui maximus XVII, ut,

[h]*Rapite agite proceres, rapite o juvenum decus.*

2 Hic Latine senarius, quod pedes sex simplices habeat, Græce trimeter, quod tres [i]dipodias habeat, appellatur. Constat autem iambo suo principe. Nam versus qui [k]ex hoc uno est legitimus iambicus erit, quem ὄρθιον vocant, ut [l]ille est,

Beatus ille qui procul negotiis.

Sed iambus, ut ait Horatius, spondeum in partem recipit, qui pes omnia pene metra ornat atque disponit.

3 Item solutio longæ in iambo tribrachyn facit, alterutrius longæ spondei aut dactylum aut anapæstum. Utraque enim longa spondei in iambico metro non potest solvi. Fiunt ergo hi universi pedes quinque: inveniuntur semper hi omnes incipientibus locis, id est sublationibus, quæ loca imparia quidam [m]vocant,

[f] *margite*] *margine* V. qui sic pergit: Μαθετικειστ και οφωνα γερων και θειος αοιδος μουσαων θεραπν και εκηβολου Απολλωνος φιλην εχων εν χερσιν ἀφιωντον λυγαρ. [g] *olim* om. V. [h] *Rapite agite proceres rapite o juvenum decus* V. [i] *dipodias habebat*] συζυγίας *habeat* V. [k] *ex uno*] *ex hoc uno* V. [l] *ille est*] Addit V. *Beatus ille qui procul negotiis.* [m] *vocant non nisi qui brevibus incipiunt dimetron hypercatalecton ut valles per imas est* V.

in desinentibus vero, id est in depositionibus, quæ loca paria appellant, non nisi qui a brevibus incipiunt.
Dimetron hypercatalecton,

Valles per imas.

Dimetron brachycatalecton, ut,

[n] *Plenus cadus musti.*

Dimetron catalecticum,

Aquæ sonant frequentes.

Dimetrum acatalectum,

Avete fontes cæruli.

Trimetron acatalectum,

Amare nolo nec dolere Clinia.

Iambicum hoc metrum etiam si defuerit versui iam- 2
bus, vel rarus in eo fuerit, appellabimus: ille enim legitimus solus, quem ὄρθιον dixi, iambo solo constat. Sed, ut diximus jam dactylicum hexametrum etiam eum dici, qui omnes spondeos habeat; [o]ita et hic iambicus dicitur, quamvis unum iambum habeat,

Pavidumque leporem et advenam laqueo gruem.

CAP. XI. *De trochaico.*

Contrarium [p]huic trochaicum metrum, quod æque quinque pedibus constat, trochæo et ceteris quibus supra. Nam trochæi longa soluta tribrachyn, alterutra spondei aut anapæstum aut dactylum faciunt. Hi pedes [q]omnes ponuntur paribus in locis, imparibus non nisi hi qui brevibus finiuntur. Dimetrum hypercatalectum,

Nympha rorida.

Brachycatalecton,

Fontium sorores.

Hoc et [r]ithyphallicum dicitur. Dimetrum catalectum, 2

[n] *plenus cadus musti. Dimetrum catalecticum aque avete fontes cerulei sonant frequentes. Dimetrum acatalectum amare nolo nec dolere Clinia. Iambicum hoc m.* V. [o] *ita et*] *ut est* V. [p] *huic*] *hujus* V. [q] *omnes*] V. addit *ponuntur.* [r] *ithyphallicum dicitur*] *ythiphalicum de* V.

Martium canunt tubæ.

[s]Trimetrom (brachy)catalecton,

Tu profunda quæ regis Diana.

Trimetrum catalecticum,

Sol superna qui regis parens deus.

Tetrametrum catalecticum,

Tale quale vere primo sibilat teres donax.

Hic quia quattuor metris constat, et quadratus vocatur.

Cap. XII. *De choriambico.*

Choriambicum metrum constat [t]initialibus locis ipso chorio, id est trochæo, et tribracho; in sequentibus iambo. Dimetrum hypercatalectum,

O quis [v]ad omnem.

Dimetrum acatalectum,

Sanguine quis purpureo.

Trimetrum catalectum,

Heu miserandæ volucris [w]martie.

Tetrametrum catalecticum,

Quoque vocarit volucer te choriambus ito.

Tetrametrum acatalectum,

[ww]*Uror amoris stimulo cor quatit artus pavidos.*

Cap. XIII. *De antispastico.*

[x]Antispasticon enim metrum Sappho invenit, constat iambo et trochæo, conceditur [y]tamen in *συζυγίᾳ* prima primo loco pro iambo quovis alio pede disyllabo uti, pyrrhichio aut spondeo aut trochæo. Dimetrum hypercatalectum,

Volant præpetes.

[s] *trimetron catalecton tu profunda que regis Diana trimetrum catalecticum* V. [t] *imparibus*] *initialibus* V. [v] *Adon iero*] *Adone'* V. Leg. *ad omnem* ex M. Victorino II. 6. [w] *martie tetrametrum catalecticum quoque vocarit* V. [ww] vi—ortus] Dedi *uror* et *artus* ex M. Victorino II. 6. [x] Antispastico—Antispasticon enim] *Anapestico—Anapesticon* V. [y] in prima] *tamen in συζυγία prima* V.

Trimetrum [z]catalecticum,

Quæ rupes habeant hic et [a]*opacæ.*

Tetrameter brachycatalectus,

Mæcenas atavis edite regibus bonis.

Item si unam syllabam adjeceris, erit catalecticus,

Mæcenas atavis edite regibus beatis.

Acatalectus,

Mæcenas atavis edite regibus Reatine.

Cap. XIV. *De ionico quod a majore dicitur.*

Constat spondeo et pyrrhichio et trochæo, et præterea solutionibus spondei, id est anapæsto vel dactylo, et solutione trochæi, id est tribrachy, indifferenter in locis omnibus; ita tamen ut omnis conjugatio sex tempora habeat. Dimetrum brachycatalectum,

Veris [b]*coma florens.*

Dimetrum catalectum,

[c]*Quæ opaca sacris fontibus.*

Trimetrum brachycatalectum,

Non Idalios sic puer alto.

Tetrametrum brachycatalectum,

Volo litoris in margine solus ambulare.

Hoc et Sotadicum dicitur. Tetrametrum acatalectum, quod apud [d]Mæcenatem invenitur ex duobus colis conjunctum,

Uvas nitidis [e]*frondibus Euan hederis inligat.*

Cap. XV. *De ionico a minore.*

Ionicum metrum, quod a minore appellatur, constat pyrrhichio [f]et spondeo et spondei solutione, anapæsto

[z] *catalecticum*] *acatalecticum* V. [a] *opacæ*] *opace tetrameter brachycatalectus Maecenas atavis edite pegaee bonis. item si unam syllabam adjeceris erit catalecticus. Maecenas atavis edite pegaee beatus. Acatalectus Maecenas atavis pegaee Reatine* V. [b] *comma*] *coma* V. [c] *quæ opaca sacris*] *que Pegasus fons* V. *que opaco suis* Med. [d] *Maecenatem*] *Cleomaeum* V. *C. Ienatem* Med. [e] *floribus*] *frontibus* V. *frondibus* M. Victorin. II. 8, 9. Tum *Euadne* Med. [f] *et spondeo* om. V.

et dactylo, hic [g]quoque in singulis conjugationibus sex tempora [h]impleri necesse est. Dimetrum acatalectum,

Ararim sic super altum.

Horatius,

Neque dulci mala vino.

Trimetrum catalectum,

Miserarum est neque amori dare ludum.

Tetrametrum catalectum,

[i]*Equus albo velut uber tumet albo latice.*

Tetrametrum acatalectum,

[k]*Proprie qui residens in gremio* [l]*Faune colocis.*

Cap. XVI. *De* [m]*anadiplumeno.*

Anadiplumenum ex hoc minore ionico nascitur, quod ab illo [n]hoc distat, quod a cretico incipit et [o]est tetrametros,

Defeci neque amori dare ludum libet ultra.

2 Est et aliud [p]ex hoc metro ionico quod Galliambon dicitur, quod in fine degenerat quominus integrum [q]ionicum ἀπ' ἐλάσσονος faciat,

Miserarum est neque amori dare [r]*possit remedia.*

3 Ex hoc genere est quod [s]anaclomenon appellatur, quod ordinem pedum naturalem ac solitum amittit, et immutatis pedum conjugationibus copulatur. Dimetrum acatalectum,

Paphias amor columbas.

Nam constat pyrrhichio et trochæis duobus et spondeo. Quarta enim syllaba quæ debet longa esse brevis, et sequens longa est quam oportebat brevem esse.

[g] *quoque in*] *quoque mihi* V. [h] *implere*] *impleri* V. [i] *Herus albo velut uber*] *equus albo vehit uber* V. *ecus a. v. u.* Med. [k] *Propere*] *proprie* V. [l] *Faune colocis*] *faune e locis* V. [m] *Anadiplumeno*] *Anadiplumene* V. [n] *sic*] *hoc* V. [o] *est*] *in* V. [p] *ex hoc metro*] *exametro* V. [q] *ionicum*] V. addit ἀπ' ελασσονος. [r] *possessore inedia*] *possit remedia* V. [s] *anachomenon*] *anaclomenon* V.

Hoc metrum si geminetur facit tetrametrum ionicum 4
a minore [t]anaclomenon, quod eteromeres Sapphicum appellatur, hoc modo,

Docuit patens labellum bifido jugare rictu.

Simile tetrametrum mensura non conjugationibus, ut,

Rudi Palladis umbra sonat oscinum loquela.

Has tres species ideo junxi, quoniam pæne idem sunt [v]quod ionicus ἀπ' ἐλάσσονος est.

CAP. XVII. *De proceleusmatico.*

Quidam adjiciunt his octo proceleusmaticum, cui nec addi quicquam nec minui potest: omnibus enim brevibus constare debet. Dimeter catalecticus,

Ave nemora silent.

Tetrameter catalecticus,

Maritima tenera peragere cupio.

CAP. XVIII. *De pœonico.*

Pæonicum ex ipso pede suo nomen accepit. [w]Recipit autem in principio creticum præter ipsum pæona, duos autem pæonas in medio. Exemplum utriusque linguæ sic erit. Tetrametrum [x]catalecticum,

[y]Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική.
O rege te ne facilis esto magis ad tuos.

CAP. XIX. *De pentametro epodico.*

Hæc sunt ut dixi metra originalia. Cetera omnia ex his sunt deducta, quæ a Græcis paragoga appellantur, de quibus pauca adhuc dicam. Nam quædam jam suis originalibus junxi, ut videas quanta horum

[t] *anaclomenon quod eteromeres sapphicum nominatur hoc modo* V. Dedi mox *bifido* pro *diffido*. [v] *ionicus aves nemora silent*] *ionicus ἀπ' ἐλάσσονος est* V. Qui addidit c. seq. [w] *recipit autem*] *recipit autem in principio* V. et mox om. *ultima*. [x] catalecticum] Addit V. πολι φιλη κεκροπος αυτοφυης απικης. *O rege te ne facilis esto magis ad tuos.*

quæ supra dixi permixtione metra aut facta sint, aut
2 fieri adhuc possint. Et primo quidem de pentametro epodico dicam, (ut ad initia redeamus, nam et hic a dactylo [y]nascitur,) cujus divisio duplex traditur. Nam primæ ejus partes duæ pedes ex dactylico et spondeo, sed varie [z]commutatis vicibus, inveniuntur; tertius spondeus, ita ut prima ejus syllaba hemistichium et partem orationis [a]finiat, sequens hemistichius sequentis partem orationis incipiat. Deinde mutat dactylicam conditionem et transit in anapæsticam, nam jam residui
3 erunt duo anapæsti. Aut sicut media cæsura duo [b]penthemimere dividat, in primo varie positis pedibus ut dixi, in secundo semper duo dactyli erunt. Dictum penthemimeres [c]quasi τῶν πέντε τὸ ἥμισυ. Habet enim pars prima duos pedes et syllabam partem orationis finientem, [d]secunda item similiter divisa: prima sic,

[e]*Hei mihi quo domino* [*non licet ire tuo.*]

Secunda,

Non licet ire tuo.

4 Hic et elegus vocatur, quando per vices heroo subjungitur, nec seorsum ac solitarium carmen facere potest. Subjungitur sic:

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
Invida formosas oderat illa boves.

Cap. XX. *De Priapeo dactylico.*

Priapeum dactylicum metrum tertium pedem [f]parte orationis finit, producta tamen in [g]ultimo syllaba.

y *nascitur. nam*] *nascitur, cujus divisio duplex traditur. nam prime* V. Seqq. ita corrigit Santenius ad Terent. Maur. p. 287. *primæ ejus partis duæ sedes et dactylo et spondeo, sed varie communicatis* (*commutatis* Ruhnkenius) *vicibus, ingrediuntur.* z *communicatis*] *commutatis* V. a *incipit inde*] *finiat sequens hemistichius sequentis partem orationis incipiat. deinde* V. b *penthemimeri*] *pentimemeri* V. c quasi . . .] quasi των πεντε το ημισυ V. d *secundo*] *secunda* V. e Hei mihi] *secundo hei mihi quo domino non licet ire tuo. hic et elegus* V. f *partem*] *parte* V. g ultima] *ultimo* V.

Nam [h]Glyconicus sic habet versus ut duas æquales dividat partes, quod heroum manifestum [i]esse et Homerus et Virgilius probarunt, qui hoc usi sunt. [k]Homerus:

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

et Virgilius,

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

et,

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

Prima autem pars Glyconicus versus est, secunda Pherecratius, quæ utræque partes dactylicæ sunt. Nam [l]ex Horatio hos duos si jungas Priapeus fiet: 2

Cui flavam religas comam grato Pyrrha sub antro.

Ergo et Glyconium metrum et Pherecratium et quod ex his componitur Priapeum de [m]dactylico nascitur. Est alius Priapeus qui et bucolicus vocatur, ut,

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

Hic quoque octava syllaba partem [n]orationis finit, ideoque hoc metrum bucolicum dicitur.

Cap. XXI. *De bucolico.*

Bucolicus similiter ab heroo venit. Herous, si quarto pede partem orationis finiat, bucolicum facit, ut,

Ab Jove principium Musæ, Jovis omnia plena.

Theocritus [p]hanc metri legem custodivit, Virgilius contempsit.

Cap. XXII. *De pentametro heroo.*

Qui autem quintum pedem parte orationis finit, pentameter herous dicitur, ut,

[q]*Decidit ad terram duplicato* [r]*poplite Turnus.*

[h] *glyconicus sic habet versus et*] *glyconius versus sic habet et duas equales* V. [i] *esse et*] *et* om. V. qui mox om. *qui hoc usi sunt.* [k] Homerus] Addit V. κουρητες τε μαχοντο και αιτωλοι μενεχαρμοι. [l] *ex* om. V. [m] *dactylico*] *dactylo* V. [n] *prationis*] *orationis* V. [o] *bucolicum*] παρωρισμενον V. [p] *hanc legem*] *hanc metri legem* V. [q] *decidit*] *incidit* V. [r] *poplite*] *pondere* V.

Cap. XXIII. *De logaœdico.*

Et de anapæstico nasci [s]logaœdicum videmus, si metrum anapæsticum [t]palimbacchio concluseris. Græce,

[v]Ἀγέτω θεὸς οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' ἀείδειν.

Latine,

Agito deus, huc ego me dabo [w]*fessa boves.*

Cap. XXIV. *De scazonte.*

In iambico metro si penultimam longam feceris scazon vocatur, quem et choliambon, et Hipponaction vocant, ut,

Salax taberna vosque contubernales.

Cap. XXV. *De* [x] *Phalœcio hendecasyllabo.*

Ecce et Phalœcium metrum partem primam de [y]antispastico metro habet, sequentem de iambico, ut,

Passer deliciæ meæ [z]*puellæ.*

Nam prima syzygia antispastica est, at vero pars sequens *meæ puellæ* dimetrum iambicum catalecticum habet. Eadem pars dicitur comma Anacreontion. Potest prima pars a dactylo nasci, sequens ab iambico sic, ut,

Castæ Pierides meæ Camœnæ.

Divisio erit talis,

Castæ Pierides nostris adsistite votis.

Et,

Meæ Camœnæ vos sorores invoco.

[s] *logaœdicum*] V. addit *metrum.* [t] antibacchio] *palimbacchio* V. [v] . . .] *αγετω θεις ου γαρ* ετω *αιλαγονωνα αειδεm Latine Agato deus* V. [w] *festa*] *fessa* V. [x] *Phalecio endecasyllabo* V. [y] *antispasto*] *anapæsto metro* V. [z] *puellæ*] Pergit V. *nam prima syzygia antispastica est, at vero pars sequens meæ puellæ dimetrum est.*

CAP. XXVI. *De ithyphallico.*

Ithyphallicum metrum de trochaico est, nam ex tribus trochæis constat, quod fit si ter Bacche dicas,

[a] *Bacche, Bacche, Bacche.*

Ut sit,

Conditor vel orbis.

Dictum est autem inde quod in mysteriis Liberi Athenis vates stipitem rectum in modum fascini [b] tenebant, et qui hoc genere metri [c] canebant φαλλοφόροι et φαλλῳδοὶ dicebantur. Hoc et Ascronium vocant.

CAP. XXVII. *De Saturnio.*

Saturnio metro primum in Italia usi, dictum autem a [d] Saturnia urbe vetustissima Italiæ. [e] Et hic versus obscurus quibusdam videtur, quia passim et sine cura eo homines utebantur: maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas hujusmodi versibus incidebant, id est sic,

Summas opes qui regum regias refregit.

Habet autem [f] in prima parte iambicon dimetron cata- 2
lecticon, in secunda trochaicon dimetron brachycatalecton, quod et ithyphallicum diximus: ut,

Dabunt malum Metelli Nævio poetæ.

Cetera partim in Horatio recognosces; partim in archetypis auctorum libris, unde hæc [g] nos excerpsimus.

CAP. XXVIII. *De metris Horatii.*

Nunc priusquam ad Horatiana metra veniamus, quæ partim a veteribus Græcis transtulit, partim sibi ipse composuit, admonitum velim, omnia quæ para-

[a] *Bacche Bacche Bacche* om. V. [b] *tenebant*] *tenebat* V. [c] *canant*] *canebant* V. qui statim *fallosoroi et fallodor.* [d] *Saturnia*] *Saturna* V. [e] *hic*] *et hic* V. [f] *prima*] *in prima* V. [g] *excerpsimus*] *nos excerpsimus* V.

goga diximus, componi ex illis principalibus metris, aut adjectione, aut detractione, aut concinnatione, aut permutatione. Adjectione, ut,

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

Accessit enim heroo metro syllaba quæ versum faceret longiorem. Detractione, tanquam,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

2 Detracta enim syllaba trimetron fecit minorem. Concinnatione,

Jam satis terris nivis atque diræ.

Hujus enim prima cæsura trochaica, sequens iambica
3 est. Permutatione, sicut cum Archilochus primam partem heroi fecerit, sequentem iambici, ut est,

Scribere versiculos amore percussum gravi,

Horatius permutavit et fecit priorem iambicam, sequentem heroicam, sic,

Occasionem de die, dumque virent genua.

4 Hæc autem Horatii carmina de quibus dicere institui monostropha Græci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus colis explicata, ceteras sequentes similes habeat, nec in aliqua parte interve-
5 niente epodo cola mutentur. Colon quid sit jam diximus, a quo tricola sive tetracola dicuntur hæc carmina. In cantionibus autem lyricis legitime scriptis, hoc est monostrophis, hæc tria inveniri necesse est, strophen, antistrophen, epodon. Olim enim carmina
6 in Deos scripta constabant. Circumire aram [h]a dextra strophen vocabant, redire a sinistra antistrophen, post cum in conspectu dei [i]consistentes canticis reliqua peragebant, [k]epodon. Hinc translatum nomen est in has epodos quæ binos versus habent, nam ut illic epodos canticum finit, [l]ita hic versus secundus

[h] *dextra*] *a dextra* V. [i] *consistentes*] *assistentes* V. [k] *epodon*] addit V. στιτησ τροφη κατα αντισροφω επη. [l] *hinc*] *hic* V.

sensum: hoc est enim legitimum in epodis. Ergo secundum hæc et elegia epodicum carmen. Hæc igitur 7
cantio lyrica, quæ tres has partes habet, periodos appellatur; eadem trias, si ex rebus his constet. Solet enim abundantior et plenior cantio habere antistrophen periodon aliquando et in medio, hoc est inter strophen et antistrophen mesodon. Inveniuntur au- 8
tem in strophe cola vel commata [l]aliqua, ex voluntate scribentis varia metri lege finita: huic antistrophe redditur totidem colis, hisdem metris: tertio additur epodos, jam quolibet metro; hæc est ut dixi quam triada appellant. Sed quoniam hæc accuratius Græci 9
poetæ servaverunt, melius te Græci magistri de exemplis Græcis docebunt.

Nunc veniamus ad divisionem metrorum.

[I. 1.] *Mœcenas atavis edite regibus.* 10

Asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor ejus Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. Ante illum enim usi Alcæus et Sappho hoc integro usa est [m]in libro quinto. Inter binos versus decurrunt melica systematica, [n]hæc binis vel tribus vel quattuor versibus constant. Hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. Nam habet duo 11
penthemimere, primum acatalectum, secundum catalecticum,

Mœcenas atavis edite regibus.

Huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter,

Mœcenas atavis edite regilio.

Ab eo tamen pentametro nascitur qui XIII syllabas habet, hoc est cujus prima pars de spondeo et dactylo constet. Ceterum Asclepiadeon duodecasyllabon esse 12
oportet, potest et antispasticon esse trimetron acata-

[l] *aliqua*] *aliquod* Med. [m] *in* om. V. [n] *hæc*] *sunt hoc est* V. *hoc* Med.

lecton, cujus penultimam affectavit pro longa brevem facere, cujus ingressio talis est,

Mœcenas atavis edite regibus.

Tetrametron fecit ejus generis,

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.

Quidam volunt adjectis duobus, spondeo ad caput, pyrrhichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, ut ingressio talis,

Mœcenas atavis edite regibus.

13 Nam si solas duas pronuncies choriambicum [o]sonant. Ejus generis trimetron fecit sic,

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.

Denique si tertium choriambum tollas, remanet Asclepiadeus, ut,

Tu ne quæsieris [p]*scire nefas tibi.*

Alii de hexametro volunt tantum. Nam si tertio loco [q]adjicias *Pater*, quinto *Regibus*, hexametrum facies sic,

Mœcenas atavis pater edite regibus altis.

14 [I. 2.] *Jam satis terris nivis atque diræ*
Grandinis misit pater, et rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem.

Hos hendecasyllabos alii Alcaicos, alii Sapphicos vo-
15 cant. Prima in his cæsura trochaica est, nam habet dimetron brachycatalecton; sequens iambica [r]habet] dimetron hypercatalecton, et ingredimur sic,

Jam satis terris ni|vis atque diræ.

Alii faciunt primam syzygiam trochaicam, in qua secunda pars aliquando et spondeum habet, secundam choriambicam, tertia bacchium habet. Dividitur sic,

Jam satis ter|ris nivis at|que diræ.

[o] *sonant—tollas*] om. V. lacuna in Med. post *pronuncies*. [p] *esse*] *scire* V. [q] *adjicias*] *adicis* V. [r] *habet* om. V. et infra *grandinis pater* om. post *diræ*.

Nasci autem videtur ab Alcaico [s]hendecasyllabo, 16

Ὦναξ Ἀπόλλων παῖ μεγάλω Διός.

Et,

Vides ut alta stet nive candidum.

Hujus si primam syllabam in ultimum transtuleris, facies hendecasyllabum Sapphicum,

des ut alta stet nive candidum vi.

Quarto loco clausula est hexametri ex dactylo et spondeo, ut est,

Primus ab oris.

Denique si hanc tollas et Horatianam adjicias, facies integrum hexametrum,

Arma virumque cano Trojæ qui terruit urbem.

Eadem clausula et in anapæsticam syzygiam cadit, 17
nam si jungas hanc illi Virgilianæ dimetrum anapæsticum facies, ut,

Primus ab oris terruit urbem.

Hæc eadem habet choriambicum dimetron hypercatalecton.

[I. 3.] *Sic te diva potens Cypri,* 18
Sic fratres Helenæ lucida sydera.

Tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum Anacreontium, quem et Glyconicum vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis. Huic si jungas heptasyllabum Pherecratium, qui constat ex spondeo [t]et dactylo et spondeo, Priapeum facies, qualis apud Homerum,

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Et,

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

[v]Anacreonteum est,

[s] hendecasyllabo] addit V. ω αναξ απολλων τιμετια ωμιλοις. [t] *et dactylo et spondeo priapeum facies qualis apud Homerum* κουρητες τε μαχοντο και αιτωλοι μενεχαρμε *et immotaque coli dedit et contemnere ventos anacreonteum est* γοννο μαε σελαφτ βολε *usi* etc. V. et—μενεχάρμαι om. edd. [v] *Anacreonteum*] *Anacreonticon* Med. et Gr. om.

Γουνοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε.

Usi sunt hoc genere metri Alcæus, Sappho, Alcman. Secundus versus,

Sic fratres Helenæ lucida sydera,

Asclepiadeus de quo iam dictum est.

19 [I. 4.] *Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni*
Trahuntque siccas machinæ carinas.

Quarta quoque dicolos ad exemplum Archilochi [v]facta. Differunt primi hoc uno, quod in Græco secundus spondeus, in Latino tertius est. [w]Neque tamen eum ordinem Flaccus in omnibus servavit, sed varie et licenter, dummodo ne ab heroo recederet. Habet ergo prima cæsura heroum tetrametrum, et talis est hæc pars qualis illa [x]Homerica,

Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε.

Virgiliana,

Solve metus feret hæc aliquam tibi.

Quorum alteri deest Φοῖβος Ἀπόλλων, alteri *Fama salutem.* Quæ si adjicere Flacciano et Archilocheo volueris, implebuntur et fient solidi heroici,

Solvitur acris hyems grata vice fama [y]*salutem.*

20 Posterior pars,

Veris et Favoni,

ithyphallicus versus est ex tribus trochæis. Talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo detracta priore parte,

Pumice expolitum,

idque si adjeceris ad Horatiani partem superiorem fiet Archilocheus,

Solvitur acris hyems grata vice Pumice expolitum.

[v] *facta*] addit V. δοκετομοσ αλλοισ απολλων. [w] *neque eum*] *neque tamen* V. [x] *homerica*] Addit V. ως εφατ ευχομενος του δ' εκλυε *quorum alteri deest* Φοιβος Ἀπολλων *alteri fac salvam Virgiliana solve metus feret hec aliquam tibi que si adicere flacciano et Archilocheo volueris* etc. V. [y] Addit V. ουκ εθομε αλλοισ απολλων χερσα φοιβος απολλων.

Græcus est [z]talis . . . . . quod metrum quidam et 21
Ascronium vocant, plerique versum totum ex heroo factum per adjectionem unius syllabæ tertiæ ante ultimam dixerunt. Et parte sublata sive mutata formam hexametri recipit, ut,

Solvitur acris hyems grata vice veris et anni,

vel,

Solvitur acris hyems grata vice vere Favoni.

Secundus versus, 22

Trahuntque siccas machinæ carinas,

syllaba brevior est quam trimeter iambicus, quare posita sic expletur,

Trahuntque siccas machinæ carinulas.

Vel si malis scazonta facere,

Trahuntque siccas machinæ carinatas.

[a]Archilochus . . . . . In Archilocho est attendendum. Hunc quidam hendecasyllabum [b]Archilocheum dixerunt, ut, ...

[I. 5.] *Quis multa gracilis te puer in rosa* 23
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato Pyrrha sub antro
Cui flavam religas comam.

Quinta ode habet duos primos Asclepiadeos, tertium Anacreontium, quartus Glyconicus, de quibus jam diximus, Priapei erit pars, præposito tamen Glyconico sic,

Cui flavam religas comam
Grato Pyrrha sub antro.

Talis hic qualis ille,

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

Item hos si jungas idem [c]fiet. Utraque hæc pars Anacreontis est.

[z] talis] Post h. v. eadem lacuna in V. quæ in impresso. Vid. c. 26.
[a] *Archilochus . . . . . .*] *Archilochum* ολμον κακον. *In Archilocho est* V.
[b] *Archilochum*] *Archilochium* V. [c] *fiet*] V. addit γουνομαι σε.

24 [I. 6.] *Scriberis Vario fortis et hostium*
Victor Mœonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox navibus aut equis,
Miles te duce gesserit.

Tres primi Asclepiadei, ut,

Mœcenas atavis edite regibus.

Quartus [d]Glyconicus, ut,

Γοννοῦμαί σ' ἐλαφηβόλε.

Utraque pars hæc Anacreontis est.

25 [I. 7.] *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem*
Aut Ephesum bimarisve Corinthi
Mœnia.

Primus herous, secundus item herous, sed tetrameter, cui si reddas duos pedes erit solidus hexameter, sic,

Aut Ephesum bimarisve [e] *Corinthi primus ab oris,*

vel

Sic tristis affatus amicos Cynthius author.

26 [I. 8.] *Lydia die per omnes*
Te deos oro Sybarim cur properas amando.

Hoc totum choriambicum est metrum. Primum colon dimetrum catalecticum est. Sed quamvis integrum choriambicum esse videatur, [f]facit ultimus bacchius: nam similiter in secundo colo affectavit in ultimo bacchium habere. In hoc etiam recessit ab Alcæo, quod primum choriambicum durum fecit, secundum pro iambo spondeum ponendo. Nam si secutus fuisset Alcæum sic ordinasset,

Hoc dea vere Sybarim cur properas amando.

27 Sed affectasse potius quam errasse Horatium [g]hoc apparet, quod eadem lege usque ad finem eglogæ perseveravit. Erit ergo et secundum colon tetrametron

[d] *glyconicus ut*] V. addit γοννομα σε. [e] *Corinthi*] V. addit *primus ab oris.* [f] facit ultimus bacchius: nam] An *fecit ultimum bacchium?* [g] *hoc* om. V.

catalecticum. Ex hoc hendecasyllabum Sapphicum facies sic,

Quæso Lydia dic deos per omnes.

De secunda hexametrum sic,

Hoc ne deos vere Sybarim cur quæris amando.

Apud [g]Anacreontem,

Εἰμὶ λαβὼν εἰσάρας.

Σαπφὼ,

Παρθένον ἀδύφωνον.

Secundum colon [h]Anacreon sic,

Ἀσπίδα ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιρόου προχοάς.

[i]Sappho sic,

Δεῦτέ νυν ἄβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῦσαι. 28

[I. 9.] *Vides ut alta stet nive candidum*
Soracte, nec jam sustineant onus
Sylvæ laborantes geluque
Flumina constiterint acuto.

Jocunda confusio horum metrorum aut permixtione facta, aut detractione; nam in duobus primis prima tome dimetron habet iambicum hypercatalecton, secunda clausulam Asclepiadei, [k]id est duos dactylos: nam sic est,

Stet nive candidum,

ut est,

Edite regibus.

Et dividitur sic,

Vides ut alta|stet nive candidum
Soracte, nec jam|sustineant onus.

Alii hendecasyllabos appellant factos ex iambico tri- 29
metro detractione unius syllabæ, quam si restitues [l]facies trimetron acatalecton,

[g] Anacreontem] Addit V. ειμι λαβων εισαρας σαφω παρθενον αδυφωνον. Sic et Fulv. Ursin. Carm. nov. fem. p. 135. [h] Anacreon sic] Addit V. ασπιδα ριψεσ ποταμον ιλλιρουν τροχοας.—ἀ. ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιρρόου προχοάς Ursin. p. 135. In utroque Anacreontis loco verbum ultimum contra metrum peccat. In priore ἐπάρας, in altero προβαίνων versum saltim sanum efficeret. [i] *Sappho sic*] Addit V. Δευτενυν αβραι χαριτες καλλικομοι τι μουσαι. [k] *id est*] *idem* V. [l] *facias*] *facies* V.

Vides ut alta stet nive [l]*candidulum*
Soracte, nec jam sustineant onusti.

Tertium colon trimetron hypercatalecton,

Sylvæ laborantes geluque candido.

Quartum compositum est ex penthemimeri et bacchio. Hexametrum de hoc facies redditis quibuscunque partibus sic;

Flumina constiterint scopulo pugnantia acuto.

30 [I. 10.] *Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.*

Hic hendecasyllabus Sapphicus, de hoc jam supradictum est, adjectione spondei ad caput, et [m]pyrrhichii ad finem, in medio esse choriambicum trimetrum, ut illud dimetrum diximus habere,

Mœcenas atavis edite regibus.

Et nota quod et in hac et in illa egloga strophen in singulis versibus expedivit; his et Alcæus [n]usus,

Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις.

Cetera quæ sequuntur eadem metra sunt de quibus
31 jam dictum est in secundo libro. Metrum novum est, [II. 18.]

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Hoc semel omnino usus est Horatius, Alcæus frequenter: ab iambico natum est, nam si reddas huic partem suam, integrum trimetrum facies sic,

Beatus ille non ebur neque aureum.

Philoxenus ait hoc heptasyllabon choriambicon vocari, et esse dimetron catalecton Euripidion, ille inquit sic[o],

Νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων.

Reliquum in Euripide attendendum, et sequens pars talis est qualis illa,

Trahuntque siccas machinæ carinas,

[l] *candidulum*] *candidum* Med. [m] *pyrrhichii*] V. addit *ad finem.* [n] *usus*] Addit V. νυμφαις αισσε ξαι τιοχω φασι τε τυγμενας. [o] Addit V. νεν δε μοι πορσεκομοσ.

iambicum curtum, quod et hendecasyllabon dicunt, et facit trimetrum plenum,

Mea renidet in domo lacunar;

sicut,

Trahuntque siccas machinæ [p]*carinulas.*

[III. 12.] *Miserarum est neque amori dare ludum* 32
Neque dulci mala vino lavere aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

Omnes [q]ionici ἀπ' ἐλάσσονος sunt catalectici, duo primi trimetri, tertius tetrameter.

[IV. 7.] *Diffugere nives redeunt jam gramina campis,* 33
Arboribusque comæ:

primus hexameter herous; secunda pars penthemimerim habet, quod iteratum integrum pentametrum faciet,

[r]*Arboribusque comæ.*

[IV. 10.] *O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.* 34

Hi omnes quo minus heroici hexametri dici possent commutatio quarti pedis fecit; nam pro dactylo anapæstum [s]habent. Simul et illud videndum quod nullam habent varietatem pedum. Sed ordo idem omnibus, [t]ut primum et tertium spondeum habeant, secundum et quintum et sextum dactylos, quartum anapæstum, per quod et syllabarum XVI numerus in omnibus perseverat.

Nunc de Epodis, quoniam supra originem nominis 35
dixi, metra eorum quanquam simplicia sint, et intellectu facilia, tamen breviter excurram.

[I.] *Ibis Liburnis inter alta navium*
Amice propugnacula.

[p] *carinas*] *carinulas* V. [q] ionici] V. addit *ἀπ' ἐλάσσονος.* [r] *arboribusque comæ* bis V. [s] *habet*] *habent* V. [t] *et primum*] *ut primum* V. et mox *habeant.*

Ambo iambici acatalecti, primus trimeter, secundus dimeter; et deinceps omnes eglogæ quæ sequuntur, [v]consimiles sint usque ad illam quæ sic incipit,

36 [XI.] *Petti, nihil me, sicut antea, juvat*
Scribere versiculos amore perculsum gravi.

Primus iambicus trimeter, secundi prima tome penthemimeren habet, sequens dimetron iambicon.

37 [XII.] *Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris;*
Munera cur mihi cur ve tabellas.

Primus herous hexameter, sequens tetrameter, similiter dactylus, qui bucolicon facit, si illi duos pedes reddas sic,

Munera cur mihi cur ve tabellas omnia plena;

qualis est,

Ab Jove principium musæ, Jovis omnia plena.

38 [XIII.] *Horrida tempestas cælum contraxit et imbres*
Nivesque deducunt Jovem, nunc mare nunc sylvæ.

Primus hexameter, secundus compositus ex dimetro [w]iambico et penthemimeri.

39 [XIV.] *Mollis inertia cur tantam diffuderit imis*
Oblivionem sensibus.

Hexameter primus, secundus iambicus dimeter.

40 [XVI.] *Altera jam teritur bellis civilibus ætas*
Suis et ipsa Roma viribus ruit.

Hexameter et iambicus trimeter.

41 [XVII.] *Jam jam efficaci do manus scientiæ.*

Omnes hi trimetri iambici erunt.

[v] *similes*] *consimiles* V. [w] *iambico et pentemimere*] *et iambico et pentimimeri* V. [x] *Jam*] *Jam jam* V.

[a]SERVII HONORATI GRAMMATICI CENTIMETRUM.

Clarissimo viro [b]*Albino Servius honoratus Grammaticus* [c]*S. P. D.*

TIBI hunc libellum, prætextatorum decus Albine, devovi. Nam licet patris avique, quibus maximam reverentiam litteræ debent, [d]quotidie urgearis exemplo, [e]ibique pubescas, quo [f]velut ad Musarum sacra [g]venitur; non tamen cælo suo tantum numina [h]perfruuntur, sed sæpe humiles [i]lucos ac vilia pauperum tecta subierunt. Quare laboris mei velim faveas voto, indulgeas audaciæ. Quod si secus [k]cesserit, [l]in cupiditatem devotionis interpretabor eventum [m]placendi. [n]Vale.

LICET audacter, non tamen ineleganter, hunc libellum, [o]qui voluerit, CENTIMETRUM nominabit. Tot enim metrorum [p]genera digessi, quanta potui [q]brevitate, [r]rationem omittens, [s]quo quæque nascantur ex

[a] Servii honorati grammatici præcellentissimi centimetrum ad Albinum. Call. [b] *Clarissimo Albino Servius grammaticus salutem* B. *Albino Clarissimo Servius grammaticus s.* Putsch. [c] S. P. D.] *Sal. plurimam d.* Call. [d] *quotidie*] *cotidie* Call. M. *quot cotidie* B. [e] *ibique pubescas*] *ibique crescas ibique pubescas* M. [f] *velut*] Labb. Bibl. Nov. Lib. I. p. 668. *callae.* fortasse, *calle.* SANTEN. [g] *venitur*] *venitur lumina* M. [h] *perfruuntur*] *fruuntur* Putsch. [i] *lucos*] *vicos* Putsch. *locus* M. *locos* Vat. ap. Labb. [k] *cesserit*] *c̄tra ut tuam cesserit* M. [l] *in cupiditatem*] *cupiditate* Call. [m] *placendi*] *tibi voluntatis me pl.* M. *nocendi* Vat. [n] *Vale* om. Call. [o] *qui—nominabit*] *quo licet centumetri nominavi* M. *volet* B. pro *voluerit. volunt* Vat. [p] *genera* om. B. *spatia* M. [q] *brevitate*] *brevitate spatia* B. [r] *rationem*] Santenius conj. *ratione.* [s] *quo quæque nascantur*] *quo quidque nascatur* B. *quo metrum nascatur* M. *quo metrum noscatur* Putsch.

genere, qua scansionum diversitate [t]cædantur; quæ res plus confusionis quam utilitatis habet. Sed [v]lectori hæc fere generaliter scienda sunt:

2 Finalem syllabam [w]in omnibus metris indifferenter accipi:

3 Solutionem esse, [x]cum pro longa una syllaba duæ breves ponuntur:

4 Loca imparia dici, primum, tertium, quintum, et deinde; paria vero, secundum, quartum, sextum, et deinde:

5 [y]Penthemimerin esse, cum post duos pedes sequitur [z]syllaba quæ partem [a]terminet orationis; [b]hephthemimerin vero, cum [c]post tres pedes [d]similiter sequitur syllaba; [e]tritum trochaicum, cum post duos pedes perfectos finita parte orationis trochæus remanet; [f]tetartum trochaicum, cum [g]eadem definitione tenet quartum locum trochæus:

6 Catalecticum [h]versum dici cui una syllaba deest; [i]brachycatalectum, cui duæ; hypercatalectum, [k]cui

[t] *cædantur*] *credatur* B. *cedatur* M. Putsch. Tum addit M. *quia aliquando plena pars orationis aliquando dimidia aliquando duæ vel ternæ syllabæ in medio ponuntur.* [v] *lectori*] *lecturo* M. Putsch. tum *fere* om. Call. [w] *in omnibus* om. B. cum lacuna. [x] *cum*] *quō* Call. et sic infra. mox *una* om. M. B. *una syllaba* om. Putsch. [y] *Penthemimerin*] *pentimimerin* B. *pentimemerim* Call. [z] *syllaba*] *syllabam* M. om. *post.* [a] *terminet*] *terminat* B. M. Putsch. Post *orationis* addit M. *id est v semipedes.* [b] *Hephthemimerin*] *heptimimerin* B. *heptimemerim* Call. [c] *post tres*] *post* om. B. M. Putsch. [d] *similiter*] *similes* B. deest v. Putsch. [e] *Tritum trochaicum*] *tritus trochaicus* B. *tertius trochaicus* Putsch. Santenius ad Terent. Maur. p. 265. "*Tritum trochaicum* suppeditavit quidem Mediol. ed. a. "1473. et optima Calliensis a. 1476. sed et illic τρίτος habet codex." [f] *Tetartum trochaicum*] *tetartus trochæus* B. *Quartus trochaicus* Putsch. *tetracum t.* Call. [g] *eadem definitione tenet quartum*] *quartum definitione eadem tenet* B. *definitione eadem quartum tenet* Putsch. *diffinitione* Call. [h] *versum dici*] *diversum dici* B. [i] *brachycatalectum—hypercatalectum—acatalectum*] Ita vulg. *brachycatalecticum—hypercatalecticum—acatalecticum* correxit Santenius. [k] *cui una syllaba superest*] *ubi supra legitimos pedes syllaba crescit* Putsch. *syllaba* om. Call.

una syllaba superest; acatalectum, ubi nihil plus minusve in versu est, qui legitimo fine clauditur:

Monometrum, [l]vel dimetrum, vel [m]trimetrum, [n]vel 7
tetrametrum dici a numero pedum:

In iambicis, trochaicis, et anapæsticis metris versus 8
per pedes duplices computari, in [o]ceteris autem metris per simplices:

[p]Metra vero vel a pedibus nomina [q]accipere, vel a 9
rebus quæ describuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero [qq]syllabarum:

Eaque esse octo [r]principalia metra, iambicum, tro- 10
chaicum, dactylicum, anapæsticum, choriambicum, antispasticum, ionicum a [s]majore, ionicum a minore, de quibus carptim tractabimus, [t]elegentes ea, quæ ad palmam lyræ [v]producit voluntas.

CAP. I. [w]*De metris iambicis.*

Metra iambica locis imparibus quinque recipere [x]possunt pedes, iambum, tribrachyn, spondeum, dactylum, anapæstum; [y]locis autem paribus tantum iambum vel tribrachyn, et apud comicos frequenter anapæstum, ita tamen ut multarum brevium junctura vitetur. Sed ex [z]plurimis metris XIII usui tradenda subjeci.

[l] vel dimetrum] *vel* om. Putsch. hic et infra. sic etiam Call. [m] *trimetrum*] *versum* addit Putsch. [n] *vel tetrametrum—pedum* om. B. Putsch. [o] *caeteris autem metris per simplices*] *cæteris per pedes simplices* Putsch. *enim—per pedes simplices* B. [p] *metra vero*] *vero* om. B. *metra vel* Putsch. [q] *accipere*] *accepere* B. [qq] syllabarum] *pedum* Call. [r] *principalia metra*] *metra* addit Call. [s] *minore—majore*] *majore—minore* B. Putsch. [t] *eligentes*] *elegentes* B. M. [v] *perducit voluntas*] *producit voluptas* Putsch. *ducit v.* Call. [w] De metris iambicis] *de iambicis* XIII B. [x] *possunt pedes*] *pedes possunt* B. Putsch. [y] *locis autem*] *autem* om. B. Call. Mox *tantum* et *tamen* om. Call. qui ubique *tribrachum*. [z] *plurimis*] *multis* Call. M. Addit M. *omnia hic exempla de nominibus poetarum adsumpta sunt.*

1 *Aristophanium* constat monometro hypercatalecto, ut est hoc,

[a]*Valles per imas.*

2 [b]*Euripideum* constat [c]dimetro [d]brachycatalecto, ut est hoc,

Ajax furit dolens.

3 *Anacreontium* constat dimetro catalectico, ut est hoc,

Dissolve [e]*Baccha crines.*

4 *Archilochium* constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

Serena lux micat polo.

5 *Alcaicum* constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc,

Amant venena parricidæ.

6 *Alcmanium* constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Spernis decoræ virginis toros.

7 *Hipponactium* constat trimetro catalectico, ut est hoc,

Doctis Thalia vatibus [f]*favebit.*

8 *Hipponactium* constat trimetro acatalecto claudo, ut est hoc,

Pauper poeta nescit antra Musarum.

9 *Archilochium* constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

Martem fatigat prodigus vitæ furor.

10 *Anacreontium* constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc,

Amor puellæ pectus improbæ fatigat.

11 *Aristophanium* constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

Marcent lucernæ, sol propinquat, [g]*non tamen vocas.*

12 *Aristophanium* constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

[a] *valles*] *calles* B. [b] *Euripideum*] *Euripedeum* B. [c] *dimetro brachycatalecto*] *dimetro catalecto* Putsch. [d] *brachycatalecto—constat dimetro* om. Putsch. qui addit post *crines*, *Anacreontium constat dimetro acatalecto, ut est hoc, Ajax furit dolens.* [e] *Baccha*] *Bacche* Putsch. *desolve Bache* B. *Brachie* M. [f] *favebit*] *favebat* Putsch. [g] *non tamen vocas*] Merulæ cod. *nunc viro vacas.* SANTEN. *nunc vero vacas* Perot. *vacas* Putsch.

[h]*Portum petamus, aura lassat, vela solve malo.*

Anacreontium constat tetrametro acatalecto, ut est 13
hoc,

Hic finis est, iambe, salve, vindicis doctor [i]*meli.*

CAP. II. *De metris trochaicis.*

Metra trochaica [k] principaliter constant trochæo; locis tamen imparibus hos recipiunt pedes; trochæum, tribrachyn, et nonnunquam dactylum: [l] locis vero paribus cum [m] iis, quos supra [n] memoravi, spondeum et anapæstum. Sed ex [o] plurimis tredecim, usui tradenda, [p] subjeci.

Pancratium constat monometro hypercatalecto, ut 1
est hoc,

Auctor optimus.

Ithyphallicum constat dimetro brachycatalecto, ut est 2
hoc,

Bacche junge tigres.

Euripideum constat dimetro catalectico, ut est hoc, 3

[q]*Vultur altius volat.*

Alcmanium constat dimetro acatalecto, ut est hoc, 4

Fistula canit subulcus.

Bacchylidium constat dimetro hypercatalecto, ut est 5
hoc,

Floribus corona texitur.

Sapphicum constat trimetro brachycatalecto, ut est 6
hoc,

Rex [r]*paterque Juppiter Deorum.*

[h] *portum*] *portus* B. [i] *doctor meli*] *doctor meliori* Putsch. *doctor modi* Call. *ductor* conj. Santen. *solve vindicis dolor meli* Perot. [k] *tamen* in B. ante *principaliter.* [l] *locis*] *in locis* Putsch. [m] *iis*] *his* Putsch. B. M. [n] *memoravi*] *memoravimus* Putsch. B. [o] *plurimis*] *pluribus* Putsch. [p] *subjeci*] *subjeci conscripsi* B. [q] *vultur altius volat*] *ultor altius vocat* B. *ultor alterius vocat* Call. [r] *paterque Jupiter*] *pater qui Juppiter et* B. Putsch.

7 *Archilochium* constat trimetro catalectico, ut est hoc,

Nox amoris et quietis conscia.

8 *Sotadicum* constat trimetro acatalecto, ut est hoc,

Arva sicca Nilus intrat, ite læti.

9 *Sapphicum* constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc,

Splendet aurum, gemma fulget, forma sed placet.

10 *Sotadicum* constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc,

Thracium nefas renarrat cantitans hirundo.

11 *Archilochium* constat tetrametro catalectico, ut est hoc,

Tolle thyrsos, æra [s]*pulsans, jam Lyæus advenit.*

12 *Hipponactium* constat tetrametro catalectico [t]claudo, ut est hoc,

Pelle tonsis terga [v]*ponti, vela tende, pergamus.*

13 *Anacreontium* constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

Parce jam Camæna vati, parce jam sacro furori.

Cap. III. *De metris dactylicis.*

Metra dactylica principaliter constant dactylo: recipiunt tamen [w]et spondeum, et interdum ultimo loco trochæum. Sed ex [x]pluribus XVIIII usui tradenda subjeci.

1 *Adonium* constat dimetro catalectico, ut est hoc,

Fundite fletus.

2 [y]*Hymenaicum* constat dimetro acatalecto, ut est hoc,

Tibia [z]*personet.*

3 *Archilochium* constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc,

Garrula venit avis.

[s] *pulsans*] *pulsa* B. M. Putsch. [t] *claudo* om. Putsch. [v] *ponti*] *freti* Putsch. [w] *et spondeum*] *et* om. Putsch. cum ed. Call. *et spondeus—in ultimo* B. [x] *pluribus*] *plurimis* B. [y] *Hymenaicum*] *herenatium* B. *irminium* M. *Hirminachium* Perot. *Hirmenachium* Putsch. [z] *personet*] *personat* Call.

[a]*Alcmanium* constat trimetro catalectico, ut est hoc, 4

Tundite pectora [b]*palmis.*

Simonidium constat trimetro acatalecto, ut est hoc, 5

Indue pallia serica.

Alcmanium constat trimetro hypercatalecto, ut est 6 hoc,

Lurida brachia cur retegis?

Archilochium constat tetrametro [c]catalectico, ut est 7 hoc,

[d]*Arent solstitio sola terræ.*

Alcmanium constat tetrametro acatalecto, ut est hoc, 8

Virgo decens [e]*sine matre relinquitur.*

Alcmanium constat tetrametro hypercatalecto, ut est 9 hoc,

Vita quieta nimis caret ingenio.

Stesichorium constat pentametro [f]catalectico, ut est 10 hoc,

Marsya, cede [g]*deo; tua carmina flebis.*

Simonidium constat pentametro acatalecto, ut est hoc, 11

Parthenopæus erat puer Arcadiæ decus.

[h]*Chœrilium* constat pentametro hypercatalecto, ut est 12 hoc,

Pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

Heroicum constat hexametro catalectico, ut est hoc, 13

Vulnera, bella, tubæ, numero conduntur Homeri.

Bucolicum constat hexametro catalectico, [i]ita ut [j]quar- 14 tus dactylus partem terminet orationis, ut est hoc,

Rustica [k]*silvestres resonat bene fistula cantus.*

[a] *Alcmanium*] *Alcmanicum* Putsch. [b] *palmis*] *manus* B. [c] *catalectico*] *acatalecto* Putsch. [d] *arent solstitio*] *arent* om. Putsch. [e] *sine matre relinquitur*] *comulas religa tibi* Putsch. M. *reliqua tibi* B. [f] *catalectico*] *acatalecto* Putsch. [g] *deo—flebis*] *domi—Phœbi* Putsch. utrumque *Phœbi* et *flebis* habet B. *febi* M. [h] *Chœrilium*] *Cyrillium* Call. *Chyrilium* Per. *Cirilium* M. [i] *ita ut*] *ut tamen* Putsch. [j] *quartus dactylus*] *quartus pes* Call. [k] *sylvestres—cantus*] *sylvestrem—cantum* Putsch. *sylvestri—cantus* Per. *cantu* M.

15 ***Ibycium*** constat hexametro acatalecto, ut est hoc,

Sydera pallida diffugiunt face territa [l] *luminis.*

16 ***Alcmanium*** constat hexametro hypercatalecto, ut est hoc,

Alma Venus Paphon ingreditur: rosa luceat ex adytis.

17 ***Stesichorium*** constat heptametro catalectico, ut est hoc,

Æacides juvenis trahit Hectora, plangite Pergama Troes.

18 ***Ibycium*** constat heptametro [m]acatalecto, ut est hoc,

Carmina docta Thalia canit: properantius huc ades o puer.

19 ***Ibycium*** constat heptametro hypercatalecto, ut est hoc,

Versiculos tibi dactylicos eccini, puer optime, quos facias.

Cap. IV. *De metris anapæsticis.*

Metra anapæstica principaliter constant anapæsto. Recipiunt tamen frequenter [n]et spondeum, raro procceleusmaticum; apud comicos autem [o]etiam dactylum, sæpiusque cum ultima superest syllaba in duas breves solvitur. Sed ex [p]plurimis XIII usui tradenda subjeci.

[q]***Trinicium*** constat monometro acatalecto, ut est hoc,

Calidum jubar est.

2 ***Choricum*** constat monometro hypercatalecto, ut est hoc,

Animus male fortis.

3 ***Aristophanium*** constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Venit optima Calliope.

[l] *luminis*] *luminum* Putsch. [m] *acatalecto—constat heptametro* om. Putsch. [n] *et spondeum*] *et* om. Putsch. [o] *autem etiam*] *etiam* om. Putsch. *hoc habent* B. pro *autem*. *aūt hīt* Per. *etiam et* M. [p] *plurimis tredecim*] *pluribus hæc XII* Putsch. [q] *Trinicium*] *Thinicum* ms. Leid. *thrinicum* B. *Thirenicum* M. *Thirinicium* Per. Ald. *Phrynichium* conj. Santenius. Vid. infra VII. 5.

[r]*Paræmiacum* constat [rr]dimetro catalectico, ut est hoc, 4

Aditum Veneris fuge, virgo.

Pindaricum constat dimetro acatalecto, ut est hoc, 5

Fuge mœnia [s]jam, Telamoniade.

Alcmanium constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc, 6

Tremulum mare [t]molliflua nitet aura.

[v]*Archebulium* constat dimetro acatalecto, et palimbacchio, ut est hoc, 7

Dea somnifero [w]vaga curriculo relucet.

Pindaricum constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc, 8

Medium rapido mare Tibris adit fluvio.

Alcmanium constat trimetro catalectico, ut est hoc, 9

Date, Pierides, mihi [x]carmina dactylicorum.

Stesichorium constat trimetro acatalecto, ut est hoc, 10

[y]*Jacet in thalamo tibi virgo decens Veneris specie.*

[z]*Simonidium* constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc, 11

Tuba terribili procul ære sonat, clypeum quate, miles.

Alcmanium constat tetrametro brachycatalecto, ut est hoc, 12

Sua munera fert Venus alma rosas juveni [a]Cinyra genito.

Aristophanium constat tetrametro [b]acatalecto, ut est hoc, 13

Date [c]vina mihi, date serta, juvat dare tempora [d]tota, Lyæe, tibi.

[r] *Paræmiacum*] *parchemiacum* B. M. *Partheniacum* Call. Vid. Santen. ad Terent. Maur. p. 320. [rr] *dimetro catalectico*] *dimetro catalecto* Putsch. qui om. *Aditum—acatalecto.* [s] *jam Telamoniade*] *tela omnia deo* Putsch. [t] *molliflua*] *melliflua* Putsch. [v] *Archebulium*] *Archilochium* Call. [w] *vaga curriculo prælucet* Call. *bona cursiculo relucet* Putsch. v. Santen. Terent. Maur. p. 329. Mox *Tigris* Call. [x] *carmina*] *carmen* Putsch. Per. [y] *jacet*] *latet* Putsch. Per. [z] *Simonidium*] *Simmonidicum* B. [a] *Cinyra genito*] Sic Santenius. *Cinara genito* Call. *cineri adolete* Putsch. *cinenadaelete* B. *jubet ynerea delete* M. [b] *acatalecto*] *catalectico* B. [c] *vina*] *vina bona* Putsch. [d] *tota Lyæe tibi*] *tot alto Jovi* B. Per. Putsch. *totalta Jovi* M.

Cap. V. *De metro choriambico.*

Metra choriambica constant principaliter choriambo; verum [e]quia durius suo pede [f]clauduntur, accipiunt in fine [g]amphibrachum. Sed ex [h]plurimis metris quattuor usui tradenda subjeci.

1 *Aristophanium* constat monometro et amphibracho, ut est hoc,

Purpureus tyrannus.

2 *Anacreontium* constat dimetro et amphibracho, ut est hoc,

Virgilius Mantua quem creavit.

3 *Sapphicum* constat trimetro et amphibracho, ut est hoc,

Dulcisonæ Pierides versifico favete.

4 *Callimachium* constat tetrametro et amphibracho, ut est hoc,

Armipotens Mars genitor [i]Romulidarum, venias, precamur.

Cap. VI. *De metro antispastico.*

Metra antispastica principaliter constant antispasto; verum sæpe prima parte, qua iambum tenent, spondeum libenter accipiunt. Sed ex plurimis quattuor usui tradenda subjeci.

1 [j]*Panicum* constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Fauni semideum numen adest.

[e] *quia*] *quod durius est quam suo* B. *quia ut suo* Per. [f] *clauduntur*] *claudantur* Putsch. Per. [g] *amphibrachum*] *amphibrachum et bacchium* Putsch. Per. *amphibrachyn* malit Santenius. [h] *plurimis*] *multis* B. Putsch. [i] *Romulidarum*] *Romuli date* B. ms. Leid. *Romuli da veniam* Per. Ald. *Romulidarum veniam* Call. *romulida tenvias* M. *Romulidum ut* Putsch. [j] *Panicum*] Sic Call. Ald. M. *Phanicum* B. *Phannium* Putsch. *Phallicum* conj. Santenius, sed dubitanter.

Anacreontium constat trimetro [k]acatalecto, ut est hoc, 2

Curas mitificant [l]*dona lyræ dulcis.*

Alcaicum constat [m]tetrametro brachycatalecto, ut est 3 hoc,

Mæcenas atavis, Lydia quos fert, genite.

Alcaicum constat tetrametro acatalecto, ut est hoc: 4

Infandum tetigit sydera carmen [n]*magici vatis.*

CAP. VII. *De ionicis a minori.*

Metra ionica a minore principaliter gaudent ionico suo, [o]et raro alterius pedis patiuntur [p]accessum. Sed ex [q]plurimis sex usui tradenda subjeci.

[qq]*Timocratium* constat dimetro catalectico, ut est 1 hoc,

Rosa [r]*veris specimen.*

[rr]*Anacreontium* constat dimetro acatalecto, ut est hoc, 2

[s]*Sapientes amor odit.*

[t]*Sapphicum* constat trimetro catalectico, ut est hoc, 3

Fuge, virgo, fuge munus Veneris.

Sapphicum constat trimetro [u]acatalecto, ut est hoc, 4

Sonat alta trabe fixus tibi nidus.

[v]*Phrynichium* constat tetrametro catalectico, ut est 5 hoc,

Tibi [w]*veris fero donum, sola quod dant Veneri.*

[k] *acatalecto*] *catalectico* Putsch. [l] *dona lyræ dulcis*] *dona lyæi* Putsch. *dona liei* B. *dona lyræ* M. [m] *tetrametro brachycatalecto*] omittunt Per. Putsch. *ut est hoc—acatalecto.* [n] *magici vatis*] *magicorum* B. Putsch. *magorum* Per. [o] *ac raro*] *et raro* Call. [p] *accessum*] *accessus* Putsch. [q] *plurimis sex*] *pluribus quinque* Putsch. [qq] *Timocratium*] *Timocreontium* Bergkius præf. Anacreont. p. 47. ex Hephæst. c. xii. p. 71. [r] *veris*] *Veneris* Putsch. [rr] *Anacreontium*] *Alcmanium* Santenius Ter. Maur. p. 336. [s] *sapientes*] *sapiens* B. hinc usque ad *fuge* om. Putsch. [t] *Sapphicum*] *Anacreontium* Santenius. [u] *acatalecto*] *catalecto* Putsch. [v] *Phrynichium*] *Trinicium* Call. *Friniricium* M. [w] *veris*] *fenus* B. Putsch. *veneris* M. *solæ* Putsch. Tum *quoddam veneri* B.

6 [x]*Alcmanium* constat tetrametro acatalecto, ut est hoc,

Timor omnes docet artes, timor auget bona mentis.

Cap. VIII. *De ionicis a majori.*

Metra ionica a majore principaliter constant ionico suo: verumtamen diiambum et ditrochæum non recusant, solutionem patienter admittunt. Sed ex [y]pluribus tria usui tradenda subjeci.

1 *Hipponactium* constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Palmam cape, victor.

2 [z]*Praxilleum* constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc,

Fortis juvenis, sume coronam.

3 *Sotadicum* constat tetrametro [a]brachycatalecto, ut est hoc,

Salpinx cane, tempus fugit, [b]*intende laborem.*

Cap. IX. [c]*De diversis metrorum generibus.*

Reliqua deinceps metra non ea lege, qua superiora, [d]referimus. Illa enim velut confusa digessi, hæc velut dispersa collegi. Sed ex plurimis xxv usui tradenda subjeci.

1 [e]*Faliscum* constat [f]ex tribus dactylis et pyrrhichio, ut est hoc,

Docta Falisca, [g]*Serene, reparas.*

[x] *Alcmanium*] *Alcmanicum* Santenius. [y] *pluribus*] *plurimis* Putsch. B. [z] *Praxilleum*] *Prasilium* Call. [a] *brachycatalecto* om. Putsch. [b] *intende*] *intendito* Putsch. tum *dolorem* Call. *dolo laborem* Per. [c] *De diversis*] *De dispersis* xxii B. [d] *referimus*] *referemus* B. qui mox om. *sed ex plurimis.* [e] *Faliscum*] *Phaliscum* Call. qui mox *phalisca.* [f] *ex tribus*] *ex* om. B. Per. Putsch. [g] *Serene*] *serena* B. *Pheronyme paras* Putsch. *mihi hoccine paras* Call. Vid. Ruhnken. ad F. Mall. Theodor. IV. 4.

Pherecratium constat spondeo, dactylo, et [h]spondeo 2
vel trochæo, ut est hoc,

Reges purpura monstrat.

Glyconium constat spondeo, choriambo, et pyrrhichio, 3
ut est hoc,

Odi Parthenium nemus.

Asclepiadeum constat spondeo, duobus choriambis, et 4
pyrrhichio, ut est hoc,

Vitæ pars melior quam cito labitur.

Alcaicum constat spondeo, tribus choriambis, et pyr- 5
rhichio, ut est hoc,

[i]*Pro fas! Æacides procubuit sub Paridis* [k]*manu.*

Elegiacum constat [l]dipenthemimeri, prima heroica, 6
secunda dactylica, ut est hoc,

Mœret diffusis flens elegia comis.

[m]*Æolicum* constat primo pede disyllabo quolibet, et 7
quattuor dactylis, ut est hoc,

Sappho composuit male casta poemata.

[n]*Miurum* constat ita ut heroicum, sed pyrrhichio 8
clauditur, ut est hoc,

Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.

[o]*Priapeum* constat de Glyconico et Pherecratio, ut est 9
hoc,

[p]*Hellespontiacum tuos numen protegit hortos.*

[q]*Phalæcium* constat spondeo, dactylo, et tribus tro- 10
chæis, ut est hoc,

[r]*Hermus divitibus superbit undis.*

[h] *spondeo vel* om. Putsch. *vel trochæo* om. B. [i] *Pro fas*] *Profusa* Call. Per. M. [k] *manu*] *manum* Per. Putsch. [l] *bina penthemimeri*] *bina* om. Putsch. *de penamere pxima* B. *pxima depenthimemere* M. *dependimemere* mss. Leid. *dipenthemimeri* conj. Santenius. [m] *Æolicum*] Ita Santenius. *Euloicum* Call. *Decoloico. Ioloicum* B. *Eloicum* M. *Eulogiacum* Putsch. [n] *Miurum*] Sic B. Santen. *Murium* Call. *Murum* Per. *Meiurum* Putsch. [o] *Priapeium*] *Priapium* Call. [p] *Hellespontiacum tuos*] *Hellespontiacos tuum* Putsch. Tum *nomen* B. *tuus nomen—ortus* M. [q] *Phalæcium*] *Pheleucium* Call. *falleucium* B. *fallicium* M. [r] *Hermus*] *Isthmos* Per. Putsch.

11 *Sapphicum* constat trochæo, [s]spondeo, dactylo, et duobus trochæis, ut est hoc,

Faune, Nympharum metus et [t]*voluptas.*

12 *Saturnium* constat dimetro iambico catalectico, et ithyphallico, ut est hoc,

Isis pererrat orbem crinibus profusis.

13 *Archilochium* constat [v]parœmiaco et ithyphallico, ut est hoc,

[w]*Remeabat ab arce tyrannus vultibus cruentis.*

14 [x]*Encomiologicum* constat dactylica et iambica penthemimeri, ut est hoc,

Carmina bella magis [y] *velim sonare.*

15 [z]*Iambelegum* constat penthemimeri iambica et dactylica, ut est hoc,

Fontes [a] *ligabant gramina* [b] *lætificos.*

16 [c]*Alcaicum* constat penthemimeri iambica, et duobus dactylis, ut est hoc,

Carmen relaxat tædia pectoris.

17 *Alcaicum* constat duobus dactylis et duobus trochæis, ut est hoc,

Luna rubens Zephyros minatur.

18 *Archilochium* constat tetrametro [d]bucolico, et tribus trochæis, ut est hoc,

Linea piscator tibi [e] *decidit in profunda ponti.*

[s] *spondeo* om. Putsch. [t] *voluptas*] *voluntas* B.M. [v] *partheniaco et ithyphallico*] *parchœmiaco et rafallico* B. *parchemiaco* ms. Leid. *parœmiaco* conj. Santenius. [w] *Remeavit ab arce tyrannus*] *remeabat ab archetyrannus* B. *remeabat* Call. [x] *Encomiologicum*] *ænittologium* Per. *Ænitologicum* Putsch. *nenchomioloicum* B. *Encomiologium* Call. [y] *velim*] *velle* B. *vellem* Putsch. [z] *Iambelegum*] *Iambilogium* Call. [a] *ligabant—lætificos*] *rigabant—lætifici* conj. Santenius. [b] *lætificos*] Addit h. l. Putschius, *Alcaicum spondeum constat penthemimeri spondaica et duobus dactylis, ut est hoc, Carmen relaxat tædia pectoris.* Call. et Santen. *Alcaicum constat pentimemeri dactylica et duobus trochæis, ut, Luna rubens zephyros comminatur. Alcaicum constat pentimemeri iambica et duobus dactylis, ut est hoc, Carmen relaxat tedia pectoris.* Secuti sumus fere Putschium. [c] *Alcaicum* etc. om. Putsch. [d] *bucolico*] *bucolico, acatalectico ithyphallico* Putsch. *bucolico ityphallico* Call. [e] *decidit*] *concidit* Putsch. Per. *concedit* M.

Galliambicum constat dimetro iambico catalectico et 19
anapæsto vel spondeo, cum [f]duobus iambis, ut est hoc,

[g]*Tenella crispat aura tremulos sinus freti.*

Archilochium constat penthemimeri dactylica et [h]di- 20
metro iambico [i]acatalecto, ut est hoc,

Sydera cuncta micant decore lucis aureo.

Archilochium constat dimetro iambico acatalecto et 21
penthemimeri dactylica, ut est hoc,

Indi Lyæo dediti tympana jam quatiunt.

[k]*Echoicum* dicitur quotiens sonus [l]ultimæ syllabæ pen- 22
ultimæ congruit, ut est hoc,

Exercet mentes [m]*fraternas grata malis lis.*

Reciprocus heroicus [n]in Sotadicum est quotiens a fine 23
[o]scansionis Sotadicum facit, ut est hoc,

Ire cupis si rus mala vites somnia quæso.
Quæso somnia vites mala si rus cupis ire.

Reciprocus iambicus in [p]Elegiacum est, quotiens a fine 24
[q]scansionis elegiacum facit, [r]ut hoc modo,

Micant nitore tecta sublimi aurea.
Aurea sublimi tecta nitore micant.

[s]*Rhopalicus* versus est, cum verba [t]prout sequuntur 25
per syllabas crescunt, ut est hoc,

Rem tibi [v]*confeci doctissime* [w]*dulcisonoram.*

Habes, lector, in compendio discendi manualem libellum, quem magis probabis, si tibi usus scribendi [x]pretium voluntatis exsolvat.

[f] *duobus iambis*] *duobus trochæis aut iambis* Putsch. [g] *tenella crispat*] *tenera recrispat* Putsch. B. [h] *dimetro* om. Putsch. [i] *acatalecto* om. Putsch. B. et infra. [k] *Echoicus*] *Etcoicum* Putsch. *Echoicum est quotiens* B. *Equoicum dicitur* Call. [l] *ultra syllabam penultimam corruit* Call. [m] *fraternas gratia rara*] *fraternis grata malis* B. *fraternas grata malis lis* Call. Mutatum forte ob Ovid. Met. I. 145. [n] *in Sotadicum*] *in sotadico* Putsch. [o] *scansionis*] *scansus* Putsch. B. Tum *est* Call. pro *facit*. [p] *Elegiacum*] *Elegiaco* Putsch. [q] *scansionis*] *scansus* B. Putsch. [r] *ut hoc modo*] *ut est hoc* Putsch. [s] *Rhopalicus*] *Eutropalicus* Call. [t] *prout*] *ut* Putsch. [v] *confeci*] *concessi* Putsch. [w] *dulcisonoram*] *dulcisonorum* Call. *dulcis honorem* Putsch. [x] *pretium voluntatis*] *voluntas* Putsch.

[a]COMMENTARIUM

RUFINI V. D. GRAMMATICI ANTIOCHENSIS IN METRA TERENTIANA.

[aa]EUANTHIUS in Commentario Terentii de fabula, hoc est [b]de comœdia, sic dicit: "Concinna argumento, "consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, "apta metro." Et postea sic: "Veteres etsi usi ipsi "quoque [c]metris negligentius iambici versus dun- "taxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio "vincuntur resolutione hujus metri quantum potest "comminuti ad imaginem prosæ orationis."

2 Asper in Commentario Terentii sic: "Hosce versus "agere cœpisset,

"*Itane patris ais adventum veritum hinc abisse domum.*

"Et deinceps quæ sequuntur quadrati."

[d]Diomedes sic: "Septenarium versum Varro fieri "dicit hoc modo, [e]cum ad iambum trisyllabus pes "additur, et fit tale,

"*Quid immerentibus noces? quid invides amicis?*"

"Similiter in Terentio versus est,

"*Nam si remittant quippiam [f]Philumenæ dolores.*

"Et in Plauto sæpe tales reperiuntur."

3 Varro de lingua Latina ad Marcellum sic:

"Quare in hujusmodi locis poni oportet notam in "transversum inter syllabas, frequentius ad extremum

[a] Commentarium] Sic Ald. *Commentarium Rufini de Metris Comicis* Ven. [aa] Euanthius] Euantius Ven. v. Terent. Westerhov. T. I. p. LV. [b] de comœdia] comedia Ven. [c] metris] in metris Ven. [d] Diomedes] p. 514. [e] cum] quum Ven. [f] Philumenæ] philomenæ Ven.

" versum senarium, et similes, si pro longa brevem
" habebunt, ut in hoc,

" *Amicus summus meus et popularis Geta.*"

Charisius sic: " Septenarium versum fieri dicit 4
" Varro hoc modo, cum ad iambum trisyllabus pes
" additur, ut præfatum est."

Bassius ad Neronem de iambico sic [g]dicit: " Iam- 5
" bicus autem, [h]cum pedes etiam dactylici generis
" assumat, desinit iambicus videri, nisi percussione ita
" [i]moderaveris, ut cum pedem supplodis, iambicum
" ferias: ideoque illa loca percussionis non recipi-
" unt alium quam iambum, et ei parem tribrachum,
" aut si alterius exhibuerint metri speciem. Quod
" dico, exemplo faciam illustrius. [k]Est in Eunucho
" [l]Terentii statim in prima pagina hic versus trime-
" trus,

" *Exclusit, revocat, redeam? non* [m]*si me obsecret.*

" [n]Hunc incipe ferire, videberis heroum habere in-
" ter manus; ad summam paucis syllabis in postremo
" mutatis, totus erit herous,

" *Exclusit, revocat, redeam? non si mea fiat.*

" Ponam dubium secundo loco pedem, propius ac-
" cedam,

" *Heros Atrides cœlitum testor fidem.*"

Varro in VII: " Clausulas quoque primum appellatas 6
" dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud [o]Ac-
" cium,

" *An hæc jam obliti sunt Phryges?*"

" Nonnunquam ab his initium fit, [p]ut apud Cæ-
" cilium,

" *Di boni quid hoc?*"

[g] dixit] dicit Ald. [h] cum] quum Ven. et infr. [i] moderaveris] īmoderaveris Ven. immod. Ald. [k] Est in] in Ven. Ald. [l] Terentii] in presenti Ven. Ald. [m] si me] sine me Ven. [n] hunc incipe —fiat om. Ven. Ald. [o] Accium] Actium Ven. [p] ut apud] apud Ven.

" Apud Terentium,

" *Discrucior animi.*"

7 Idem Varro in eodem lib. VII. de lingua Latina ad Marcellum sic dicit: " Aut in extremum senarium " totidem semipedibus adjectis fiat comicus quadratus, " ut hic,

" *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeo.*"

8 Trimetros versus iambicos Terentii et Plauti et ceterorum comicorum [q]et tragicorum M. Tullius senarios dicit et nominat: Quintilianus etiam trimetros senarios nominavit: et Flavius Caper in artibus suis trimetros versus iambicos Terentii senarios appellavit.

9 [r]De metris Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum Victorinus sic dicit: " Quantum autem " ad versum comicum spectat, ut paululum evagemur, " scio plurimos affirmare, Terentianas vel maxime " fabulas metrum [s]ac disciplinam Græcarum comœ- " diarum non custodisse, id est quas Menander, Phi- " lemon, Diphilus, et ceteri ediderunt. Nostri enim " in modulandis rhythmis seu metris veteris comœ- " diæ scriptores sequi maluerunt, id est Eupolim, " Cratinum, Aristophanem. Prologos itaque et pri- " marum scenarum actus trimetris comprehenderunt: " deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt " qui appellantur quadrati: postea in sequentibus va- " riaverunt: modo enim trimetros, modo addito qua- " drante vel semisse posuerunt; id est semipede ad- " jecto, vel integro pede iambo vel sesquipede hæc " per medios actus, varie rursus in exitu fabularum " quadratos, quales diximus in secunda scena locave- " runt. Sed idem quadrati legitimi cum XVI syllabis " juxta jus proprium constare debeant, plerumque in-

[q] et tragicorum om. Ven. Ald. et mox om. senarios. [r] De metris—sic dicit om. Ven. Vid. supra p. 105. [s] ad] ac Ven.

" veniuntur xx aut amplius syllabarum: hinc existi-
" mantur metrum non tenuisse, nec sua lege compo-
" suisse. Quod vero ad clausulas, id est minuscula
" cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem
" [t]membra pro clausulis poni possunt, et solent in
" canticis magis quam [v]diverbiis, quæ ex trimetro ma-
" gis subsistunt, collocari, et præcipue apud Plautum
" et Nævium et Afranium. Nam hi maxime ex om-
" nibus membris versuum, colis ab his separatis li-
" center usi reperiuntur in clausulis."

Idem Victorinus in [w]alio loco de iambo sic dicit: 10
" Improbatur autem apud tragicos versus ex omnibus
" iambis compositus: nam quo sit amplior, et par tra-
" gicæ dignitati, interponunt frequentius locis dun-
" taxat imparibus pedum [x]dactylicorum moras et
" spondeum. Similiter apud comicos laxius spatium
" datum est: nam et illi loca, quæ proprie debentur
" iambis, spondeis occupant, dactyloque et anapæsto
" locis adæque disparibus. Ita dum quotidianum ser-
" monem imitari nituntur, metra vitiant studio non
" imperitia: quod frequentius apud nostros quam apud
" Græcos invenies. Genera autem iambici metri sunt
" duo: nam ex iis alia integra, alia clauda, quæ sca-
" zonta seu [y]choliamba vocant, sunt: quorum differen-
" tiam penultima versus syllaba demonstrabit. Nam
" si brevis contigerit, erit rectum et integrum iambi-
" cum, ita,

" *Vigoris adde concitum celerem pedem.*

" Sin vero longa, delumbe et claudum, ut est,

" *Novitate ductus non est inscius legis.*

" *le* longa quæ penultima reperitur, metrum cor-
" rumpit. Hujus repertor Hipponax. Nam pro iam-

[t] membra] metra Ven. [v] diverbiis] deverbiis Ven. [w] alio loco] p. 108. [x] dactylicorum] dactylorum Ven. Ald. [y] choliamba] coriamba Ven. Ald.

" bo inductis trochæis contra legem trimetri iambici,
" metrum innovavit, quod adæque ex spondeo con-
" tingit."

Versus Rufini Grammatici de Metris Terentii et Plauti et aliorum.

11 [a]*Agnovit metrum, servatque Terentius artem,*
Nam prologos trimetro didicit componere versu,
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.

[b]Ut sunt hi versus prologi,

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Vos istæc intro auferte, abite. Sosia
Adesdum, paucis te volo. Dictum puta.

[c]*Tetrametros sequitur quem finxerat ille* [d]*Boiscus.*

12 Quales sunt isti versus,

Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.

Qui [e]sequitur dimetrus est, id est quattuor simplices pedes habet,

Verebar quorsum evaderet.

Item tetrametri similes hi de iambo,

Enimvero Dave nihil [f]*loci est segnitiæ, neque socordiæ.*

13 [g]De iambo trochaicum Archilochicum unde fieri dicunt metrum.

Creticon Archilochus supra caput addit [h]*iambi.*

Quales sunt isti,

Dii [i]*boni, boni quid porto? Sed ubi inveniam Pamphilum.*
Lætus est nescio quid. Nihil est, nondum hæc rescivit mala.

[a] Agnoscit] agnovit Ven. Ald. [b] ut sunt h. v. prologi om. Ven. Ald. [c] Tetrametros] Tetrametro Ven. [d] Boiscus] Boistus Ven. [e] sequitur dimetrus] post hunc sequitur dimeter Ven. Ald. [f] loci est om. Ven. [g] De iambo om. Ven. Ald. [h] iambi] iambum Ven. Ald. [i] boni] boni boni Ven. Ald.

De iambo Hipponactico, 14

Ultimus [k]*amphibrachys velocem claudit iambum,*
Aut bacchius erit finis discrimine nullo.
Utitur Hipponax hoc metro [l]*maximus auctor.*

Quales sunt hi versus, 15

Ne forte imprudens faciam quod nolim, scies cavebo.
Nam si remittant quippiam [m]*Philumenæ dolores.*
Legitimum interdum subscenis ponit iambum,
Obsequium amicos, veritas odium parit.
Utitur his Plautus metris et mille poetæ.
De pedibus quibus hæc consistunt metra notabis:
Dactylus aut spondeus inest, vel cursor iambus,
Aut anapæstus erit, positi discrimine nullo
Partibus in quinis: nam post celer extat iambus,
Pyrrichiusve citus finem concludere possit.

[n]Ut sunt hi tales, 16

Exclusit, revocat, redeam? non si me obsecret:
Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.

De [o]nomine talium versuum sive metrorum.

Græcus [p]*apemphænonta solet memorare poeta,*
Immanifesta vocant hæc carmina voce Latini.
Hunc trimetrum veteres Graii cognomine dicunt,
Quod pedibus junctis hunc scandere sæpe solebant.
Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit.

Quales sunt isti, 17

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso.

De metris comicis.

Tetrametros trimetrosque capit comœdia versus.
Tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus,
Creticon Archilochus trimetro superaddidit ingens,
Amphibrachum trimetro Hipponax supponit iambo.
Fulserat hac Plautus, pulcherque Terentius arte.

[k] amphibrachys] amphibracus Ven. [l] maximus] sæpius Ven. Ald. [m] Philumenæ] Philomenæ Ven. [n] Ut sunt tales om. Ven. Ald. [o] nomine] nomine vero Ven. Ald. [p] apamphænonta] pamphenonta Ven.

18 Terentianus de iambis fabularum sic dicit,

Culpatur autem versus in tragœdiis,
Et rarus intrat [q]*ex iambis omnibus,*
Ut ille contra qui secundo et talibus
Spondeon, aut quem comparem [r]*receperit:*
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Ut quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, [s]*et cæteris æque locis,*
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
[t]*Paulumque rursus a solutis differant.*
[v]*Magis ista nostri: nam fere Græcis tenax*
Cura est iambi, vel [w]*novellis comicis,*
Vel qui in vetusta [x]*præcluent comœdia.*
[y]*Aristophanis ingens emicat sollertia,*
Qui sæpe metris multiformibus [z]*novis*
Archilochon arte est æmulatus musica.

19 Sisenna in commentario Pœnuli Plautinæ fabulæ sic: [a]" Halonium [b]Pœni dicunt [c]deum et producenda " syllaba metri [d]gratia exigit iambus."

20 Scaurus in commentario Plauti in Pseudulo [e]dicit: " Malai διαίρεσις metri causa." Scaurus in eadem fabula sic: " Nunc iam: iam divisit in duas syllabas " metri causa." [v. Plaut. Pseud. I. 5, 82.]

21 Sisenna in Rudente sic: " Fuit [f]extente prima syl- " laba metri causa." Et postea sic: " [g]Habiliore me- " tro usus est, ut solet in mulierum oratione." Postea sic: " Latronem producit metri causa."

q ex iambis] et iambis Ven. r receperit] recipito Ven. s et in] ut Ven. t paulumque] paululumque Ven. v Mage] magis Ven. Ald. w novellis] novelle Ven. x præcluent] prælucent Ven. Ald. y Aristophanis] Idem Terentianus Aristophanes Ven. z novus] novis Ven. a Halonum Ald. b Pœni] poni Ven. c deum] domini Ven. d gratia] causa Ven. e dicit] sic dicit Ven. et om. malai—causa. f extente] extrita Ven. g Habiliore—postea sic om. Ven.

Idem Sisenna in Amphitryone sic: " His quattuor 22
" generibus quintum accedit, de genere versuum [h]qui
" non sunt uniusmodi."

Idem Sisenna in Captivis sic: " Hic [i]ornatu s litte- 23
ram metri causa [k]amisit."

Idem Sisenna in Aululariа sic: " Hæc scena ana-
" pæstico metro est, [l]sed concisa sunt, ut non intel-
" ligas."

Juba in libro quarto sic dicit: " Iamborum itaque 24
" exempla quæ [m]maxime frequentata sunt subdidi:

[n]Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ.
[o]Ξανθῇ παλαιῇ γρηῒ πολλῇσιν φίλῃ.
Οἶδ', ὑπὸ γὰρ ὑμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους.
Ἱμάτιον ἐφόρει μαλακὸν ἐρίων Σικελικῶν.
Τὸ δὲ προσκεφάλαιον φησὶν ἅμα σοὶ βούλομαι.
Videre non vult [p]*Cœlium Panætius*
Misera marino quæ [q]*tumida litore*
Vallis per imas amne labens cærulo.
Armiger [r]*in Ida pede vago litora petens*
Cærula, non aliter superans [s]*liquida malaciæ.*
[t]Παρὰ σοφοῦ [v]μάθε κλύων ὅσα τις ἂν καταμάθοι.
[w]*Rape faces, cape puer, sopor abit, cane melos.*

In alio loco sic: " Iambicum metrum non ex solis 25
" iambis conscribitur, sed quinque suscipit pedes, id
" est iambum, tribrachum, anapæstum, dactylum, et
" spondeum, hoc est iambum et spondeum et solu-
" tiones eorum, scilicet ex iambi solutione tribrachum,

[h] qui non] qui Ven. Ald. [i] ornatu S] ornatus Ven. [k] amisit] misit Ald. [l] sed concisa] s3 cōcisa Ven. sed conversa Ald. [m] maxime om. Ven. Ald. [n] Πάτερ—βούλομαι om. Ven. [o] Ξανθῇ—βούλομαι om. Ald. [p] Cœlium Panætius] cœlum paneus Ven. cœlum P. Ald. [q] tumida] timidam Ven. Tum *in* addit Ald. [r] in Ida] unda Ven. huda Ald. [s] liquida malaciæ] liqua maliciæ Ven. Ald. [t] Παρὰ etc. om. Ven. [v] μάθε κλύων] μεμάθηκ' ἐγὼν Ald. [w] Rape facis] faces cape Ven. et mox rane melis.

" (nam si sequentem longam syllabam in duas breves
" solvas, fiet de iambo tribrachus,) spondei autem
" solutiones duas, dactylum et anapæstum; nam si
" prior syllaba spondei solvatur in duas breves, fiet
" anapæstus, si vero secunda, fiet dactylus. Unde
" datur intelligi, iambica metra de iambo et spondeo
" fieri, et de eorum solutionibus."

26 De [t]choliambo sic: " Est autem proceritas ejusdem
" versus qui unius pedis differentia nomen amittit.
" Nam quod sexto loco, qui locus par est, non iambus,
" sed spondeus vel trochæus accipitur, et a longa inci-
" pit syllaba, claudum carmen facit, et [v]choliambicum
" nominatur, ut est,

[w]Ὦ Κλαζομένιοι Βούπαλος κατέκτεινεν.
ἀκουσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἄλλ' ἥκω.
[x]*O quæ tenerulæ comparis tenes crinem,*
[y]*Sudes in ista Veïa* [z]*latent fossa.*

27 " Quod autem binis pedibus et non singulis scan-
" ditur, vetus institutum est. Quippe Herodotus, anti-
" quus historiæ auctor, cum de heroico diceret versu,
" quem singulis partiri pedibus moris est, ita dixit:
" [a]καὶ σφὶν ἠπίθυνα φήσω ἄλυσιν. Unde apparet heroi-
" cum singulis pedibus scandi etiam apud veteres
" solitum, iambicum autem binis. Idem autem ait,
" cum de [b]Archilocho Pario refert, qui [c]Gygæ fabulam
" optime complexus est ita, [d]Γύγεω αὐτοῦ καὶ Ἀρχίλοχος
" Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς [e]ὑπέμνησεν ἰάμβῳ τρι-
" μέτρῳ.

[t] choliambo] coriambo Ven. [v] choliambicum] choriambicum Ven. [w] Ὦ κλ. etc. om. Ven. [x] O quæ] o quem Ven. [y] Seu des—veia—fossa Ald. [z] veia latet] via latent Ven. [a] Καὶ σφὶν etc. om. Ven. Pro καὶ σφὶν—ἄλυσιν cit. ΗΤΙΘΥΠΙΝ ἀφικομένοισιν Scal. Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται, Καὶ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ πολυμεφίδα παρ' Ἕρμον Φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι ed. Ascens. Leg. ἡ Πυθίη . . . [b] Archilocho] Archiloico Ven. [c] Gigæ] Gygæ Ven. Ald. [d] γίγεω αὐτοῦ] γίγνεσθον Ald. Gr. om. Ven. Vid. Herodot. I. 12. [e] ὑπέμνησεν] ἐπῆνεσεν Ald.

" Meminit autem versus ejus Herodotus, quem ap-
" plicui, [f]οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει."

Et hactenus de catalectico trimetro dictum. De 28
octometro [g]Boiscio idem sic [h]dicit: " Octometrum
" catalecticum quod appellatur [i]Boiscium,

" Βοΐσκος ὁ ἀπὸ Κυζικοῦ παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
" τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι [k]δῶρον.
" *Boiscus* [l]*iste* [m]*Cyzico* [n]*novi repertor carminis:*
" *Nam primus versum* [o]*octonum pedum deo dicaverat.*"

Firmianus ad Probum de metris comœdiarum sic di- 29
cit: " Nam quod de metris comœdiarum [p]requisisti,
" et ego scio plurimos existimare Terentianas vel ma-
" xime fabulas metrum non habere comœdiæ Græcæ,
" id est, Menandri, Philemonis, Diphili, qui trimetris
" versibus constant. Nostri enim veteres comœdiæ
" scriptores in modulandis fabulis sequi maluerunt Eu-
" polim, Cratinum, Aristophanem, ut præfatum est."

Mensuram esse in fabulis, hoc est [q]μέτρον, Te- 30
rentii et Plauti, ac ceterorum [r]comicorum et tragico-
rum, [s]dicunt hi, Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro,
Victorinus, Cæsius Bassus, Terentianus, [t]Cæcilius

[f] ὦ μήτε γίγεω] ὦ μοι τ' ἀργυρέου τοῦ Ald. [g] Boiscio] Boisco Ald. Boisto Ven. [h] dixit] dicit Ven. Ald. [i] Boiscium] Coistum Ven. ubi Gr. om. [k] δῶρον] δωρεάν Scal. [l] iste] is de Ald. [m] Cyzico] zyzico Ven. [n] novi jovi Ven. [o] octonum pedum—dicaverat] octono pede—dicavit Ven. Ald. [p] requisisti] requisti Ven. [q] μέτρον] metrum Ven. [r] comicorum et tragicorum om. Ven. [s] dicant] dicunt Ven. Ald. Cæcilius] Cælius Ven. qui om. Vindex.

29. ut præfatum est] Prologos igitur et primarum actiones trimetris comprehenderunt, deinde longissimos id est tetrametros subdiderunt, qui appellantur quadrati, in consequentibus deinceps variaverunt. Modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est vel semipede adjecto, vel integro pede iambo, vel sesquipede. Hæc per medios actus. Varie rursus in exitu fabularum quadratos quales diximus in secunda scena locaverunt. Sed iidem quadrati legitimi cum XVI syllabis juxta jus proprium constare debeant, tamen plerunque fiunt XX aut amplius syllabarum: hinc putantur metro carere nec lege ulla contineri. Ald. Delevit Scal. addita hac nota, *Deerant in V.* Vid. supra s. 9.

Vindex, Sisenna, [f]Cinna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenus, Asper, [g]Flavianus Caper, Aruntius, Probus, Plinius, Euanthius Sacerdos [h]qui et Donatus, Juba.

Hæc ego Rufinus collegi mente benigna,
Discipulisque dedi munera pulchra libens.

Cap. II. *Versus Rufini clarissimi [i]literatoris de compositione et metris oratorum.*

Musigenæ numeros vates et metra sequuntur,
Orator numeros, hæc illi maxima virtus,
Ne vagus errando laudandam nesciat artem.
Rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat.
Dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus
Spondeusque gravis, numeroque aptissime [k]pæan.
Temporibusque pares, quamvis et syllaba crescat.
Continuos fugito multos (fit versus) eosdem.
Optimus orator sequitur ratione poetas.
Cognatus virtute sua, metrumque recusans
Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.

2 Item sic:

Doctus Aristoteles [l]pæanem laudat utrumque:
A longa incipiens primordia pulchra locabit,
[m]Aspicere *ut verbum est, contrarius ille supremus.*
Tullius hunc laudat, cui sit penultima longa;
Esse *trochæus adest,* videatur *tertius ille*
Quem pæana vocat, musis devota vetustas,
Hic membris melior nostris cui tertia longa.

3 Versus ejusdem de numeris et pedibus oratorum:

Rhetoricas pulchre structuras dochmius ornat,
Principium bacchius erit, concludet iambus,

[f] Cinna om. Ven. [g] Flavius] Flavianus Ven. Ald. [h] qui et Donatus] quod etiam docuit Donatus Ven. [i] literatoris] viri clarissimi de litteraturis Ven. [k] pæan] pæon Ven. qui mox eisdem. [l] pæanem] pæonem Ven. [m] aspicere ut verbum est] Aspice versus ut est Ven.

Aut vice mutata nomen mutabitur uni.
[n] *Primus iambus erit, cum finem creticus explet.*
Prima brevis, longæque duæ, brevis, ultima longa,
Exemplumque artis dabitur respublica *nobis,*
[nn] *Quam Cicero casu genitivo ponere gaudet.*
Hoc pede composito laudatur fama pedestris,
Ut docet Ausonius orator Tullius ingens.
Omnibus iste locis numerum pes efficit aptum,
Longa brevem sequitur, longam brevis, adjice longam,
Syllaba prima brevis cum syllaba longa secunda,
Tertia longa, brevis quarta, productaque quinta
Tullius orator, ceu multi dochmion ornat.

Item sic: 4

Creticus atque trochæus erit qui claudere possunt,
Aut spondeus inest nullo discrimine finis.
[o *Aut vice mutata nomen mutabitur illis.*]
Principioque trochæon habes, in fine molossum.
At finis bacchius erit, brevis ultima claudet.
Longa sit anne brevis, nullum discrimen habetur.
Ut solet in metris doctus componere vates.
Aut [p] *Asiæ numeris pulcher, bis fine trochæus.*
Sed magis erigitur spondeo clausula fortis.
Hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.

[q] Item versus Rufini: 5

Spondeo narrare solent tibi rhetores acta,
Quod gravis et tardus, res gestas mentibus affert,
Dactylicis certant pedibus qui currere possunt.
Dicimus egregios Theopompi more labores,
Et vitam insignem laudamus Isocratis [r] *arte,*
Hic stilus historiis, hic laudibus aptior hæret.

De ambitu sive circuitu, quem Græci [s] περίοδον dicunt. 6

Dicere musa jubet, me dicere jussit Apollo,
[t] *Circuitum orator* [v] *quot membris reddere debet,*

[n] primus] pronus Ven. [nn] Quem] Quam Ven. Ald. [o] Aut vice—illis om. Ven. Ald. [p] Asiæ] adsit Ven. Ald. [q] Item versus Rufini om. Ven. Ald. [r] arte] artem Ven. [s] περίοδον om. Ven. [t] Circuitum] Circuitu Ven. [v] quot] quid Ven.

Vos Phœbi comites animis hæc condite vestris,
Et memores doctis componite mentibus artem:
Non unum natura dedit nos ferre laborem,
Legibus [v]*alternis quæ pulchras junxerat artes.*
Quattuor e membris plenum formare videmus
Rhetora circuitum, sic ambitus ille vocatur,
Quattuor ex metris hunc versibus aspicis æquum.

7 De genere judiciali, [w]*περὶ τοῦ δικανικοῦ.*

Judiciis pæana refert tibi Tullius aptum.

De genere deliberativo, [x]*περὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ.*

Si quis rem dubiam deliberat armat iambus.
Dactylus his causis tibi [y]*dicitur aptus utrisque.*

8 De Theophrasto idem Rufinus metro Sapphico sic:

Rhetoras pulchros Theophrastus ornat,
Membra dispergens bona dithyrambi
Fusa per artes, anapæstus idem
Floret in arte.
Longior fluxit [z]*numerus per* [a]*artem,*
Quem dedit nobis anapæstus ille.
[b]*Hinc pedes claros loca dithyrambi*
Rhetores aptant.

9 [c]Cicero de numeris oratoriis sic dicit: "Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia, maxime qui dichoreus vocatur, cum duo [d]chorei extremi sunt, id est singulis longis et brevibus. Explanandum est enim quod jam ab aliis iidem pedes aliis vocabulis nominantur. Sed in orationis numero, nihil est tam vitiosum quam si semper est idem. Cadit autem per se ipse ille præclare,
10 quo etiam satietas formidanda est magis."

[v] alternis] alterius Ven. [w] *περὶ τοῦ δικανικοῦ* om. Ven. Ald. [x] *περὶ τοῦ συμβ.* om. Ven. Ald. [y] dicitur] dabitur Ven. [z] numerus] numeris Ven. [a] artem] artes Ven. [b] Hinc pedes claros loca] Claros hic locos ille Ven. [c] Cicero] Orat. c. 63. [d] chorei] chori Ven. [e] Quintilianus] Inst. IX. 4, 63.

[e]Quintilianus in arte de numeris et structura Demosthenis sic dicit: "Nam eo fit ut Demosthenis severa "videatur compositio, [f]τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, et "illa, quod ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, "ceteris placet, [g]κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ." Idem in [h]alio loco sic: "Talia sunt Demosthenis [i]πᾶσι καὶ πάσαις "καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Et pene totum principium." In [k]alio sic: "Est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo, vel ex "iambo et cretico, stabilis in clausulis et severus. Spon- "deus quoque quo plurimum est Demosthenes usus."

[l]Diomedes sic dicit in libro [m]secundo artis suæ: 11
"Igitur spondeus e duabus syllabis longis aptus est "clausulis, qualibus maxime Demosthenes utitur, [n]πᾶσι "καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Habet enim graves sonos, "finemque sensus, et clausulæ firmas sedes constituit, "ut *reipublicæ caussa, et arma sumpsi, et esse pro* "*nobis.* Gravior est autem longa syllaba præcedente "quam brevi: aliter enim sonat *arma sumpsi*, aliter "[o]*esse pro nobis.*"

Cicero ad [p]Herennium in arte sic [q]περὶ ὑπερβάτου: 12
"Hujuscemodi transjectio, quæ rem non reddit obscu- "ram, multum proderit ad continuationes, de quibus "ante dictum est: de quibus oportet verba sicuti ad "poeticam extruere numerum, ut perfecte et [r]perpo- "litissime possint esse absolutæ."

De numeris, id est de structuris, sive de continua- 13
tione, sive de compositione [s]Cicero sic dicit: "Lon- "gissima est igitur complexio verborum, quæ volvi "uno spiritu potest: sed hic naturæ modus est, artis

[f] τοῖς—πάσαις om. Ven. [g] κἂν—τοξεύῃ om. Ven. κἂν μήπω βαλλοίμην αὐτὸ ζῆν Ald. [h] alio loco] ib. s. 73. [i] πᾶσι—ὑμῖν] τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφροσύνῃ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. δεῖ δὴ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτου οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων Ven. [k] alio] ib. s. 97. [l] Diomedes] Lib. II. p. 465. [m] secundo] XI Ven. [n] πᾶσι etc. om. Ven. [o] esse om. Ven. Ald. [p] Herennium] Lib. IV. c. 32. [q] περὶ ὑπερβάτου om. Ven. qui mox poterit. [r] politissime] ppolitissime Ven. [s] Cicero] De Orat. III. 47.

" alius. Nam cum numeri sint plures, iambum et tro-
" chæum frequenter segregat ab oratore Aristoteles, Ca-
" tule, [t]vester: qui natura tamen [v]incurrunt ipsi in
" orationem et sermonem [w]nostrum. Sed sunt in-
" signes percussiones eorum numerorum et minuti pe-
" des: quare primum ad heroum nos dactylici, et ana-
" pæsti, et spondei pedem invitat, in quo impune pro-
" gredi licet duos duntaxat pedes aut paulo plus, nec
" plane in [x]versum aut in similitudinem versus incidi-
14 " mus. Aliæ sunt geminæ, quibus hi tres heroici pe-
" des in [y]principia continuandorum verborum satis de-
" core cadunt. [z]Probatur autem ab eodem illo maxime
" [a]pæan, qui est duplex. Nam aut a longa oritur,
" quam tres breves consequuntur, ut hæc verba, *desi-*
" *nite, incipite, comprimite:* aut a brevibus deinceps
" tribus extrema producta atque longa, sicut illa sunt,
" *domuerunt, sonipedes.* Atque illi philosopho ordiri
" placet a superiore [b]pæane, posteriore finire. Est au-
" tem pæan hic posterior non syllabarum numero, sed
" aurium mensura, quod [f]est acrius judicium et certius,
" par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa,

" *Quid petam præsidi, aut exequar, quove nunc.*

" A quo numero exorsus est Fannius, *Si, Quirites, mi-*
" *nas illius.* Hunc ille clausulis his aptiorem putat,
" " [c]quas vult longa plerumque syllaba terminare."
15 Postea in [d]eodem tertio [e]libro de oratore sic dicit:
" Sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio
" [f]est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vinci-
" enda: neque [g]vos pæan, aut herous ille [h]conturbet,

[t] vester] ut Ven. Tum *qui* Ald. [v] incurrunt ipsi] incurrit ipse Ven. [w] nostrum] primarium Ven. [x] versum] versus Ven. [y] principio] principia Ven. [z] probatur] probatio Ven. [a] pæan] peon V. et inf. [b] pæane] pæone Ven. [c] quas] quem Ven. [d] eodem] c. 49. [e] lib.] hoc Ven. [f] est om. Ven. [g] vos] nos Ven. [h] conturbet] conturbat Ven.

" ipsi occurrent orationi, ipsi inquam se offerent, et
" respondebunt non vocati. Consuetudo modo illa sit
" scribendi atque dicendi ut sententiæ verbis finian-
" tur, eorumque verborum junctio nascatur a proceris,
" ac liberis, maxime heroo, aut pæane priore, [i]aut
" cretico, sed varie distincteque considat: notatur enim
" maxime similitudo in conquiescendo. Et si primi ac
" postremi pedes sunt hac ratione servati, medii pos-
" sunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit aut
" brevior quam [k]aures expectant, aut longior quam vi-
" res atque anima patiatur. Clausulas autem diligen- 16
" tius etiam servandas esse arbitror quam superiora,
" quod in his maxime perfectio atque absolutio [l]indi-
" catur. Nam versus æque prima et media et extrema
" pars attenditur, qui debilitatur in quacunque parte
" titubatum est. In oratione autem pauci prima cer-
" nunt, postrema plerique, quoniam apparent et intel-
" liguntur. Varianda sunt, ne aut animorum judiciis
" repudientur aut aurium satietate. Duo enim aut tres
" fere sunt extremi servandi et notandi pedes, si modo
" non breviora et [m]præcisa erunt superiora, quos aut
" choreos, aut heroos, aut alternos esse oportebit, aut
" in pæane illo [n]posteriore, quem Aristoteles probat,
" aut ei pari cretico. Horum vicissitudines efficient, 17
" ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitu-
" dinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere
" videamur." [o]Postea sic: " Verum ut in versu vul-
" gus, si est peccatum, videt, sic si quid in nostra ora-
" tione claudicat, sentit, sed poetæ non ignoscit, nobis
" concedit. Taciti tamen omnes non esse illud, quod
" diximus, aptum perfectumque cernunt."

[i] aut cretico om. Ven. Ald. [k] aures] res Ven. [l] indicatur] videatur Ven. [m] præcisa erunt] p̄cesserint Ven. [n] posteriore] superiore Ven. Ald. [o] postea] Sc. c. 51.

18 Idem M. Cicero in [p]Oratore de pedibus et numeris incisorum, id est [q]κομμάτων, et membrorum, id est κώλων, et ambituum sive circuituum, id est περιόδων, sic dicit: "Apud Græcos quidem jam anni quadringenti sunt "prope cum hoc probatur, nos nuper agnovimus." Postea sic: "Quod si aures tam inhumanas tamque "agrestes habent, ne doctissimorum quidem [r]virorum "eos movebit auctoritas. Omitto Isocratem discipulos- "que ejus [s]Ephorum et Naucratem, quamquam oratio- "nis [t]faciendæ et ornandæ auctores, locupletissimique
19 "ipsi oratores esse debeant. Sed [u]quis hominum doc- "tior? quis acutior? quis in rebus vel inveniendis vel "judicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati "adversus infensius? Is igitur versum in oratione vetat "esse, numerum jubet. Ejus auditor [v]Theodectes, in "primis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor "atque artifex, hoc idem sentit et præcipit. Theo- "phrastus vero eisdem de rebus etiam accuratius. "Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent, "nisi omnino hæc esse ab iis præcepta nesciant?"

20 In [w]alio loco sic dicit: "Fluit omnino numerus a "primo tum incitatus brevitate pedum, tum proceritate "tardius: cursum contentiones magis requirunt; ex- "positiones rerum, tarditatem."

21 In alio sic: "[x]*Cur de perfugis nostris copias com-* "*parant contra nos.* Sunt illa duo prima, quæ κόμματα "Græci vocant, nos incisa dicimus, deinde tertium κῶλον "illi, nos membrum: sequitur non longa (ex duobus "enim versibus, id est membris perfecta) comprehen- "sio, [xx]et in [y]spondeos cadit. Et Crassus quidem sic

p Oratore] c. 51. q κομμάτων] ἐγκεκομμένων Ven. r virorum om. Ven. s Ephorum] Euphorum Ven. t faciendæ] facundæ Ven. u quis om. Ven. v Theodectes] Theodotes Ven. w alio] c. 63. x Orat. c. 66. xx et in] est et in Ven. y spondeos] spondeo Ven.

" plerumque dicebat, idque ipsum genus dicendi ma-
" xime probo. Sed quæ incisim, aut membratim [z]ef-
" ferunt, ea vel aptissime [a]cadere debent, ut est apud
" me: *Domus tibi deerat? at habebas: pecunia super-*
" *abat? at egebas.* Hæc incise dicta sunt quattuor.
" [b]At membratim quæ sequuntur duo, *incurristi amens*
" *in columnas,* [c]*in alienos insanus insanisti.* Deinde 22
" omnia tanquam crepidine quadam [d]comprehensione
" largiore sustinentur, *depressam, cæcam, jacentem do-*
" *mum, pluris quam te et fortunas tuas æstimasti.* Di-
" choreo [e]finitur, [f]at spondeis proximum illud. Nam
" his, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas faciet
" [g]ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis utendum
" est, plerumque binis, et utrisque addi pars pedis po-
" test, non fere ternis amplius. [h]Incisim autem et mem-
" bratim [i]tractata oratio in veris causis plurimum valet,
" maximeque [k]iis locis cum aut arguas, aut refellas: ut
" nos in Corneliana secunda, *O callidos homines, o rem*
" *excogitatam, o ingenia metuenda,* membratim adhuc,
" [l]deinde cæsim diximus. Rursus membratim, *Testes* 23
" *dare volumus.* Extrema sequitur comprehensio, sed
" ex duobus membris qua non potest esse brevior,
" *Quem* [m]*quæso nostrum* [mm]*fefellit, ita* [n]*vos esse fac-*
" *turos.* Nec ullum genus dicendi est aut melius, aut
" fortius, binis aut ternis [o]ferire verbis, nonnunquam
" singulis, paulo alias pluribus, inter quæ variis clausu-
" lis se interponit raro numerosa comprehensio."

[z] efferunt] offerunt Ven. Ald. sup. vicissim Ald. [a] cadere] cadē Ven. [b] At] autem Ven. [bb] duo om. Ven. [c] in alienos] alienas Ven. qui om. insanus. [d] comprehensione] comprehensio est Ven. [e] finitur] finitum Ven. [f] at] aut Ven. [g] ipsa] et ipsa Ven. [h] incisim] inversim Ven. [i] tractata] tracta Ven. [k] iis locis] ejus locus Ven. [l] deinde cæsim] et incisim Ven. [m] quæso nostrum] quasi numerum Ven. [mm] fefellit] refellit Ven. [n] vos] nos Ven. [o] fere] ferire Ven. Ald. [p] Idem] Item Ven. et mox om. de Theophrasto.

24 [p]Idem sic dicit de Theophrasto: " [q]Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem quæ " quidem sit polita atque facta [r]quodammodo, non " astricte, sed remissius numerosam esse [s]oportere. Et- " enim sicut ille suspicatur, post anapæstus procerior " quidem numerus effloruit, inde ille licentior et divi- " tior fluxit dithyrambus, cujus membra et pedes, ut
25 " ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa."

Idem Cicero in [t]Bruto sic: " Extitit igitur jam senibus illis, [v]quos paulo ante diximus, Isocrates, cujus " domus cunctæ [w]Græciæ quasi ludus quidam patuit " atque officina dicendi, magnus orator et perfectus ma- " gister, quanquam forensi luce caruit, intraque parietes " aluit eam gloriam, quam nemo, meo judicio, est " poeta consecutus. Is et ipse scripsit multa præclare, " et docuit alios, et cum cetera melius quam [x]superio- " res, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, " dum versum effugeret, modum tamen et numerum " quendam oportere servari. Ante hunc enim verbo- " rum quasi structura et quædam ad numerum con- " clusio nulla erat, [y]aut si quando erat, non apparebat " eam dedita opera esse quæsitam. Quæ forsitan laus " sit, veruntamen natura magis tunc, casuque nonnun- " quam, haud ratione aliqua, aut ulla observatione
26 " fiebat."

[z]Fl. Sosipater Charisius de numeris sic dicit: " [a]Bacchicum metrum tale est,

" *Bacchare, lætare, præsente Frontone.*

" hoc videtur ad [b]prosam convenire. Et sane multis " pedibus in oratione utimur, licet stulti putent libe- " rum a vinculis pedum sermonem prosæ esse debere."

[q] De Orat. III. 48. [r] quodammodo] g. nō Ven. [s] oportere] oportet Ven. [t] Bruto] c. 8. [v] quos] quod Ven. [w] Græciæ] gratiæ Ven. [x] superiores] superior Ven. [y] aut si quando erat om. Ven. [z] Fl.] Flu. Ven. Ful. Ald. v. Diomed. p. 513. [a] Bacchium] Bacchiacum Ven. Bacchicum Ald. [b] prosam] psonam Ven.

[c]Cicero de numeris sic dicit: "Versus enim illi vete- 27
" res in hac soluta oratione propemodum, hoc est, nu-
" meros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt."
Postea sic: " Idque princeps Isocrates instituisse fer-
" tur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudi-
" nem delectationis atque aurium caussa (quemadmo-
" dum scribit discipulus ejus Naucrates) numeris
" astringeret. Namque hæc duo musici, qui erant
" quondam item poetæ, machinati ad voluptatem sunt
" versum atque cantum, [d]ut et verborum numero, et
" vocum modo et delectatione vincerent aurium satieta-
" tem. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, et 28
" verborum conclusionem, quoad orationis severitas
" pati posset, a poetica ad eloquentiam traducenda
" [e]duxerunt. In quo illud est vel maximum, quod
" versus in oratione, si efficitur conjunctione verbo-
" rum, vitium est, et tamen eam conjunctionem, sicuti
" versum numerose [f]cadere et quadrate, et perfici vo-
" lumus. Neque est ex multis rebus quæ magis ora-
" torem ab imperito dicendi ignaroque distinguat."
Idem [g]Cicero: " Nam etiam poetæ quæstionem attu- 29
" lerunt, quidnam esset [h]illud [i]quo [k]ipsi differrent ab
" oratoribus: numero maxime videbantur antea [l]et
" versu, nunc apud oratores jam ipse [m]numerus con-
" crebuit. Quicquid enim est quod sub aurium men-
" suram aliquam cadit, etiamsi abest a versu (nam id
" quidem vitium orationis est) numerus vocatur, [n]qui
" Græce dicitur ῥυθμός. Itaque video visum esse non- 30
" nullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a
" versu, tamen quod incitatius feratur, et clarissimis

[c] Cicero] De Or. III. 44. [d] ut et] et ut Ven. [e] duxerunt] deduxerunt Ven. qui sup. et a poet. [f] cadere] cadē Ven. [g] Cicero Orat. c. 20. [h] illud] illis Ven. [i] quo] quod Ven. Ald. [k] ipsi] ipsi orbe Ven. [l] et versu om. Ven. Ald. [m] numerus] rhythmus numerus Ven. [n] qui Græce dicitur ῥυθμός] inter græcos et latinos Ven.

" verborum luminibus utatur, potius poema putan-
" dum, quam comicorum poetarum; apud quos, nisi
" quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissi-
31 " mile sermonis."

[o]Victorinus de compositione sic dicit: " Creticum,
" qui [p]est ex longa et brevi et longa, si sequatur spon-
" deus vel trochæus, bonam compositionem facere di-
" cunt. *Quousque tandem abutere Catilina patientia*
" *nostra?* duo extremi pedes sunt creticus et spondeus."
[q]Idem multa dicit de compositione et numeris et pedi-
bus [r]oratoriis. Ut Cicero dicit, isti scripserunt apud
Græcos, Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus,
Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius,
Theophrastus, Hieronymus. Latine de numeris hi, Ci-
cero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus,
Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Servius.
32 [s]Item [t]Cicero de numeris et de compositione sic:
" Nam qui Isocratem [u]maxime mirantur, hoc in ejus
" summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros
" primus adjunxerit. Cum enim videret oratores cum
" severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum
" dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione ute-
" retur, tum [v]jucunditatis caussa, tum ut varietas occur-
" reret satietati, quod ab his vere quidem ex parte, non
33 " totum, dicitur. Nam in eo genere scientius versatum
" Isocratem, confitendum est: [w]sed princeps inveni-
" endi fuit Thrasymachus, cujus omnia nimis extant
" scripta numerose. Nam (ut paulo ante dixi) paria
" paribus adjuncta, et similiter definita, item contra-
" riis prolata contraria, quæque sua sponte, si id non

[o] Victorinus—dicit om. Ven. [p] est ex] est om. Ven. [q] ora-
toris] oratoriis Ven. Ald. [r] item] idem Ald. [s] Item—com-
positione sic om. Ven. [t] Cicero] Orat. c. 52. [u] maxime om.
Ven. [v] jucunditatis] jocunditatis Ven. [w] sed om. Ven. cum
lacuna.

" agas, cadunt plerumque [x]numerose, Gorgias [y]pri-
" mus invenit: sed his est usus intemperantius. [z]Id
" autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus par-
" tibus collocationis alterum. Eorum uterque Isocra-
" tem [a]ætate præcurrit: ut ille eos moderatione, non
" inventione vicerit. Est [b]enim ut in transferendis
" faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris
" sedatior. Gorgias autem avidior est [c]generis ejus, et
" iis festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius
" abutitur: quas Isocrates, cum tamen audisset ado-
" lescens etiam in Thessalia senem jam Gorgiam, mo-
" deratius temperavit." In [d]alio loco sic: " Sed hos 34
" cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno
" pede extremo: adjungo (quod minimum sit) proxi-
" mum superiorem, sæpe etiam tertium. Ne iambus
" quidem, qui est e brevi et longa, aut [e]par choreo,
" qui habet tres breves, [trochæus] [f]sed spatio par,
" non syllabis; aut etiam dactylus, qui est e longa et
" duabus brevibus, si est proximus a postremo, pa-
" rum volubiliter pervenit ad extremum, si est extre-
" mus choreus aut spondeus. Nunquam enim inter- 35
" est, uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem tres
" pedes male concluduntur, si quis eorum in extremo
" locatus est, nisi pro cretico postremus est dactylus.
" Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creti-
" cus: [g]quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne
" in [h]versu quidem refert. Quare etiam [i]pæana qui
" dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, videt
" parum: quoniam nihil ad rem est, postrema brevis

[x] numeros] numerose Ven. Ald. [y] primus om. Ven. Ald. [z] id] quod Ven. [a] ætate præcurrit] præcurri ætate Ven. [b] enim] autem Ven. [c] generis] nominis Ven. [d] alio] Orat. c. 64. In alio loco sic om. Ven. cum lacuna. [e] par est] est om. Ven. [f] sed om. Ven. [g] quia] qui Ven. [h] versu] cursu Ven. [i] pæana] pæona Ven. mox arctiorem Ald. Ven.

" an longa sit. Jam [k]pæan, quod plures habet sylla-
" bas, numerus a quibusdam, non pes [l]existimatur."
Idem Cicero in Dialogis de Republica multa dicit, referens Asianos oratores ditrochæo clausulas terminare.

36 Terentianus de cretico, hoc est de amphimacro pede, sic dicit:

Optimus pes et melodis et [m]*pedestri gloriæ.*
Plurimum orantes decebit, quando [n]*pene in ultimo*
Obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
Dactylus, spondeus [o]*imam, nec trochæum respuo.*
Bacchios utrosque fugito, nec refellas [p]*tribrachyn.*
Nam solet longam trochæus [q]*solvere in duas breves.*
Unde et appellant trochæum, quem vocamus tribrachyn,
Plenius tractatur istud [r]*arte et prosa rhetorum.*

37 Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit: "Cicero spondeum incisis idoneum putat,
" qui ([s]ut ait) paucitatem pedum gravitate sua et tar-
" ditate compensat. Dochmium aptum dicit quovis
" loco esse dum semel ponatur, quoniam continuitas
" numerum asperum efficiat: ditrochæum quoque
" præclare cadere: palmam de omnibus cretico tri-
" buit." Item de Sallustiana compositione sive numero et structura sic dicit: " [t]Nunc si videatur, Sallustianæ
" periodi numeros inspiciamus. *Res popu,* dactylus:
" *liro, mani, Marco,* tres spondei. *Lepido,* anapæstus:
" *Quinto Catulo,* spondeus et anapæstus: *consulibus,*
" pæan primus: *ac deinde,* dichoreus sive ditrochæus:
" *militi,* dactylus: *æ domi,* creticus: *gestas* spondeus:
" *composui,* choriambus ex longa et brevi, et brevi et
38 " longa."

[v]Cicero de compositione Demosthenis sic dicit:

[k] pæan] pæon Ven. [l] existimatur] æstimetur Ven. [m] pedestri] pedestris Ven. [n] pene in ultimo obtinet] penultio optinet Ven. [o] imam] una Ven. [p] tribrachyn] tribrachum Ven. [q] solvere] om. Ven. [r] arte et om. Ven. *et* om. Ald. [s] ut ait] aut Ven. [t] nunc si] numero sic Ven. [v] Cicero] Orat. c. 70. Cicero—dicit om. Ven.

" Quasi vero [w]Trallianus fuerit Demosthenes, cujus " non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris con- " torta ferrentur."

[x]Versus Rufini viri clarissimi de numeris et pedibus oratorum: 39

[xx] 1 *Creticus aut spondeus erit* [y]*pæanve supremus.*
2 *Dactylus atque trochæus adest, vel cursor iambus,*
3 *Partibus in cunctis qui ponitur ante supremum.*
4 *Temporibusve pares hos omnes reddere possunt,*
5 *Solvere seu longas malis ut syllaba crescat.*
6 *Rhetoricis Asiæ placuit bis fine trochæus.*
7 *Principia* [z]*et medium, et finem tibi dochmius ornat.*

[a]Cicero de incisis, et membris, et de circuitu sic: 40 " *O M. Druse patrem appello*, hæc quidem duobus " in his pedibus incisim: deinde membratim, *Tu di-* " *cere solebas sacram esse remp.* hæc item membra " ternis. Post ambitus, *quicunque violasset ab omnibus* " *esse ei pœnas persolutas*, dichoreus. Nihil enim ad " rem, extrema illa longa sit an brevis. Deinde, *patris* " *dictum sapiens temeritas filii comprobavit.* [b]Hoc di- " choreo tantus clamor concionis excitatus est, ut ad- " mirabile esset. Quæro, [c]num ne id numerus effece- " rit? verborum ordinem [d]immuta, fac sic, *comproba-* " *vit filii temeritas:* jam nihil erit, etsi *temeritas* ex " tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut " optimum probat." [e]Idem Cicero postea sic dicit: 41 " Sed sunt clausulæ plures, quæ numerose et [f]jucunde " cadunt. Nam creticus, qui est ex longa et brevi et " longa, et ejus æqualis [g]pæan, qui spatio par syllaba

[w] Trallianus] trohanus Ven. [x] Versus—oratorum om. Ven. [xx] 1 4 6 2 5 7 3 ordo in Ven. [y] pæan] pæon Ven. [z] et medium et finem] et finem et medium Ven. [a] Cicero] Orat. c. 63. Cicero—sic om. Ven. [b] hoc dichoreo] hic dichoreus Ven. [c] numne] nonne Ven. [d] immuta] immo Ven. [e] Idem—sed om. Ven. cum lacuna. [f] jucunde] jocunde Ven. jucundæ Ald. [g] pæan] pæon Ven.

" longior, qui commodissime putatur in solutam ora-
" tionem illigari, cum sit duplex: nam aut e longa est
" et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, jacet
" in extremo: aut e totidem brevibus et longa, quem
" optime cadere censent veteres: ego non plane reji-
" cio, sed alios antepono. Nam spondeus est quidem
" funditus repudiandus: etsi quod est e longis, [h]he-
" betior videtur et tardior, habet tamen stabilem quen-
" dam et non expertem dignitatis gradum, in incisio-
" nibus vero multo magis et in membris; paucitatem
" enim pedum gravitate sua et tarditate compensat."

43 [i]Donatus de structuris et pedibus [k]oratoriis numero-
rum sic dicit: " Cicero in [l]exornatione sententiæ clau-
" sulaque ponenda modo ditrochæum probat pedem,
" modo pæana primum aptum incipientibus, modo
" pæana quartum finientibus congruum, modo doch-
" mium ex brevi et duabus longis et brevi et longa,
" cujus exempla posuit, *amicos tenes*, modo amphima-
" crum pedem, et rursus modo dactylum, modo ana-
" pæstum, modo dithyrambum [m]laudat."

43 [n]Probus de numeris oratoriis: " Trochæus et [o]pæan
" tertius, faciet illam structuram Tullio peculiarem,
" [p]*esse videatur*."

44 [q]Cicero de numeris et pedibus oratoriis sic: " Jam
" pæan, quod plures habet syllabas quam tres, nume-
" rus a quibusdam, [r]non pes habetur. Est quidem
" (ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem et
" Theophrastum, Theodectem, Ephorum) unus aptis-
" simus orationi, vel orienti, vel mediæ, putant etiam

[h] hebetior] abjectior Ven. [i] expertem] expartem Ald. [j] Donatus—dicit om. Ven. [k] oratoriis] oratoris Ald. [l] exornatione] exordinatione Ald. [ll] pæana] pæona Ven. [m] laudet] laudat Ven. Ald. [n] Probus—oratoriis om. Ven. oratoris Ald. [o] pæan] pæon Ven. et inf. [p] esse videatur] videatur esse Ven. [q] Orat. c. 64. Cicero—sic om. Ven. [r] non pes nominatur] non pes habetur. nominatus Ald.

" cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Doch-
" mius autem e quinque syllabis, brevi et [s]duabus
" longis, brevi et longa, hoc est *amicos tenes*, quovis
" loco aptus est."

[t]Idem Cicero de pedibus et structuris sic: " Iam- 45
" bus enim frequentissimus est in eis, quæ demisso
" atque humili sermone dicuntur: pæan [v]autem in
" amplioribus, in utroque dactylus. Itaque in varia
" et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et
" temperandi."

[w]Cicero ad [x]Herennium in arte rhetorica de mem- 46
bro, id est [y]περὶ κώλου, " Membra orationis appellat res
" breviter absolutas, sine totius demonstratione senten-
" tiæ, qua [z]denuo alio membro orationis excipiatur,
" hoc pacto, *Et inimico proderas*, id est unum quod
" appellamus membrum. Deinde hoc [a]excipiatur
" oportet altero, *Et amicum lædebas.* Ex duobus
" membris hæc exornatio potest constare. Sed [b]com-
" modissima et absolutissima est [c]quæ ex tribus con-
" stat, [d]hoc pacto, *Et inimico proderas, et amicum*
" *lædebas, et tibi non consulebas.* Item, *Nec reip.*
" *consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis resti-*
" *tisti.*"

[s] et duabus] et om. Ven. Ald. et mox. [t] Orat. c. 58. Idem—sic om. Ven. [v] autem in] autem manu in Ven. [w] Cicero] Item Cicero Ven. [x] Herennium] Lib. IV. c. 19. [y] περὶ κώλου om. Ven. [z] denuo] de novo Ven. [a] excipiatur] excipitur Ven. [b] commodissima—absolutissima] commodissime—absolutissime Ven. post h. v. lacuna. [c] quæ] qui Ven. [d] hoc Ven. post pacto.

CENSORINO ADSCRIPTUM FRAGMENTUM DE METRIS.

Cap. I. *De metris et pedibus.*

METRUM Græce, Latine numerus vocatur. Numerus est æqualium pedum legitima ordinatio: hujus arsis et thesis partes sunt. Pedum syllabæ elementa, numeri modorum elementa, spatia syllabarum ac tem-
2 pora. Pedes componuntur ex syllabis, ut minimum binis, ut plurimum ternis, incipiunt temporibus binis, ad sex perveniunt. Disyllabi quattuor, trisyllabi octo, plures quam duodecim esse non possunt. Pyrrhichius ex duabus brevibus; cujus exemplum, *Deus*. Chorius ex longa et brevi, ut *Roma*. Iambus ex brevi et longa, ut *salus*. Spondeus ex duabus longis, ut
3 *vates*. Duo igitur quantitate contrarii, spondeus et pyrrhichius, duorum alter, alter quattuor temporum: duo in ordine, quorum uterque trinorum temporum, iambus et chorius. Ita non plures quam quattuor
4 pedes disyllabi sunt, nec esse possunt. Trinarum syllabarum primus est dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, cujus exemplum, *Æolus*. Huic contrarius anapæstus ex duabus brevibus et longa, ut *pietas*. Amphibrachus ex brevi et longa et brevi; cujus exemplum *avarus*. Brachysyllabus ex tribus brevibus, cujus exemplum *Cicero*. Ei contrarius molossus, ex tribus longis; cujus exemplum *Mæcenas*. Item tres quinum temporum, bacchius ex duabus lon-
5 gis et brevi, cujus exemplum *Latona*. Huic ordini

adversus palimbacchius ex brevi et duabus longis, ut *Aquinas.* Creticus et amphimacrus ex longa brevi et longa, ut *sanitas.* Duobus a quantitate contrariis brachysyllabo et molosso, quorum alter trium temporum est, alter sex: ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

CAP. II. *De legitimis numeris.*

Primus est et legitimus maxime numerus hexameter heroicus. Hujus pedes aut dactyli sunt aut spondei; raro et in versu extremo reperietur trochæus. Hujus exemplum,

Avia Pieridum peragro loca nullius ante.

Totus iste dactylicus fuit, et habuit summum trochæum. Sed mixtus ex spondeis hic erit,

Italiam fato profugus Lavinaque venit.

Totus ex spondeis,

Cives Romani tunc facti sunt Campani.

Hoc genus numeri paucissimarum XII syllabarum, 2
plurimarum octodecim, tempora recipit viginti quattuor, interdum viginti tria: pedibus tribus tantum conficitur, formas excipit triginta duas, quas enumerare festinantibus longum est. Pentameter elegiacus 3
habet exemplum,

Dum meus assiduo luceat igne focus.

Recipit dactylum, spondeum, anapæstos duos in fine versus, aliquando brachysyllabos, fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum quattuordecim, tertium pedem spondeum semper habet, quartum et quintum aliquando brachysyllabum. Trimetros iam- 4
bicus Latine senarius dicitur: cujus exemplum,

Phaselus iste quem videtis hospites,

duodecim syllabarum est. Recipit aliquando præter ceteros iambos, extremo pyrrhichion. Trimetros tragicus,

Pro veste pinnis membra textis contigit,

et,

Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

Recipit in parte prima gressionis spondeum, et alio loco dactylon et anapæston, et pro iambo chorium et
5 tribrachyn. Fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum septendecim. Recipit tempora plurima undeviginti, paucissima tredecim. Comicus trimetros solet magis in breves minui. Trimetros Hipponactius pedem novissimum assumens spondeum vel chorium talis est,

Calentibusque lympha fontibus semper.

Eosdem pedes, quos reliqui trimetri, præter novissimum, recipit, et tetrametros, qui Latine quadratus vo-
6 catur. Choriacus talis est,

Tela famuli tela propere sequitur me Thoas.

Recipit eosdem pedes, pervenit ad septem et semipedem, summum pedem patitur aut creticum aut dactylum. Octonarius iambus,

Proinde et abs te regimen Argos dum est potestas consulendi.

Septenarius,

Hæc bellicosus cui pater, mater cluet Minerva.

Constat ex pedibus iisdem ionicus septenarius,

Ibant mala viere Veneream coronam.

7 Ionicus major est,

Ille ictus retro cecidit in natem supinus.

Habet vitium in tertia syllaba; minor,

Metuentis patruæ verbera linguæ.

Percipiunt pedes maxime pyrrhichium et spondeos: et solent divisi syllabis longis plurium syllabarum pedes admittere. Aristophanius anapæstus,

Axena ponti per freta Colchos denique delatus adhæsi.

Recipit pedes quaternorum temporum, omnis implet
8 pedes septem et semipedem. Anapæstus octonarius,

Ore beato lumine volitans qui per cælum candidus equitas.

Recipit eosdem pedes præter semipedem. Aristobolius,

Quædam terribilis tua pectora turbat terrifico sonitu intulit.

Hic circuitus magis quam versus est. Dactylum crebrum habet, rarum spondeum. Pæon duodenarius,

Quis meum nominans nomen exciet, quis tumultum invocans incolarum fidem?

Et hic circuitus magis quam versus est. Huic suberit denarius,

Qui repens semipulsus onere gravi forcs strepitu terrent?

Recipiunt pedes, creticos, chorios, spondeos, iambos, 9
brachysyllabos, anapæstos, undecim syllabarum. Phalæcius,

Passer deliciæ meæ puellæ.

Recipit pedes spondeum, dactylum, creticum, palimbacchium. Angelicus numeros et syllabam coarctat 10
hexametro: ut,

Hectoris Andromachc Pyrrhin' connubia scrvas.

Anacreontius,

Miseri invidi vivimus scientes.

Recipit pyrrhichios, chorium, spondeum, brachysyllabum, anapæstum, primus semper est pyrrhichius. Nu- 11
merus Saturnius,

Magnum numerum triumphat hostibus devictis.

Sunt qui hunc Archebolion vocant. Recipit pedem spondeum, iambum, pyrrhichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapæstum. Priapeus,

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

Tertium pedem pro dactylo creticum habet, alioqui hexametros esset.

Cap. III. *De numeris simplicibus.*

Pyrrhichius,

Rapite, agite, ruite, celeripedes.

Contrarius est huic et duodecasyllabos spondiazon,

Olli crateribus ex auratis hauserunt.

Dactylicus,

Pulverulenta putrem sonitu quatit ungula campum.

Amphibrachus non facit numerum. Anapæstus,

Agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans.

Creticus,

Horridi transeunt ad pedes ex equis.

Palimbacchius,

Amicos ad hanc rem si voles advoca.

Bacchius non facit numerum. Molossos idem est qui spondiazon.

2 Nunc quemadmodum a principali heroico plures numeri transfigurantur ostendam. Ac primus trimetrus fit heroicus spondiazon,

Cives Romani tunc facti sunt Campani.

Syllabam unam, quæ est ante extremam, ex longa contraho: ut,

Cives Romani tunc facti sunt Appuli.

et esse cœpit trimetros. Elegiacum transibit,

Bella per Emathios.

Rursus ad pentametros, ut componam heroicos, sumo partem posteriorem,

Dum meus assiduo luceat igne focus.

et compono,

Luceat igne focus Trojæ qui primus ab oris.

3 Phalæcium numerum qui est,

Altis flumina vallibus tumescunt,

insertis verbis facio heroicum,

Altis flumina prodita vallibus inde tumescunt.

Ionicus est,

Metuentis patruæ verbera linguæ.

Adjiciam trinas verbis singulis syllabas,

Nunc metuentis nunc patruæ nunc verbera linguæ.

Verto,

Italiam fato profugus Lavinaque venit.

Aristophanius fit heroico:

Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris.

Numerum angelicum syllaba breviata esse monstravi heroicum: item Priapeum, si syllabam surripias, fit heroicum.

PRISCIANI GRAMMATICI DE METRIS TERENTII ALIORUMQUE COMICORUM.

CUM non solum Terentius, sed etiam Plautus, et Ennius, Acciusque, et Nævius atque Pacuvius, Turpiliusque, et omnes tam tragœdiæ quam comœdiæ veteris Latinæ scriptores, eodem metri modo iambici sint usi, ut omnibus in locis indifferenter ponerent quinque pedes, id est iambum, vel tribrachyn, vel anapæstum, vel dactylum, vel spondeum, absque postremo loco, in quo vel iambum, vel pyrrhichium [a]omnimodo posuisse inveniuntur; miror quosdam vel abnegare esse in Terentii comœdiis metra, vel ea quasi arcana quædam, et ab omnibus doctis semota, sibi solis esse cognita confirmare. Quorum ut vel imperitiæ vel arrogantiæ vitium effugiamus, breviter de supradictorum metris auctorum exponamus; testimoniis etiam metricorum usuumque approbationibus utentes.

2 Sciendum igitur, quod iambici versus vel monometri sunt, ex duobus pedibus simplicibus conjunctis: vel dimetri, ex quattuor: vel trimetri, ex sex: vel tetrametri, ex octo: nam pentametri et hexametri rarissime inveniuntur. Ergo trimetris et tetrametris frequentius utuntur comici, aliis vero raro, et in medio dispersis, pronunciationis rhythmicæ causa et distinctionis. Ideo autem spondeum vel dactylum [b]in secundo vel quarto loco posuerunt, quod invenerunt etiam apud Græcos comicos vetustissimos, quamvis

[a] omnino] omnimodo D. [b] in secundo vel om. D.

raro, fieri tamen hoc idem. Solent autem Latini in 3
multis initium aliquod accipientes a Græcis, ab angusto in effusum licentiæ spatium hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu, secundum vetustissimos Græcorum grammaticos. Sextum enim casum illi dicebant ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, id est *a me*, *a se*, *a te*, quem in omnibus casualibus servaverunt Latini. Similiter impersonalia, a paucis Græcis accepta, ἀπὸ τοῦ δεῖ, χρὴ, μέλει, in omnibus fere activis et neutris habent. S quoque, cum rarissime necessitate carminis vim consonantis amittit apud Græcos, (ut Homerus in Bœotia,

Πολυστάφυλόν θ' Ἱστιαίαν.

Idem in Φ Iliados,

Οὐδὲ Σκάμανδρος ἔλιγε τεὸν μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον.

Idem in Odyssea:

Πέλεκυν μέγαν, ἠδὲ σκέπαρνον.)

Nostri tamen, cum licentia, et maxime vetustissimi, 4
subtrahunt eam in metris frequenter. Hoc igitur idem fecisse arbitror in supradictis metris, ut, quod illi rarissime posuerunt, hi frequentissime in iambis ponerent. Sunt tamen, qui altitudinis causa etiam et [c]pompalitatis, quæ [d]stylo elocutionis convenit Latinæ, (hoc autem frequentia facit dactyli vel spondei,) et ut pene dissoluta et pedestri simillima esse videatur personarum sermocinatio, id illos fecisse arbitrantur. Tro- 5
chaicis etiam utuntur plerumque tetrametris catalecticis, id est quibus una deest syllaba in fine, in quibus omnes iambicos ponunt in quocumque loco pedes, commixto tamen trochæo: in eis plerumque invenimus ante finem versus longam. Sunt tamen et ultra citraque tetrametro usi trochaico. Eorum igitur exempla proferam, [e]si prius metris de supradictis scripta proponam.

[c] pompabilitatis D. [d] stylo] stimulo D. [e] si prius metris] sed prius metricorum Lindeman.

6 Terentianus de comicis et tragicis versibus:

Culpatur autem versus in tragœdiis
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Ut ille contra, qui secundo et talibus
Spondeon, aut quem comparem receperit.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Ut quæ loquuntur sumpta de vita putes,
Vitiant iambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, et ceteris æque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia,
Ne sint sonora verba consuetudinis,
Paulumque rursus a solutis differant.
Magis ista nostri. Nam fere Græcis tenax
Cura est iambi, vel novellis comicis,
Vel qui in vetusta præcluent comœdia.

7 Vide Terentianum quoque scire, quod non penitus caruerint hoc Græci, ut in secundo et talibus ponerent spondeos vel dactylos, quod ostendit dicendo,

Magis [c] *ista nostri. Nam fere Græcis tenax*
Cura est iambi.

8 Asmonius idem etiam confirmat his verbis: *Comici poetæ laxius etiam num versibus suis, quam tragici, spatium dederunt: et illa quoque loca, quæ proprie debebantur iambo, dactylicis occupant pedibus, dum cotidianum sermonem imitari volunt, et a versificationis observatione spectatorem ad actum rei convertere, ut non fictis sed veris affectionibus inesse videantur. Juba ideo in secundo et quarto et sexto loco iambos non recepit, nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per conjugationem pedestrium metrorum: et vult extrema pars pedum iambicorum celerior esse, quomodo et ipsi iambi. Accipere autem solet cæsuras duas, quas et heroicum, id est semiquinariam et semi-*

[c] ista om. D.

septenariam. Erit autem probabilis iambicus versus, et tragœdiis aptus, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam iambos, aut eum, qui appellatur tribrachys, aut anapæstum, quoniam sint pares; cacometros autem, si aliter. Nam primus et tertius et quintus hanc admittunt permutationum pedis licentiam. Causa obscura multis est, sed aperiatur a nobis. Nam quoniam ter feritur hic versus, necesse est, ubicunque ab ictu percussionis vacat, moram temporis adjecti non formidet. In primo autem pede et tertio incipit et in quinto, feritur in secundo et quarto et sexto.

Attende Jubam quoque scire, inveniri quosdam 9
iambos, in quibus secundus et quartus absque observatione ponitur, quos *cacometros* vocant. Idem in VIII. *Qui ergo confuderunt, et multiformiter conjugaverunt hoc genus versuum, omnibus* [f]*in locis indifferenter trochæos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt: et est hæc quoque vitiosa confusio, ut,*

Siqua flagella jugabis, ante putare [g]*decet,*
Ne resoluta et vidua ulmis et ornis
Agri discidium dare Nysia rura queant.

Hac confusione usi sunt comici nostri in trochaicis 10
suis, ut indiscrete dactylos vel spondeos vel trochæos ponerent. At illud quoque sciendum, quod omnes quidem crebris synalœphis et episynalœphis et collisionibus et abjectionibus *s* litteræ sunt usi, scandendo versus suos, Terentius autem plus omnibus. Igitur 11
in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus in Truculenti prologo:

Perparvam partem postulat Plautus loci
De vestris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quo sine architectis conferat.

[f] vel locis] *unicis* D. *in locis* Lindeman. qui conj. *vicibus.* [g] decernere soluta D.

Et in ejusdem prima scena:

Non omnis ætas ad perdiscendum sat est
Amanti, dum hic perdiscat, quot pereat modis;
Neque eam rationem ea ipsa unquam edocuit Venus.

12 Idem in Milite glorioso, in prima scena:

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior
Quam solis radii esse olim, cum sudum est, solent,
Ut, ubi usus veniat, contra conserta manu
Præstringat oculorum aciem in acie hostibus.

13 Idem in Amphitryone in prologo:

Ut vos in vestris vultis mercimoniis
Emundis vendundisque me lætum lucris
Afficere, atque adjuvare in rebus omnibus.

In ejusdem prima scena:

Qui me alter est audacior homo, aut qui confidentior,
Juventutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?
Quid faciam, si nunc tres viri me in carcerem compegerint?

14 Ecce hic quamvis prima sit scena, tetrametris est usus. Ideo *in plerisque* diximus. Utitur tamen in hac ipsa scena et dimetris brachycatalectis, id est a tribus simplicibus pedibus, ut,

Ita peregre adveniens.

Et similiter,

Qui hoc noctis a portu.

Vel dimetris catalecticis, id est quibus una deest syllaba, ut,

Ingratis excitavit.

Vel dimetris hypercatalectis, id est quibus una abundat syllaba, ut in eadem:

Hospitio publicitus accipiar.

Utitur etiam monometris, ut in Truculento:

Pessima mane.
Optime odio es.

15 Similiter Terentius in omni prologo, et in omni pri-

ma scena trimetris utitur, nisi confundant versus scriptores, ut in Andria:

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi [h] *negoti credidit solum dari,*
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

Et,

Vos ista hæc intro auferte, abite. Sosia,
Adesdum; paucis te volo. Dictum puta.

In Adelphis: 16

Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis observari, et advorsarios.

Item:

Storax. Non rediit hac nocte a cœna Æschinus,
Neque servolorum quisquam, qui advorsum ierant.

Similiter in Eunucho, 17

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quamplurimis, et minime multos lædere.

Et,

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Cum accersor ultro? an potius ita me comparem?

In Heautontimorumeno quoque: 18

Ne cui sit vostrum mirum cur partes seni
Poeta dederit, quæ sunt adulescentium.

[In prima scena ejusdem:

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es.]

Idem in Hecyra: 19

Hecyra est huic nomen fabulæ. Hæc cum data est
Nova, novum intervenit vitium et calamitas.

Et,

Perpol quam paucos reperias meretricibus
Fideles evenire amatores, Syra.

Similiter in Phormione: 20

Postquam poeta vetus poetam non potest
Retrahere a studio, et tradere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat.

[h] negotium D.

Et,

Amicus summus meus et popularis Geta
Heri ad me venit. Erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me reliquum pauxillulum.

21 Item tetrametro in multis utitur iambico scenis, ut in Andria:

Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.

Dimetro quoque distinctionis causa usus est per medium:

Verebar quorsum evaderet.

Post quem iterum tetrametros posuit:

Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nusquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id ægre tulit.

Similiter:

Enimvero Dave nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ
Quando intellexi modo senis sententiam de nuptiis.

22 Nec solum comici hujuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici vetustissimi, ut Ennius in Medea:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terram trabes,
Neve inde navis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis Peliæ per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo [i]*efferret pedem.*

23 Accius in Argonautis, ex persona pastoris, qui primam vidit navem Argo:

Aut forte Triton fuscina evertens specus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum [k]*eruit.*
Fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
Præ se undas volvit, vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.

[i] *offeret* D. [k] *vomit*] *meruit* D.

Idem in Persidis: 24

Satin' ut quem cuique tribuit fortuna ordinem?
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum.

Idem in Phœnissis:

Sol qui micantem candido curru atque equis
Flammam citatis fervido ardore explicas,
Quianam tam adverso augurio, et inimico omine,
Thebis radiatum lumen [1]*ostendis tuum.*

Idem in Telepho:

Quantam Tyndareo gnata, et Menelai domus
Molem excitarit belli pastorque Ilius.

Turpilius quoque in suis idem facit comœdiis, ut in 25
Lindia:

Profecto ut quisque minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam vixit maxime,
Ut philosophi aiunt isti, quibus quidvis sat est.

Idem in Epiclero:

Quæso ædepol quo ante lucem te subito rapis,
Here, cum uno puero? PH. *Nequeo esse intus, Stephanio.*
Quid ita? PH. *Ut solent, me curæ somno segregant,*
Forasque noctis excitant silentio.

Idem in eodem tetrametris utitur:

Currendo sic esse, sic datur, nimium ubi sopori servias
Potius quam domino, et ubi severo imperio quæ imperata sunt.

Terentius trochaico mixto vel confuso cum iambico 26
utitur in sermone personarum, quibus maxime imperitior hic convenit, quem, puto, ut imitetur, hanc confusionem rhythmorum facit. Sunt autem trimetri ac plus minusque, et habent penultimam versus syllabam in quibusdam longam, et in quibusdam brevem, ut in Andria:

Adhuc, Archillis, quæ adsolent, quæque oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
Nunc primum fac ista ut lavet, post deinde
Quod jussi date bibere, et quantum imperavi.

[1] ostentis] *ostentum* D. *ostentas* Krehl.

Hos sequitur dimeter catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archillida habuit:

Date. Mox ego huc revertar.

27 Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillæ Astaphii:

Ad fores auscultate, atque asservate ædes,
Ne quis adventor gravior abeat quam adveniat.
Ne quis manus attulerit steriles intro ad nos,
Gravidas foras exportet: novi ego hominum mores.

28 Turpilius in Lindia nautæ personam inducit hoc metro loquentem:

Di advenientem perdant. Hic quidem nos perdit.
Festum esse diem hic quartum hodie iterant. Ita conventum.

29 Cicero quoque in IV Tusculanarum Euripidis iambos transferens, in locis paribus tam dactylos quam spondeos sæpe ponit, ut:

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,
Nec fors, nec ira cœlitum invectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.

30 His igitur exemplis facillime diligentes omnium possunt comœdiarum metra comprehendere, et versus, si quos imperitia scriptorum confuderit, ad integrum restituere musicæ locum. Necessarium autem esse diximus multo exquisita labore inventaque exempla diversorum nominatissimorumque Græciæ auctorum, quorum quædam etiam Heliodorus protulit metricus, et Hephæstion, subjicere, ut ostendamus non imperite, sed scientissime hoc quoque et ad illorum imitationem auctores fecisse nostros.

31 Heliodorus metricus ait, Ἱππώναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις, hoc est, *Hipponax multa præteriit*, id est, prætermisit, *præfinita in iambis*. Hipponax enim in primo:

Ἐρέω γὰρ οὕτω Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ.

Iste enim versus cum sit choliambus, in quarto loco et

in quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. In eodem:

Τοὺς ἄνδρας τούτους [m] ὀδύνη πάλαι Ρειπε.

Iste iambus habet in secundo loco spondeum, et in quarto dactylum. Pindarus, teste Heliodoro, ἀντέστρε- 32
ψεν, hoc est *convertit*, rhythmum iambicum, hoc modo:

Πεπρωμέναν ἔθηκεν μοῖραν μετατραπεῖν
Ἀνδροφθόρον, οὐδὲ σιγᾷ κατερρύη.

In secundo enim iambo pyrrhichium secundum et tertium trochæum, et quartum spondeum posuit. Idem:

Τροχὸν μέλος αἱ δὲ Χείρωνος ἐντολαί.

Hic iambus in tertio trochæum habet, et in quarto spondeum. Idem:

Αἴνιγμα παρθένου ἐξ ἀγριᾶν γνάθων.

Hic quarto loco spondeum posuit. Idem: 33

Ἐν δασκίοισιν πατήρ· νηλεεῖ νόῳ δ'.

In hoc quoque iambo trochæum in tertio loco posuit, et in quarto spondeum. Idem:

δ' οὐδὲν προσαιτέων ἐφθεγξάμαν ἔτι.

Hic similiter in quarto loco spondeum habet. Itaque puto Horatium propter hujusmodi versus Pindaricos dixisse in IV Carminum,

Cum per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis.

Anacreon teste Heliodoro: 34

Ὁρᾶν, ἀεὶ λίην πολλοῖσι γὰρ μέλεις.

Hic iambus quartum spondeum habet. Eupolis Βάπταις, cum in aliis iambis ejusdem fabulæ recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos,

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς Νύμφας.
Πολλοὶ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

[m] ΟΔΥΝΗΠΑΛΑΙΡΕΙΠΑΕ D.

Æschylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας:

Ἱππομέδοντος σῆμα καὶ μέγας τύπος.

In principio enim trochæum posuit. Quem imitans Sophocles, teste Seleuco, profert quædam contra legem metrorum, sicut in hoc:

Ἀλφεσιβοίαν ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.

35 Hic quoque iambus a trochæo incipit. Simonides et Alcman in iambico, teste Heliodoro, non solum in fine ponunt spondeum, sed etiam in aliis locis. Simonides in Ἐπ' Ἀρτεμισίῳ Ναυμαχίᾳ, in dimetro catalectico,

Ἐβόμβησεν θάλασσα,

in secundo loco spondeum posuit. Ἀντιστρέφει δὲ αὐτῷ,

Ἀποτρέπουσα κῆρας.

Alcman autem in primo catalecticum trimetrum fecit, habentem in quarto loco modo iambum, modo spondeum, sic:

Νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδειν
Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω θεράπνας.

36 Hic quarto loco spondeum habet. Similiter,

Χερσόνδε κωφὸν ἐν φύκεσσι πιτνεῖ,

quarto loco spondeum posuit, (nam φυ producitur,) teste Heliodoro, qui ait, Simonidem hoc frequenter facere. Idem ostendit Pindarum etiam trisyllabos in fine versus posuisse:

Νόμων ἀκούοντες θεόδμητον κέλαδον.

37 Ecce in hoc iambo in fine tribrachyn posuit, qui nec concatenatus esse potest cum consequente, quippe in consonantem desinens. Similiter Bacchylides:

Χρυσὸν βροτῶν γνώμαισι μανύει καθαρόν.

38 Hic quoque iambus in fine tribrachyn habet. Hipponactem etiam ostendit Heliodorus iambos et choliambos confuse protulisse:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
ἐπεύχομαι τοι, κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

Nam ῥιγῶ spondeus est. Hephæstion quoque metri- 39
cus ostendit comicum epionicum spondeos paribus locis habentem iambicarum συζυγιῶν, id est *conjugationum*, ut est apud Eupolin in fabula quæ dicitur Χρυσοῦν γένος,

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν τε μᾶλλον ἔσει.

Idem :

Ἐδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν·
πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν . .

Hi omnes locis paribus spondeos habent

INCIPIT LIBER TERTIUS DIOMEDIS.

Cap. I.

In libro [a]quoque secundo, quantum ad officium observationis grammaticæ structuræve [b]orationis prosæ probabilem [c]cognitionem spectat, prudentiæ
2 tuæ sensibus interim explanasse sufficiat. In hoc vero tertio libro, qui summam totius operis [d]implebit, metra, quæ sunt [e]tortuosis obscuritatibus implicata, ac multarum quæstionum numerosa [f]diversitate perplexa, quibus pedum qualitatibus [g]compositionisve metricæ observationibus [h]regnantur, certis rationibus
3 [i]edocebo. Quæ quidem omnia si quis profundis sensibus [k]intimarit, ac sincera mentis intentione perspexerit, et [l]compererit studio, diligentiaque servaverit, non tantum in [m]pangenda versificatione pollebit, verum etiam de aliorum carminibus, quotiens libitum fuerit, justis rationibus [mm]et inreprehensibili tractatus sententia judicabit. Nunc tertio quoque libro, qui summam totius operis [n]implebit, quid esset poetica, et quibus officiis [o]dirigatur, tractabimus.

[a] quidem] *quoque* A.B. Ven. [b] et ad prosæ orationis] *ve orationis per se* B. *prosæ* A. *orationis prosæ* Ven. [c] comparationem] *cognitionem* A.B. Mox *sufficerit* Ven. [d] implebit] *implevit* A. [e] tortuosis] *tortuosus* B. [f] perplexitate diversa] *diversitate perflexa* B. *perplexa* A. [g] compositionisve] *compositionesve* A. *compositione sve* B. [h] regnant] *regnantur* A.B. [i] docebo] *edocebo* A. Ven. [k] intimarit et syncera] *intimaret ac sincera* A. *ac sincera* B. [l] compari] *compererit* A.B. *comparavit* Ven. Tum *diligentia quæ* A.B. [m] agenda] *pangenda* A.B. [mm] et irreprehensibili] *inrepraehensibili* A.B. et *tractatu* cum Ven. Tum *judicavit* B. *idicabit* A. [n] implebit quid poetica] *implevit quid esset poetica* A. *i. quid esse poetica* B. [o] dirigatur] *digeratur* edd. vett.

CAP. II. DE POETICA.

Poetica est fictæ veræve narrationis congruenti rhythmo [p]ac pede composita metrica [q]structura, ad utilitatem voluptatemque accommodata. [qq]Distat autem poetice a poemate et poesi, quod Poetice ars ipsa intellegitur, Poema autem pars operis, ut Tragœdia, Poesis [r]contextus et corpus totius operis effecti, ut Ilias, Odyssea, Æneis.

CAP. III. DE RHYTHMO.

Rhythmus est pedum temporumque junctura cum [s]lenitate [t]sine modo. Alii sic: rhythmus est versus imago modulata, servans numerum syllabarum, positionem sæpe sublationemque [v]continens.

CAP. IV. DE METRO.

Metrum [w]est pedum junctura, numero modoque finita. Vel sic: Metrum est compositio pedum, ordine statuto decurrens, [x]modum positionis sublationisque conservans. [y]Clarius sic: Metrum est quod certis pedum quantitatibus qualitatibusque [z]a rhythmis discriminatur. Distat enim metrum a rhythmo, quod 3 metrum certa qualitate ac numero syllabarum [a]temporumque finitur, certisque pedibus [b]consistit ac clauditur; Rhythmus autem temporum syllabarum

[p] vel pede] *ac pede* A.B.C. [q] structura] *est structura* B. [qq] Distat autem poetice a poëmate et poësi, eo quod poetice ars ipsa intelligitur] *Distat autem poeticæ pomate et poesi quod poeticæ ars ipsa ars intellegitur* A. *Distat autem poetica ars ipsa intellegitur* B. *poesi quod—intelligatur* C. [r] contextus] *intextus* A.C. *contextis* B. [s] lenitate] *levitate* A.B. Ven. [t] sine modo. Alii sic rhythmus est] *si modo ali sic rithus est* A. *sive m.* Ven. [v] continens] *contenens* A. *contempnens* B. [w] pedum] *est pedum est* B. [x] modos positiones] *modum positionis* A.B. Dedi mox *sublationis* pro *sublationes* cum Santenio ad Terent. Maur. p. 50. [y] clarius] *clarus* A.B. [z] a rhythmis] *rithmus* A.B. *rithmis* C. [a] que finitur] *quæ finita* B. [b] consistet] *consistat* B.

[c]pedumque congruentia [d]in infinitum multiplicatur ac [e]profluit.

Metrum [f]tripliciter auditur, nam aut [g]bioticum metrum est, aut poëticum, aut commune. [h]Bioticum metrum est, quod in usibus vitæ [i]est et [k]conversationis humanæ. Poeticum metrum est, quod a poetis per verba ac versus figuratur, quod [l]et [m]ipsum intel-
5 legitur modis quattuor: primo, per temporis spatium, ut in syllaba brevi aut longa, quoniam [n]metron id est, quod mensura temporis certa corripitur [o]aut pro-
6 ducitur: secundo, per numerum syllabarum; positione [p]metrum quoque finitur, [pp]quo pes vel disylla-
7 bus, vel trisyllabus, vel duplex [q]invenitur: tertio, per qualitatem pedum, quia certis pedibus versibusque conficitur; unde dactylica, [r]spondiazonta metra di-
8 cuntur; quarto, per numerum pedum, [s]quia versus [t]pro mensura [v]sua quisque, pentametri vel hexametri
9 vel deinceps intelleguntur. Commune [w]quoque metrum est veluti musicæ rationis sive [x]disciplinæ; [y]hujus enim species bipartita, tam ad mensuram supra memoratæ conversationis humanæ, quam ad poeticam tendit; ex quibus altera duplici [z]ratione colli-
10 gitur: ex hac enim tempora et intervalla trahit; his namque in usus humanos utimur: altera ad officium

c pedumque] *pedum* B. d in infinitum] *infinitum* A. e profluit] *profluitur* B. f tripliciter] *dupliciter* A. g *βιωτικὸν—ποιητικὸν*] *bioticos—poeticon* A. *bioticon—poeticon* B. h Bioticum] *bioticon* A. i est] *vitæ et* B. k conversationis] *et conversationi* A. l et ipsum] *ē in ipsum* Ven. m ipsum] *ipsud* A. n metrum id est quod] *metron id est* A.B. *metron* item Ven. o aut] *adque* A. *atque* C. p quoque metrum finitur cum] *metrum quoque finitur quo* A.B. *metrum qm̄ finitur quo* C. pp cum] *quo* Ven. q invenitur] *nominatur* B. *mittitur* Ven. *nutritur* Sc. r spondaica ionica] *spondiazonta* A.B. s quia] *et quia* C. t pro] *per* B. v quisque sua] *sua quisque* A.B.C. Ven. w vero metrum est] *quoque metrum* A.B. Ven. x disciplinæ] *disciplinas* B. *vel deinceps—disciplinæ* om. C. y cujus species] *hujus enim species* A.B. tum *bipertita* Sc. z collatione] *ratione* A. *dupli ratione* B. *aliam duplici ratione* C.

memorati generis [a]poematis refertur. Identidem et ex hac ducit tenores et numeros sonosve, quos Græci [b]ῥυθμοὺς et φθόγγους vocant, sicut in canticis demonstratur, hoc est [c]melodiis, in quibus quædam Doria, nonnulla Phrygia, alia Lydia μέλη reperiuntur. Intellegitur [d]autem et alio modo metrum commune, [e]non ex duobus modis.

Cap. V. De Pedibus.

Pes est [f]sublatio ac positio duarum aut trium [g]ampliusve syllabarum spatio comprehensa. Pes est poeticæ dictionis duarum ampliusve syllabarum cum certa temporum observatione [h]modus recipiens ἄρσιν et θέσιν, id est qui incipit [i]a sublatione et finitur positione. Pes ergo tunc dicitur, quando duæ sunt syllabæ, quoniam arsin et thesin pedibus quærimus, non ubi duo tempora sunt. Ergo una longa [k]pedem non valebit efficere, quia ictibus [l]duobus arsis et thesis, non gemello tempore perquirenda est.

[m]Accidunt autem unicuique pedi [mm]arsis thesisque, 3
numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. Et sunt pedes poetici simplices duodecim, ex quibus quattuor binis syllabis constant, ternis octo: duplices, qui [n]vel compositi vel combinati, sedecim: [o]heteroploci pentasyllabi triginta duo.

[a] poematis refertur. Itidem et] *poetis refertur, identidem et ex hoc* A.C. *poetici refertur, identidem ex hoc* B. *identidem—hoc* Ven. [b] ῥυθμοὺς φθόγγους] *rithmos et ptongus* A. *et prothongos* C. *rhythmos et phthongos* Ven. [c] melodiis] *melodicens* B. [d] autem alio] *autem et alio* A.C. *et alio* B. [e] non ex] *non quod ex* B. [f] sublatio] *sublevatio* B. *sublatitio* Ven. qui om. *aut trium.* [g] ampliusve] *amplius* A.B. [h] modus] *modos* C. Ven. [i] ab elatione et] *a sublatione* A. *a sublevatione* B. *et sublatione finitur* C. *ablatione* Ven. [k] pedem] *est pedum* C. [l] duobus] *duorum* C. [m] Accidunt] *Accedunt* A.B. Ven. [mm] arsis et thesis] *arsis thesisque* A.B.C. [n] vel] *et* Ven. [o] Heteroplici pentasyllabi—binarum ergo syllabarum primus pes dibrachys. i. bibrevis] *eteroploci pen-*

4 Ergo binarum syllabarum sunt hi:

Primus pes dibrachys, bibrevis, pyrrhichius vel pariambus vel [p]hegemon Græce dicitur; constat ex duabus brevibus temporum duum, [q]ut *Deus*. Ante enim brevis [r]quam longa syllaba reperta est, ut prius
5 unum quam duo. Ideo autem [s]pyrrhichius dictus [ss]est, propter pyrrhicham, quia brevem syllabam proferentes spiritum arctiorem labris concurrentibus explicamus, [t]quæ compositio hujusmodi modulationis pyrrhichæ convenit: vel a Pyrrho Achillis filio, qui crebris et citis [v]exultationibus bis breviter [w]prominentem clipeum genibus incumbens, et per hunc hostibus [x]terrorem inmittens [y]inferebatur, sicut versus
6 inlustrat, *ὑπασπίδια προβιβῶντι*. Cum ergo gradus [z]vult breviter accedentes ostentare * vel expetenter Athenienses per indicte dispositione milliens faciem belli ostentare, mobilem decursionem pyrrhichio pede commentus est, [a]et idem metrum pyrrhichium a Pyrrho repertum et inlustratum cognominavit, sed ipse a pedum mobilitate quod [b]tripudians ordines et Cine-

tasyllabi—ergo binarum syllabarum sunt hi primus pes dibracchis bibrevis A.C. et fere B. ubi *dibrachys.—Ergo binarum S. sunt hi* Ven. p Hegemon] *ægæon* Ven. q ut] *aut* C. r quam] *quæ* B. s Pyrrhichius autem] *ideo autem pyrrichius* A.B.C. Ven. ss *est* om. B. t quæ compō hujuscemodi modulationi] *quæ compositio hujusmodi modulationis* A.B.C. *hujuscemodi modulationis pyrrichiæ* Ven. v modulationibus] *exultationibus* A.B.C. w promovens clipeum] *prominentem clipeum* A.B.C. Ven. x terrorem hostibus] *hostibus terrorem* A.B.C. *per hoc terrorem h.* Santenius ad Terent. Maur. p. 55. y ferebatur, sicut versus ille ostendit *καὶ ὑπ' ἀσπίδα προποδίζων*] *inferebatur, sicut versus inlustrat ypaspidia probivonti* A.B. et fere C. *inferebatur ὑπάσπιδι προβᾶίνον'* Ven. z vellet breviter accedentis ostentare mobilem] *vult breviter accedentes ostentare vel expetenter* (*expetentes* B.) *Athenienses per indicte dispositione* (*dispositiones* B.) *milliens faciem belli ostentare mobilem* A.B.C. *vult* Ven. a et ideo metrum pyrrhichium a Pyrrho repertum et illustratum cognominatur] *et idem meum* (*eum* B. *in eum* C.) *pyrricham a pyrro repertam et inlustratam cognominavit* A.B. et fere C. *cognominavit* Ven. b tripudians quoque et *κινησίας* est cognominatus] *tripedians* (*tripu-*

sias cognominatus. Fidem hujus enarrationis facit 7
Aristophanes comicus nomen ejus [c]isthac dictitans,

Καὶ εἴ τις τὴν πυρρίχην ἔμαθεν Κινησίου.

Apud Italos vero (nomen) ejus Gradivus, a Bellonæ, id est Ἐννοῦς, et Ἄρεος filio, quem capripedem poetæ fingunt, quod cacumina montium et difficilia collium concitato cursu capræ [d]more superaret, quotiens [e]prædatoria vice grassaretur, citipedem hunc [f]cursum sibi reperisse testificantur: quo nomine bibrevem pedem nuncupant. [g]Sunt qui pyrrhichium Græca interpretatione [h]cognominaverunt, quod calore velocitatis, vel tripudio mobilitatis, apices flammarum æmularetur.

Huic contrarius est spondeus, qui constat ex dua- 8
bus longis temporum quattuor, ut *Heros*. [i]Dictus παρὰ τὴν σπονδὴν, [k]quia in templis hoc pede quædam carmina componebantur, scilicet ut libantes sonum

dians B.) *ordines et cinesi ac* (*cives ac* C.) *est cognomina minatus* A.B.C. *quod tripudians et κ. etiam c.* Ven. [c] isthoc dictans charactere ἀκηνίαν, apud Italos vero gradivus, a gradivo Ἄρηος καὶ ἐνιοῦς ι. Martis et Bellonæ filio quem eo primum pede usum Poetæ fingunt quod cacumina montium] *istac dictitans και ει τις τεν* PYRRIChe-NeM ATHeNKINHCIAN *apitalos* (*apud Italos* B.) *vero ejus gradus ed* (*sed* B.) *bellone id est ensus* (*enius* B.) *filio quem caprino pedem* (*cum primo pede* B.) *in unum poetæ fingunt quod eum a montium* A.B. *apud Italos nō ejus gradus e ballone idem ensus filio quem ea primo pedem in unum poetæ fingunt* etc. C. *istac dictans characterem Achenchinam apud Italos vero ejus gradivus a bellonæ et ἄρεος id est ἐννους filio: quem ea primo pede in unum poetæ fugiunt quod eum a montium et difficilia* Ven. Codex MS. apud Scioppium Suspect. Lectt. V. 8. p. 256. *Ap. It. vero gradivus a Gradivo ἄρεος καὶ ἐννοῦς, id est Martis et bellonæ, filio, quem* [al. *eo primum pede usum poëtæ fing.*] *caprino pedem in unum poëtæ fingunt.* Ubi Fr. Modius *in unum* accipit dictum quasi "ad unum omnes." Hactenus Scioppius. *capripedem Inuum* Putsch. [d] more superaret] *morem superarem* B. [e] prædatoris vice] *prædatoria vice* A.B.C. Ven. [f] cursum] Supra sc. *per cursum* C. [g] *Sunt qui—æmularetur* om. C. [h] cognominaverunt παρὰ τὸν πύρσον hoc est a flamma quod calore velocitatis] *cognominaverunt quod calore velocitatis vel tripodio* (*tripudio* Ven.) A.B. et Ven. ubi om. *vel.* [i] dictus παρὰ τὴν σπονδὴν] *dicto parens non sponden* B. [k] quia in templis quædam carmina componebant, s. ut libantes] *quia in templis hoc pede quædam carmina componebantur scilicet libantes* A.B. *ut*

vocis abominosæ audire non [l]possint. Rhadmantho autem constitutus traditur, qui Arcadiæ [m]princeps venerat. Fors accipitur ab agricolis. Hoc successu et hoc divino ritu a musicis cumulis paribus ture incensis altaribus musicos choros geminis gressibus [n]explicaret, et æquipedi sono tibicen spondalium canere [o]juberet, ut duabus longis melodiis, quasi duplicibus et jugibus [p]votis prospera deorum voluntas firmare-
9 tur. Numam Pompilium [q]divinitate præditum, hunc pedem pontificium appellasse memorant, [r]cum [s]Salios juniores æquis gressibus circulantes [t]induceret spondeo melo patrios placare indigetes. Ergo et dibrachus et spondeus tantum [v]habent in arsi, quantum in thesi.

10 Iambus qui constat ex brevi et longa, ut *Dies*, [w]versui maledico habilis, [x]*παρὰ τὸ ἰαμβίζειν* Græce nominatur. Hujus autem origo verbi ex nomine Iambes famulæ Celei [y]derivatur, quæ Cererem, filiam quærendo ad Meganiram conjugem Celei delatam, cum vidisset solicitam, male tractavit. Quidam autem ferunt iambum quasi triambum a triumphatore Libero
11 cognominatum. [z]Sed alii a Marte ortum Iambum

libantes MS. ap. Scioppium l. c. *ut* om. Ven. Mox pro *componebantur* Ruhnkenius ap. Santen. Terent. Maur. p. 63. *composita canebantur*, Santenius *concinebantur*. [l] non possent Arcadiæ] *non possint. radamant ho autem constitutus traditur qui Archadiæ* B. [m] princeps venerat, sors accipitur pro agricolis. Hoc successit, et hoc divum ritu cumulis paribus a musicis thure incensis] *principes* (*princeps* B.) *venerat, fors* (*fons* B.) *accipitur ab agricolis hoc successu* (*suo cessu* B.) *et hoc divino ritu a musicis cumulis paribus ture incensis* A.B. *cum aulis paribus—musicus—spondaulium* Salmasius. Vid. Santen. ad Terent. Maur. p. 62. [n] explicare] *explicaret* A. Ven. [o] jubebant] *juberet* B. Ven. [p] vocibus] *votis* A. om. B. *vocis* Ven. [q] divinitate] *divinare* A.B. Ven. Mox *pontificum* Ven. [r] et cum] *cum* A. Ven. [s] Salios] *alios* B. [t] induceret—placasse] *inducere—placaret* A. Ven. *placaret* B. Mox *tamen* pro *tantum* Ven. [v] habent] *habet* A.B. [w] versuique] *versu* A.B. Ven. [x] *ιαμβίζειν τὸ ἰβρίζειν*] *iambizein Græce nominatur* A.B. *τὸ ἰβρίζειν* om. Ven. [y] nominatur] *derivatur* A.B. [z] Sed] om. B.

[a]strenuum ducem tradunt, qui cum crebriter pugnas iniret, et telum cum clamore torqueret, [b]ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην Iambus appellatur. Idcirco ex brevi et longa pedem hunc esse compositum, quod [c]hi qui jaculentur ex brevi accessu in extensum passum proferuntur, [d]ut promtiore nisu telis ictum confirment. Auctor 12
hujus librationis [e]Arctinus Græcus his versibus perhibetur,

ὁ [f]δ' Ἴαμβος
ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφόρῳ ποδὶ ὄφρ' οἱ γυῖα
τεινόμενα ῥώοιτο καὶ εὐσθενὲς εἶδος ἔχησι.

Igitur hunc pedem vel [g]iambicum gressum prisci 13
Apuli Daunium, a duce suo Daunio, prodiderunt, [h]quod is primus quum adversus acrem Diomedis pugnam bellum asperum iniisset, gradali pugna [hh]suos dimicare instituit, [i]et conlato pede, assequenti paullatim dextero distento, et progredienti lævo et brevi successu, et longo distentu gradus simul et [k]nisus firmaretur; unde non immerito melon hunc iambicum Gradalem quidam [l]nuncupant, Gradivoque Marti augurant, quod gradariæ pugnæ hujus effectu moveantur.

[a] strenuo duce] *strenuum ducem* A.B. *strēnivo* Ven. [b] παρὰ τὸ ἴδιον βάλλειν] α POTυ ειιτ ΚαιΒαΝ A.B. παρᾶτοιον βαλλειη Ven. ἀπὸ τοῦ ἰέναι βάδην M. Victorinus supra p. 57. [c] quod ij qui jaculantur] *quod hi qui jaculentur* A.B. *jaculentur* Ven. [d] ut fortiore nixu teli ictum] *et promtiore nisu telis ictum* A. *promotiore nisu* B. *fortiore vixu telis* Ven. Mox *bibrationis* A. [e] Agretius] *Arctinius* A. *Artinius* B. *agretinus* Ven. [f] διάμβος ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφέρω] *o iambos ex oligu diabas proforo podio frao igv iati nomen aravi το και eust henesiodos εχησι. igitur hunc* A. *o iambos ex oligo diabas profero podio fraoi griati nomen aravito Kuejus thenesidos exhg. igitur* B. Santenius ad Terent. Maur. p. 67. " in primo pyrrhichio δ' ex antiquis edd. inserui. Post " Luzacius malebat τεινομένῳ, Ruhnkenius pro εἶδος restituit ἴχνος." Vid. Scaliger. ad Euseb. p. 69. [g] iambicum gressum] *iambi egressum* B. [h] q, is cum primus] *quod is primus quod* A.B. *quod is primus* Ven. Mox *gladiali* Ven. [hh] duos dimicare] *suos dimicari* B. [i] ut collato] *et conlato* A.B. *et collato* Ven. [k] visus] *nisus* A.B. [l] nominant] *nuncupant* A.B.

14 Huic contrarius est trochæus, quem [m]χορεῖον appellant. [mm]Constat ex longa et brevi, temporum trium, ut *Roma*. Dictus [n]ἀπὸ τοῦ ἐπιτρέχοντας λέγειν. Quippe ejus modulationem, poematum sive metrorum compositioni accommodatam, rotatim et volubiliter dicebant. [o]Trochæum etiam a Mercurio repertum satis constat, quod is præcipitem festinationem [p]ex impetu longo in bre-
15 vem gressum finiri ostenderet. Unde plerique Græcorum ex longa et brevi eum pedem composuerunt; vel [q]παρὰ τὸ τρέχειν, ex discursu, trochæum frequentaverunt: ac musici viri ociori melo [r]intenti, ex rotæ situ et volubili [s]modo rhythmulum ejus et tonum designant; qui et decursionibus aptum judicant, [t]quod hi qui in bello laborant, [v]quotiens amissos ordines reparant, ex longo et disperso ambitu, in brevem et arctum ordinem coguntur, rotæ scilicet [w]similitudine se ventilantes, cujus satis latus ac breviatus canthus, radiatus luminibus in angustum [x]modioli circulum
16 cohibetur. Aiunt hunc trochæum Auruncos [y]rotulum nuncupasse, nimirum simili ratione qua Græci [z]a rota invitati, vel diversa appellatione persuasi; quod cum aciem constituerent prolatis [a]pedibus scuta brachiis protenderent, [b]breviterque dextris succedentibus pedi-

[m] χορεῖον] *conon* Ven. *Chorion* Santenius ad Terent. Maur. p. 71. [mm] Constat ex] *constat et* B. [n] ἀπὸ τοῦ τρόχου] *apotu epitrechontas legin quippe ejus* A.B. ἀπὸ—*rotatione* om. Ven. [o] Trochæum] *trochæum etiam* A.B. Mox *quod in his* Ven. [p] ex impetu] *et impetu* A.B. Ven. [q] παρὰ τὸ τρέχειν hoc est a currendo] *para to trechin ex discursu* A.B. *et discursu* Ven. [r] intenti] *intuenti* A. Ven. *inventi* B. [s] motu rhythmum ejus et tonum designant, quia decursoribus] *modo rithmulis ejus et tonum designent qui et decursionibus* A. et fere B. *modo—decursionibus* Ven. [t] quod hi] *his* B. *quod ii* Ven. [v] quoties] *quotiens* A. [w] similitudine eventilantis] *similitudines evertilantes* A. *vertilantes* B. *evertilantis* Ven. [x] modioli] *modi ob* B. [y] rotulum] *rutilum* A.B. Ven. [z] a Trocho nominandi] *rota invicati vel diversa* A. *a rota invitati et diversa* B. *quia græcia toti nuntiandi* Ven. [a] vestigia sisterent ac om. A.B. post *pedibus*. *ac* om. Ven. [b] breviterque] *breviter* B.

bus vestigia sisterent [c]et reductis manibus, [d]ingenti clamore, quæ vibraverant, tela jaciebant; quæ res huic melo [e]ingenitum nomen acquisivit.

Ternarum syllabarum sunt hi: 17

Dactylus, quem Græci [f]πολιτικὸν appellant. Constat ex [g]longa et duabus brevibus, temporum quattuor, ut *Romulus*. A [h]tactu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem [i]faberrime adfectabant; vel ab Idæis Dactylis, quos Curetas sive Corybantas poetæ appellabant. Hi namque in insula Creta Jovem custodiendo ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu [l]æris illisi rhythmica etiam pedis dactyli compositione celavere vocem infantis. Sed 18 nativitatis eorum [m]causa, ut vetustatis fabulositas docet, hæc fuisse traditur. Aiunt Opem in Idam montem insulæ Cretæ fugiendo delatam, manus suas imposuisse memorato monti, et sic infantem [[n]ipsum] edidisse, [o]et ex hac manuum impressione emersisse Curetas sive Corybantas, quos a montis nomine et a qualitate facti Idæos Dactylos [p]appellant. Hos quidam tres putant, qui Lares esse creduntur, [q]Damnameneus, Astheus, Pyrrichus. Dicti ἀπὸ τῶν κορῶν, id

[c] reductis] *et reductis* A.B. Ven. [d] ingenti] *ingentivo* A. [e] ingenitum] *ingentivum* A. *intivum* B. *in genitivum* Ven. [f] πολιτικὸν appellant] *politi con pellant* A. [g] prima longa] *longa* A.B. [h] tractu] *tactu* A.B. Tum *dictum* Ven. [i] faberrime affectabant, vel ab Idæis Dactylis] *falierrime adfectabant vel abita eis dactylis* A. *faliermiæ* Ven. [k] coribantas—appellabant] *coribantes—appellant* B. *coribantes* Ven. [l] æris illisi rhithonica] *æris usi rithmica* A.B. *æris nisi rithmica* Ven. [m] caussam, vetusta fabulositas docet hanc fuisse] *causa ut vetustatis fabulositas docet hæc fuisse traditus (traditur* B.) A.B. [n] ipsum] om. A. [o] et ex manuum] *et ex hac manuum impræsione* B. [p] appellarunt] *appellant* A.B. *appelaret* Ven. [q] Damnameneus Acmon Celmus dicti ἀπὸ τῶν] *Dami inameneus astheus pyrrichius dicti apo ton* A. *daminameneus, astheus, pyrricus, dicti apo ton coron, id est formosis* B. *Damimamētinus Asteus Pyrrichius dicti ἀπὸ τῶν* Ven.

est a formosis oculis, qui [r]κόραι vocantur, id est pupulæ, vel a cono galeæ.

19 Huic contrarius est anapæstus, quem ἀντιδάκτυλον Græci nominant. Constat ex duabus brevibus et longa, [s]temporum totidem, ut, *Nebulæ*. Dictus [t]παρὰ τὸ ἀναπαίειν, κατὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, quia recurrendo repercutiens dactylum, sono reciproco obloquitur [u]ei per antistrophen.

20 Tribrachys, [v]tribrevis, [w]seu Thasius, quem quidam brachysyllabum, alii [x]triorcheon, nonnulli pygmona, plerique chorium nuncupant. Constat ex tribus brevibus, [y]a quibus nomen accepit, ut, *Helena*. Chorius autem ideo dictus, quia choreis hujus compositio convenit.

21 Huic contrarius est molossus, [z]vortumnius, extensipes, quem alii [a]hippium, vel [aa]chanium dicunt. Constat ex tribus longis temporum sex, ut, *Æneas*. Ideo molossus dictus, quia Molossi, id est Thessali, ad bellum procedentes hujus modulata compositione utebantur. Hippius vero equestri scilicet pugnæ conveniens modulabatur.

[r] κόραι vocantur, id est pupillæ] *quæ cor evocantur id est pupulæ* A. *quæ* Ven. pro *qui*. [s] et temporum] *temporum* A.B. [t] ἀναπαίειν, id est, παρὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν] *anapein catato anapalin anti cruori* A. *anapæin catado anapalin sed anticruore pros ton dactilon* B. [u] et per antistrophen] *ei per antistrophen* (*reiferantis trofen* B.) *quia contrarius est bacchio. Apud Græcos enim palin contrarium significat. adeo palin ton atoxa ex his omnibus inter se mixtis alii deinceps pedes complures sin zugiæ venascuntur. Nam quem ammodum pedes disyllabi quattuor geminati sedecim duplices fiunt quas Greci synzygias vocant ita idem cum trisyllabis juncti. Tribrachis tribrevis etc.* A. et fere B. Vid. infra s. 25. [v] seu Thasius] F. *ceu Dibrachys.* Santen. Terent. Maur. p. 75. [w] tribrevis tanquam tasius quidam] *tribrevis te ut* (*ceu* Sc.) *thasius quem quidam* A. [x] trinocheon, nonnulli Pygmeona, plerique choreum nominant] *triorcheon nonnulli pygniona* (*pygmona* Sc.) *plerique chorium nuncupant* A. *pygmona plerique chorium nuncupant* B.—*trocheon—pigmona* Ven. [y] ex quibus] *a quibus* A.B. [z] vertumnus] *vortumnius* B. [a] hippeum vel canium] *hippium vel chanium* A.B. *h. v. thanium* C. [aa] Chanium] F. *Chaonium* Santenius ad Terent. Maur. p. 75.

[b]Amphibrachys, Ianius, amphibrevis, qui et scolius, 22
constat ex brevi et longa et brevi, [c]temporum quattuor, ut, *Carina.* [d]Dictus a duabus brevibus a quibus ex utraque parte media longa continetur. [e]Scolius quoque ideo, quia habiliter componitur scolio, [f]est autem citharæ species mensalis.

Huic contrarius est amphimacrus, Fescenninus, am- 23
phimeres, quem alii creticum appellant. Constat ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut, *Demophon.* Dictus a duabus longis, a quibus [g]utrimque media brevis amplectitur. Creticus quoque, quia Cretes saltando ejus rhythmica compositione utebantur.

Bacchius, Œnotrius, [h]tripodius, saltans, quem Græci 24
[i]pariambum dicunt, constat ex brevi et duabus longis, temporum quinque, ut, *Agenor, Athenæ.* [j]Dictus [k]*παρὰ τὰς βάκχας*, quia bacchantibus convenienter componebatur.

Huic contrarius est palimbacchius, [l]Latius, qui et 25
Saturnius, [m]ultima brevi, quem quidam propompicon,

[b] Amphibrachys, Janus utrinque brevis qui et] *amphibrachis janius amphibrevis quia et* A. *ampfibrachis janus* (*Janius* C.) *amphibrevis qui et* B.C. *amphibrevis* Ven. pro *utrimque brevis.* [c] quattuor temporum] *temporum quattuor* A.C. [d] dictus autem] *autem* om. B. [e] scoliusque] *scholius quoque* A. *scolius quoque* B. *scolius* C. [f] id citharæ species. Huic mensura contrarius est amphimacrus, fescenninus, amphimaros, quem alii creticum] *est autem cithare species mensalis. huic contrarius est amphimacrus ut fescenninus amfimeres quem alii creticon* A. *est autem cytharæ species huic mensalis* Ven. *id* om. B. . . . . *species mensalis qui creticus appellatur. huic contrarius est a. ut fescennius, amfimeres* B. *est autem cytharæ species. Huic mensalis contrarius est amphimacrus fescentinus amphimacros* Ven. *dictus a duabus —utebantur* om. C. Pro *citharæ* Santenius ad Terent. Maur. p. 475. conj. *cantilenæ.* [g] utrinque brevis media] *utrimque media brevis* A. *media brevis* B. [h] tripodius saltans quem Græci] *tripodians quem Græci* A.B. *tripodian, salutem quem Græci* C. *tripodias salutem* Ven. [i] pariambum] Voluit, credo, Diomedis interpolator *Palimbacchium.* Santen. Terent. Maur. p. 89. [j] *dictus—componebatur* om. C. [k] *παρὰ τῆς βάκχης*] *para tas bacchas* A.B. [l] Latius qui et Saturnius] *Latiusque et Saturninus* C. [m] ultima brevi, quem quidam proponticon, alii Thessaleon] *ulti brevis quem quidam propompicon*

alii Theseleon vocant. Constat ex duabus longis et brevi, temporum totidem, ut, *natura*. Dictus [n]palimbacchius, quia contrarius est bacchio. Apud Græcos enim πάλιν *contrarium* significat, [o]adeo παλίντονα τόξα.

26 Ex his omnibus inter se mixtis alii deinceps pedes complures συζυγίαι[p]ve nascuntur. Nam quemadmodum pedes disyllabi quattuor geminati sedecim duplices [p]fiunt, quos Græci syzygias vocant, [q]ita iidem cum trisyllabis juncti [r]triginta et duo de se reddunt. Trisyllabi vero cum trisyllabis geminati sexaginta

27 quattuor colliguntur. Atque excepto amphibracho, et epitrito, (quorum alterum [s]tripla, alterum epitrita [t]divisione partimur,) universorum pedum trina conditio reperitur. [v]In aliis enim æqua divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla. Et prima dactylica, secunda

28 iambica, tertia pæonica nominatur. Est itaque æqua pedis divisio, quotiens sublatio [w]pedis temporibus [x]positioni par est, ut est in dactylo et anapæsto, item spondeo et pyrrhichio. Horum enim arsis tantum in

29 se habet, quantum et thesis. Dupla vero [y]est, quotiens pedis sublatio temporibus impar est positioni, ut

(*proponicon* C.) *alii theseleon* A.C. *huic contrarius palimbachius qui et Saturnius ultimi breves quem quidam propompicon* B. *propompicon* Ven. et mox *theseleon*. Marius Victorinus supra p. 58. *pompicus*. [n] palimbacchius] om. A.B. [o] ideo παλίντονα τόξα τιταίνων cornibus inter se contrariis. Ex his] *adeo palinton atoxa. ex his* (*is* B.) A.B. desunt C. τιταίνων om. Ven. [p] faciunt] *fiunt* A.B.C. Ven. [q] *ita idem trisyllabis junti tribrachis tribrevis leuthasius quem quidam brachysyllabum alii trioncheon* B. v. supra s. 20. [r] triginta duos de se reddunt. trisyllabi vero cum trisyllabis geminatis] *triginta et duo de se reddunt. trisyllabi vero cum trisyllabis geminati sexaginta quatuor* A.B. *sexaginta quatuor* C. LXIIII. Ven. [s] trina] *tripla trina* B. [t] divisione] *quorum divisione* C. [v] in aliis enim dupla, in aliis sescupla, in aliis æqua divisio est] *in aliis enim æqua divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla et* A.B. *in aliis enim dupla divisio est aliis dupla in aliis sex tripla prima dictalica* C. *vero* Ven. pro *enim* [w] pedis] om. B. [x] positioni par] *positionis pars* A. [y] est, quoties] *quotiens* A.

est in iambo et trochæo et duobus ionicis. Iambi enim arsis unum [z]tempus tantum in se habet, et ejus thesis duo, [a]at trochæi versa vice arsis [b]duo habet, et thesis unum. Sescupla quoque intellegitur, ut est in pæonibus, et in duobus [c]bacchiis et cretico. Hi enim pedes, qui temporibus quinque pares sunt, per bina tempora dividuntur. [d]Identidem bina adjecta, scilicet duum dimidia parte, terna de se reddunt, per quæ sescupla colligitur. 30

Pedes duplices, sive combinati vel quadrati, [e]sunt sedecim hi: 31

Προκελευσματικὸς, ex duobus pyrrhichiis, quattuor brevium syllabarum, [f]temporum totidem, ut, *Valeria.*

Huic contrarius est [g]dispondeus, ex duobus spondeis, syllabarum quattuor longarum, temporum octo, ut, *Mæcenates, Suphenates, oratores.* 32

Pæon primus, ex trochæo et pyrrhichio, hoc est ex longa et tribus [h]brevibus, temporum quinque, ut, *Demodocus, Stesichorus.* Huic contrarius est hippius primus. 33

Pæon secundus, ex iambo et pyrrhichio, hoc est ex brevi et longa et duabus brevibus, [i]temporum quinque, ut, *Colonia.* Huic contrarius est hippius secundus. 34

Pæon tertius, ex pyrrhichio et trochæo, hoc est ex duabus brevibus et longa et brevi, temporum quinque, ut, *Catamitus.* Huic contrarius est hippius tertius. 35

[z] tempus tantum] *tempus ta* A. *tam in se habet et ejus thesis* B. *tam* C. [a] at trochæi] *quam trochei* A.B.C. *quæ trochæi* Ven. [b] duo habet] *quod habeat* A. [c] bacchio] *bacchiis* A.C. *bacchis* B. [d] itidem] *identidem* A.B.C. Ven. [e] *sunt tredecim hi, proceleumaticus temporum totidem ut Valeria ex duobus pirrichiis quatuor brevium syllabarum. huic contrarius est dispondius, dispondius ex duabus ex dispondeis* B. [f] totidem temporum] *temporum totidem* A.C. [g] dispondeus] *dispondius dispondius* A. [h] brevibus ut] *brevibus temporum quinque* A.B. *temporum quinque ut Demodocus Stesichoro* C. [i] *brevibus* om. A.

36 Pæon quartus ex pyrrhichio et iambo, hoc est ex tribus brevibus et longa, temporum quinque, ut, *celeritas, facilitas.* Huic contrarius est hippius quartus.

37 Et est hippius sive epitritus primus, ex iambo et spondeo, hoc est ex brevi et tribus longis, temporum septem, ut, *Capenates.*

38 [j]Hippius sive epitritus secundus, ex trochæo et spondeo, hoc est ex longa et brevi et duabus [k]longis, temporum septem, ut, *Conditores.*

39 Hippius sive epitritus tertius, ex spondeo et iambo, hoc est ex duabus longis et brevi et longa, temporum septem, ut, *discordiæ, heroici.*

40 Hippius sive epitritus quartus, ex spondeo et trochæo, hoc est [l]ex tribus longis et brevi, temporum septem, ut, [m]*invitamus.*

41 Ionicus ἀπὸ μείζονος, ex spondeo et pyrrhichio, hoc est ex [n]duabus longis [o]et duabus brevibus, temporum sex, ut, *Demetrius.*

42 Huic contrarius est ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος, qui constat ex pyrrhichio et spondeo, hoc est ex duabus brevibus et duabus longis, temporum sex, ut, *Diomedes, Lacedæmon.*

43 Diiambus [p]ex brevi et longa et brevi et longa, temporum sex, ut, *Leonides, propinquitas.* Qui pes dactylus ab iambo appellatur.

44 Huic contrarius est ditrochæus ex longa et brevi, et longa et brevi, temporum sex, ut, *cantilena, dimicare:* qui pes [q]creticus κατὰ τροχαῖον dicitur.

j Sed Hippius] *sed* om. A.B.C. k longis] *longis temporum* B. l ex tribus longis] *tribus longis* A.B. m Invitamus Ionicus ἀπὸ μείζονος] *limitanus ioicus apomizonos* A. *limitanus* item B.C. *linutamus* Ven. n *duabus longis*] *tribus longis* C. o *et duabus*] *ex duabus* B. p ex brevi et longa temporum sex, ut Leonides, propinquitas, qui pes a duplato iambo] *ex brevi et longa et brevi et longa temporum sex ut Cleonides propinquitas qui pes dactilus ab iambo* A.C. *Cleonides* etc. B. Ven. q catatrochæus] *creticus cata trocheon* A.B.C.

Antispastus ex iambo et trochæo, hoc est ex brevi 45
et duabus longis et brevi, temporum sex, ut, *Medullina,* [r]*Saloninus.*

Huic contrarius est choriambus, ex trochæo et 46
iambo, hoc est ex longa et duabus brevibus et longa, temporum sex, ut, *nobilitas, armipotens.*

Hos omnes cum de metri [s]tractatu aliquid legimus, 47
diligentius considerare, et in memoria habere debemus, ut, singuli quique versus quibus pedibus constent, scire possimus.

Pedes heteroploci pentasyllabi sunt numero triginta 48
et duo, hi:

Orthius, ex brevibus quinque, [t]temporum totidem.

Pariambus, ex longa et brevibus quattuor, temporum sex.

[v]Parapienos, ex brevi et longa, et tribus brevibus, temporum sex.

Mesomacros, ex duabus brevibus, et longa et dua- 49
bus [w]brevibus, temporum sex.

Hegemoscolius, ex tribus brevibus et longa et brevi, temporum sex.

Pyrrhichianapæstus, ex brevibus quattuor et longa, temporum sex.

Probrachys, ex brevi et longis quattuor, temporum novem.

[x]Hyperbrachys, ex longa et brevi et tribus longis 50
temporum novem.

[r] salonius] *Saloninus* A.C. Ven. *Saloniunus* (sic) B. [s] tractatu] *tractavi* B. [t] et totidem temporum] *temporum totidem* A.B.C. [v] Parapienos ex longa et brevi] *parapusnos ex brevi et longa* A. *parapycnos* B. Nescio an h. l. reponi debeat *Pariambus* et paullo supra *Parapæon.* [w] brevibus. Hyemo scolius] *brevibus temporum sex. antispastus* A.B. *brevibus temporum sex. Antispastus ex tribus brevibus et longa et brevi temporum sex. pirrichioanapæstus ex brevibus quatuor* C. [x] Hyperbrachys ex longa et brevi et duabus longis temporum novem] *Ypo-*

Mesobrachys, ex duabus longis et brevi et duabus longis, temporum novem.

Molossiambos, ex tribus longis et brevi et longa, temporum novem.

Calotibos, ex quattuor longis et brevi, temporum novem.

51 Diphyes, ex duabus brevibus et tribus longis, temporum octo.

[y]Orthius, ex longa et duabus brevibus et longis duabus, temporum octo.

[z]Amœbæos, ex duabus longis et totidem brevibus et longa, temporum octo.

[a]Molossopyrrhichius, ex tribus longis et duabus brevibus, temporum octo.

52 Symplectos, ex duabus longis et tribus brevibus, [b]temporum septem.

Musicos, ex longa et brevi et longa et brevibus duabus, temporum septem.

Antanapæstus, ex brevi et duabus longis et duabus brevibus, temporum septem.

Antamœbeus, ex duabus brevibus, et duabus longis et brevi, temporum septem.

brachis et longa et brevi et tribus longis temporum novem. Mesobrachis ex duabus longis et brevi et duabus longis temporum novem. A.B. Ven. *Ypobrachis ex tribus longis temporum novem. messobrachis ex tribus longis et brevi et longa temporum. Calot.* C. [y] Othius] *orthius* A.B. Ven. *orchius* C. [z] Amebæos] *Amoeybeos* A. [a] Molossopyrrhichius] *Molossopyrrichos hoc est* A.B. *Molossopirrichos* C. Ven. [b] temporum septem. Musicos ex duabus longis et totidem brevibus et longa temporum octo. Dasios ex tribus brevibus et duabus longis temporum septem] *temporum septem. Anteanapæstus ex brevi et duabus longis et duabus brevibus temporum septem. Antamœbeos ex duabus brevibus et duabus longis et brevi temporum septem. Dasios ex tribus brevibus et duabus longis temporum septem. Thymelicos ex longa et tribus brevibus et longa temporum septem* A. *Musicos ex longa et brevi et longa et duabus brevibus temporum septem. Antamocheos ex duabus brevibus et duabus longis temporum septem. thimedicos ex longa et tribus brevibus et longa temporum septem. dasios et.* C.

Dasios, ex tribus brevibus et duabus longis, tempo- 53
rum septem.

Thymelicos, ex longa et tribus brevibus et longa, temporum septem.

Dochmios, [bb]ex duabus brevibus et longa et brevi et longa, temporum septem.

[c]Pariambodes, ex brevi et longa et brevi et duabus 54
longis, temporum octo.

Doriscos, [d]ex longa et duabus brevibus et longa et brevi, temporum septem.

Iambodes, ex brevi et longa, et brevi et longa et brevi, temporum septem.

Cyprios, ex brevi et longa et duabus brevibus et 55
longa, temporum septem.

Anticyprios, ex longa et brevi et duabus longis et brevi, temporum octo.

Bacchiochorios, ex duabus longis et brevi et longa et brevi, temporum octo.

[e]Hypodochmios, ex longa et brevi et longa et brevi 56
et longa, temporum octo.

Dochmios per *συζυγίαν* antistrophos, ex brevi et longis tribus et brevi, temporum octo.

[f]Molossospondeus, ex longis quinque, temporum decem.

Hactenus originem et historiam generalium pedum exposuimus. Poematum [g]genera metrorumque tractatus ostendere tempus est.

[bb] ex duabus brevibus et longa et brevi] *ex brevi duabus longis et brevibus* Santen. ad Terent. Maur. p. 129. [c] Periambodes] *Iambodes ex brevi et longa et brevi et longa et duabus brevibus et longa temporum septem. Dochmios* A. *Pariambodes* Ven. [d] ex longa] *et longa* A. [e] Dochimos] *Ypodochmios ex longa et brevi et longa et brevi et longa temporum octo. Dochemios per synzugian antistrophos ex brevi et tribus longis et brevi temporum octo* A.B.C. In C. *tamen, octo. Molosso spondeos ex longis quinque temporum decem. Dechimios.* [f] Molosso spondeus] *Molosos pandios* A. [g] genera] *generalium* B.

Cap. VI. [h]De Poematibus.

[i]Poematis genera sunt tria. Aut enim activum est vel imitativum, quod Græci [k]δραματικὸν vel μιμητικόν: aut enarrativum vel enuntiativum, quod Græci ἐξηγητικὸν vel [l]ἀπαγγελτικὸν dicunt: aut commune vel mixtum,
2 quod Græci [m]κοινὸν vel [n]μικτὸν appellant. Δραματικὸν [o]est vel activum, in quo personæ agunt solæ sine [p]ullius poetæ interlocutione, ut se habent tragicæ [q]et comicæ fabulæ, quo genere scripta est [r]prima Bucolicon et ea cujus initium est, *Quo te Mœri pedes?*
3 Ἐξηγητικὸν est vel enarrativum, in quo poeta ipse loquitur sine [s]ullius personæ interlocutione, ut se habent tres [t]Georgici, et prima pars quarti; item [v]Lucre-
4 tica carmina, et cetera his similia. [w]Κοινὸν vel commune est, in quo poeta ipse loquitur et personæ loquentes introducuntur, ut est scripta Ilias et Odyssea tota [x]Homeri, et Æneis Virgilii, et cetera his similia.

Cap. VII. [y]De generibus poematos dramatici vel activi.

Poematos dramatici vel activi genera sunt quattuor: apud Græcos tragica, comica, satyrica, mimica;

[h] De tribus poematum generibus] *De Poëmatos* A. *De poëmatibus* B.C. [i] Poematis] *Poematus* A. [k] δραματικὸν] *dragmaticon* C. et infra. [l] ἀναγγελτικὸν] *apologeticon* C. ἀπολογητικὸν Ven. ἀπαγγελτικὸν Casaub. de Sat. Poes. I. c. 3. p. 81. Et sic Sc. [m] κοινὸν vel μικτὸν] *cynon vel micton* B.C. [n] mixtum] *mistum* C. [o] vel activum est] *est vel activum* A.C. [p] ulla] *ullius* A.B. [q] vel comicæ] *et comicæ* A.B.C. Mox *prima scripta est* C. [r] bucolicon ea] *Prima bucolicon et ea* A.B. *et ea* C. [s] personæ ullius] *ullius personæ* A.B.C. [t] georgicæ] *georgici* A. [v] Lucretiana] *Lucretica* A.C. Ven. [w] κοινὸν vel μικτὸν] *cynon est vel commune* A.B.C. Ven. [x] Homeri] *Homeri et Æneis Virgilii et cætera his similia* A.B.C. [y] Dramatici sive activi exegetici sive enarrativi et communis vel mixti species] *De generibus poematos dramatici vel activi* A.B. *Dragmatici vel activi et exagetici vel enarrativi poematos dragmatici* C. Mox *inimeca* Ven. pro *mimica*.

apud Romanos, prætextata, tabernaria, [z]Atellana, planipes.

Exegetici vel enarrativi species sunt tres, [zz]angel- 2
tice, historice, didascalice. Angeltice est, qua sententiæ [a]scribuntur, ut est Theognidis liber, item [b]chriæ. Historice est, qua narrationes et genealogiæ componuntur, ut est [c]Hesiodi Γυναικῶν κατάλογος, et similia. Didascalice est, qua comprehenditur [d]philosophia Empedoclis [e]et Lucretii, item astrologia, ut Φαινόμενα Arati et Ciceronis, et Georgica Virgilii, [f]et his similia.

CAP. VIII. [g]DE SPECIE POEMATOS COMMUNIS.

Κοινοῦ vel communis poematos species prima est heroica, [h]ut est Iliados et Æneidos: [i]secunda lyrica, ut est Archilochi et Horatii.

Epos dicitur Græce [ii]carmine hexametro divinarum 2
rerum et heroicarum humanarumque comprehensio; quod a Græcis ita [j]definitum est: ἔπος ἐστὶν ἐμπεριοχὴ

z atellana] *abellana* A.B. zz *Angelicæ* (in marg. al. *angelticæ*) C. a *morales* om. B.C. Ven. post *scribuntur.* b item historice qua] *item chriæ historicæ est qua* A. *item diriæ* etc. B. c Hesiodi Theogonia] *Hesiodugine concatalogos* A.B. d *ut libri Varronis* om. A.B. post *philosophia.* e Lucretii] *et Lucreti* A.B. *et Lucrecii* C. f et similia. κοινοῦ] *et his similia. De specie poematos communis. Cynu vel communis* A. g *De specie poematos communi Cvnou vel communis poëmatos* B. *cynon vel communis poematos* C. h ut Iliados] *ut est Iliadis* A.B. *ut est Iliados* C. i Secunda lyrica, ut est Archilochi et Horatii. Epos dicitur Græce carmen hexametron] *Secundæ liaca . . . oratius. poematos characteres sunt quattuor. epos dicitur græce carmine hexametro* A. *secunda eliaca ut est Archilochi et oratius. poematos caracteres sunt quatuor. Epos dicitur* etc. . . et quæ sequuntur lineola tranversa deleta sunt, usque ad viii. 5. *Poematos characteres* etc. B. *et oratii, poematos characteres sunt quatuor. epos dicitur* C. Ven. ii carmen hexametron] *carmine hexametro* B. j diffinitum est περιοχὴ θείων καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀ.] *definitum est. epos est en perioche thion te ce heroicon ce a* A. *epos est henperiochae thiontece heroicon* B. *epos est emperioche thiontice* C.

θείων τε καὶ ἡρωϊκῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Latine paulo communius carmen [k]auditur. Epos [l]Latinum primus digne scripsit is, [m]qui res Romanorum XVIII complexus est libris, qui et Annales [n]scribuntur, quod [o]singulorum fere annorum actus contineant, [p]sicut publici annales, quos pontifices scribæque conficiunt [q]vel Romanis, quod Romanorum res gestas de-
3 clarant. Epos autem appellatur, ut Græcis placet, [r]*παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις.* Præcipue vero hexameter versus epos dicitur, [s]quoniam quidem hoc versu verba responsi in mutuam, [t]ut sic dixerim, consequentiam primus Deus vates comprehendit, unde postea abusive verbum, et solutæ orationis ipsa scriptura consequens, ab aliis epos dictum.
4 Ῥαψῳδία [v]dicitur Græce *ποιήσεως μέρος*, aliqua particula discreta atque divulsa; dicta [w]*παρὰ τὸ ῥάπτειν*, quod versus in unum volumen velut consuantur et

[k] auditur] *audit* Santen. Terent. Maur. p. 231. [l] Latine] *Latinum* A.B. *Latium* C. [m] scripsit Livius is qui Romanorum] *scribsit* (*scripsit* B.C.) *is qui res Romanorum* A.B. *qui R. gesta* C. Non de Livio sed de Ennio agi vidit Vossius. Pro XVIII Sc. *in quindecim* [n] inscribuntur] *scribuntur* A.B.C. Ven. [o] fere singulorum] *singulorum fere* A.B.C. [p] sic puta] *sicut publici* (*puplici* A.) A.B. *sicut pp*^{ti} C. *sicut puta* Ven. [q] de Romanis qui quidem] *vel Romanis quod* A.B. Tum *regestas declarat* B. *De Romanis quod Romanorum res gestas declarat* C. *de Romanis quidem* Ven. Verba illa *vel Romanis* etc. delenda censet Scioppius Susp. Lectt. V. 10. p. 262. ut glossam resipientia. [r] *παρὰ τὸ ἔπω τὸ λέγω.* Proprie enim ἔπος est ἔμμετρος λόγος vel ἀκόλουθος] *para to epese en auto ita exes metris protys* A. Repetuntur hæc in A.B. post *volabant* sic: *parato epes the en auto icta exes mere to is protois.* In B. sic: *para to epesae ae naute. ita ex es meretis protys.* Vid. Santen. ad Terent. Maur. p. 224. *ακλοιθω* Ven. [s] quoniam hoc versu verba respondent mutuo, ut sic dixerim. Poematos characteres sunt hi, *μακρὸς, βραχὺς, μέσος, ἄνθηρος*] *quoniam quidem hoc versu verba responsi in mutuam ut sic dixerim. Poematus* (*poematos* B.) *caracteres sunt hi brachis machros* (*macros* B.) A.B. *quoniam quidem—in mutuum ut sic dixerim. poematis ch.* C. [t] ut sic dixerim] *ut sic dixerim consequentiam. primus deus vates* etc. A. loc. sec. [v] *dicitur ποιήσεως aliqua*] *dicitur græce pijeseos meros aliqua* A.C. [w] *παρὰ τὸ ῥάπτειν*] *para to aptin* A.C. *para to paptin* B.

[x]comprehendantur, vel quod olim [y]partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, [z]id est virga, pronuntiabant, qui ab eodem Homero [a]dicti sunt Homeristæ.

Poematos characteres sunt hi, μακρὸς, βραχὺς, μέσος, ἀνθηρός. [b]Μακρὸς est, ut apud Virgilium cum narratione character, ut in undecimo ubi de Camilla facit narrationem sic, 5

Pulsus ob invidiam [c]*regno viresque superbas.*

Aut ut se habent secundi et tertii libri. Βραχὺς est ut in quinto, ubi de Ganymede strictim narrat sic:

Victori chlamydem auratam, [d]*quam plurima circum*
Purpura [e]*mæandro duplici Melibœa cucurrit,*
Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces jaculo [f]*cervos cursuque fatigat.*

Μέσος est, ut in primo,

Huic [g]*conjunx Sichæus erat ditissimus agri*
Phœnicum, et magno miseræ dilectus amore.

Est enim castigata narratio, sic tamen ut omnia complexa sit.

Ἀνθηρὸς, ut in septimo, ubi amœnitatem luci ac fluminis describendo facit narrationem sic: 6

Hunc inter fluvio Tyberinus amœno
[h]*Vorticibus rapidis et multa flavus arena*
In mare prorumpit; variæ circumque supraque
Assuetæ ripis volucres et fluminis [i]*alveo*
Æthera mulcebant cantu, lucoque volabant.

[x] comprehendantur] *prehendantur* C. [y] partes] *pares* A. *patres* C. [z] id est] *idem* C. [a] dicti sunt] *dicti* A.B. [b] Μακρὸς enim, ut apud Verg. cum in undecimo de Metabo] *macros est. ut apud Virgilium narratione character ut in undecimo ubi de Camilla* A.B. *Macros est apud Virgilium in XI. ubi de Camilla* C. *Macros cum —Virgilium in decimo de Camilla* Ven. [c] regnos] *regno sunt* B. [d] *quæ plurima* C. [e] Mæandro om. A.B. *Mænandro* Ven. [f] cervos. Μέσος] *cervos c. f. mesos* A.B. i. e. *cursuque fatigat.* [g] Sichæus erat] *sichæus erat. d. apemda* A. *erat d. a. p. e. m. d. t.* B. [h] vorticibus] *verticibus* A.B.C. [i] alveo] *alveo ethera mulcebant cantu lucoque* (*loquoque* B. *locoque* C.) *volabant.* A.B.C.

Cap. IX. De poematis generibus.

Elegia est carmen compositum hexametro versu pentametroque [j]alternis vicem positis: ut,

Divitias alius fulvo sibi [k]*congerat auro,*
Et teneat culti jugera [l]*multa soli.*

Quod genus carminis præcipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus, imitati Græcos Callimachum et [m]Euphoriona. Elegia autem dicta, sive [n]παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνειῶτας, (fere enim defunctorum laudes hoc carmine [o]comprehendebantur,) sive ἀπὸ τοῦ ἐλέους, id est miseratione, quod [p]θρήνους
2 Græci seu ἐλεγεῖα isto metro scriptitaverunt. Cui opinioni consentire videtur [q]Horatius, [r]qui ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens, ab ea, quam diximus miseratione, *elegos miserabiles* [s]dicit, hoc modo,

Neu miserabiles
Decantes elegos.

Apud Romanos autem id carmen, quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, Nenia dicitur, [t]παρὰ τὸ νείατον, id est ἔσχατον: unde et in chordis extremus nervus [u]appellatus est νήτη. Nam et

j alternatim] *alternis vicem* A.B. *alterna vice* C. *ad invicem* Ven. k congerat] *conserat* A.B. *construat* C. l magna soli] *multa soli* A.B.C. m Euphorionem] *Euforiona* A.B. *Euforeanum* C. n *para to* ..... *fere* C. εὐλέγειν—ἐλεῦ Ven. o *comprehendebantur sive apo tu* ..... *idem miseratione* C. *comprehendebant sive απο τοῦ ἐλεῦ id est miseratione, q. tyrenus græciq. ελεγειας isto metro scriptitaverunt* Ven. *Græci seu ἐλεγεῖα* Santenius ad Terent. Maur. p. 306. p θρήνους Græci isto metro scriptitaverunt] *threnus grecia ea eia isto metron scriptitaverunt* A.B. q Horatius qui ad] *Oratius cum ad* B. Sc. r qui ad] *qui* om. C. Ven. s dicit hoc] *dicit et hoc* C. t παρὰ τὸ νῆτον τὸ ἔσχατον. Et in] *paratoni athon id est eschaton unde et in* A. *paratoniaton id est eschaton. unde et in* B.C. Mox *extremis* C. et *necte* suprasc. *nene* et in marg. al. *necve.* u appellatus est νήτη. Sic et elegia videtur cognominari tractum quod] *appellatus est metenam et elegia. (nam et elegia) extrema mortuo accinebatur sicut inenia ideoque ob eadem elegia videtur tractum cognominari quod* A.B. et fere C. *Sic* om. Ven. qui et *tractum cognominari.*

elegia extrema mortuo accinebatur, sicuti nenia, ideoque ab eodem elegia videtur [v]tractum cognominari, quod mortuis vel morituris adscribitur novissimum.

Iambicum est carmen maledicum, plerumque tri- 2
metro versu et epodo sequente compositum: ut,

Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem [w]*Mœvium.*

Appellatum est autem παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est *maledicere.* Cujus carminis præcipui scriptores apud Græcos Archilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius et Catullus et Horatius et Bibaculus.

[x]Epodi dicuntur versus [y]quolibet metro scripti, et 4
sequentcis clausulas habentes particularum, quales sunt [z]epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adjiciuntur, ut,

Nox erat, et cælo [a]*fulgebat luna sereno*

deinde,

Inter minora sidera.

et,

Altera jam [b]*teritur bellis civilibus ætas*

[c]deinde,

Suis et ipsa Roma viribus ruit.

et quicunque sunt similes. Dicti autem epodi συνεκδοχικῶς a partibus versuum, quæ legitimis et integris versibus ἐπᾴδονται, id est *accinuntur.*

Satyra [d]dicitur carmen apud Romanos [e]nunc qui- 5
dem maledicum, et ad carpenda hominum vitia [f]ar-

[v] tractum—adscribitur] *carmen—accinitur* Santen. Terent. Maur. p. 310. [w] Mevium appellatum est] *Meavium. appellatum est autem* A.B. [x] Epodi] *Epodoe* A.B. *Epodos* Ven. et sic infra. Idem om. *et* post *Horatius.* [y] quolibet modo] *quolibet metro* A.B.C. Ven. [z] epodi] *epodoe* A.B. [a] lucebat luna sereno. inter] *fulgebat luna sereno. deinde inter* A.B.C. Pro *inter—ætas* Ven. habet *deinde.* [b] *bellis teritur*] *teritur bellis* A.B.C. [c] suis] *deinde suis* A.B.C. [d] est carmen] *dicitur carmen* A.B. [e] non quidem apud Græcos] *apud Græcos* om. A.B. B. item *nunc quidem* cum C. et Ven. [f] archææ] *argeæ* C. Ven.

chææ comœdiæ charactere compositum, [g]quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. Et olim carmen, quod ex variis poematibus constabat, satyra vocabatur, [g]quale scripserunt [h]Pacuvius et Ennius. Satyra autem dicta, sive a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculæ res pudendæque dicuntur, quæ velut a Satyris proferuntur et fiunt: sive a [i]satyra lance, quæ referta variis multisque primitiis, [j]in sacro apud priscos Diis inferebatur, et a copia ac [k]saturitate rei satura vocabatur; cujus generis lancium [l]et Virgilius in Georgicis meminit, cum hoc modo [m]dicit,

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

et,

Lancesque et liba feremus:

sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus
6 refertum, [n]satyram dicit Varro vocitatum. Est autem hoc positum in II libro Plautinarum Quæstionum: *Satyra* [o]*est uva passa et polenta et* [p]*nuclei pinei ex mulso consparsi.* [q]Ad hæc alii addunt et de malo punico grana. Alii autem dictam putant a lege satyra, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet et satyra [r]carmina multa simul et poemata comprehenduntur, [s]cujus satyræ legis Lucilius meminit in primo,

Per satyram ædilem factum, qui legibus solvat.

[g] quale] *quales* A.B.C. Ven. [h] Pacuvius] Vid. Casaubon. de Sat. Poës. II. 2. p. 188. [i] a satyra lance] *satyra a lance* A.B.C. *a satura lance* Scioppius. [j] in sacris Cereris inferebatur] *in sacro apud pris cordis infere* A. *in sacro apud priscos diis* B. *in sacro pi scordis inferebatur* C. *i sacris piscordis inferebatur* Ven. [k] saturitate] *ac saturitate* A.C. [l] *ut Virgilius* C. [m] dicit] *dicitur* B. [n] satyram Varro vocitat] *satyram dicit Varro vocitatum* A.B.C. [o] est ubi passa] *est uva passa* A.B.C. [p] nuclei pinei] *nudei pini* C. Mox *consparsi* Ven. Sc. pro *conspersi.* [q] ad hæc] *ad hoc* C. [r] carmina] *carmine* B. Mox *et* om. Ven. [s] cujus legis] *cujus satyræ legis* A.B.C.

[t]et Salustius in Jugurtha, *Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur.*

Bucolica dicuntur [u]poemata secundum carmen pas- 7
torale composita. Instituta autem sunt, sicut quidam putant, in Laconia, vel, ut alii, in Sicilia. Nam inter Lacedæmonios et Siculos [v]diversa fuit conditio. Sed [w]quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore adventante Xerxe in Græciam omnes, deserta Laconia, metu barbarorum perterriti, in diversas partes fugisse [x]creduntur, et cum virgines timore laterent, [y]ex hoc evenisse, ut eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ [yy]Caryatidi hymnum canere, nemo ad [z]solenne sacrificium inveniretur. [a]Tunc ita- 8
que pastores ex rure in urbem convenerunt, et ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine composito Deæ honorem celebraverunt, [b]unde est βουκολισμὸς dictus. A Siculis autem origo quæ trahitur, hæc est. Antequam Hiero rex Syracusas expugnaret, morbo Sicilia laborabat. Variis et assiduis ceremoniis Dianam placantes, finem malis invenerunt, [c]eamque Lyen cognominaverunt, quasi solutricem malorum. [d]Inde res in consuetudinem [e]tracta est, ut greges rusticorum theatrum ingrederentur, [f]et de victoria canerent. [g]Habitus autem hujusmodi videbatur. Erat panis magnus om- 9
nium ferarum imagine [h]completus, et uter cum vino,

[t] *et Salustius* om. B. [u] poëmata carmine pastorali] *poëmata secundum carmen pastorale* A.B. [v] varia] *diversa* A.B.C. [w] quod ad] *quid hoc ad* Ven. [x] dicuntur] *creduntur* A.B.C. Ven. [y] ex hoc] *et ex hoc* B. [yy] Caryatidi] *curiatidi* Ven. [z] solenne sacrum] *solemne* (*sollenne* C.) *sacrificium* A.B.C. *canere* supra om. B. [a] *tunc*] *tum* C. [b] unde etiam βουκολισμὸς dictus. a Siculis] *unde est buculismus dictus a singulis* (*siculis* B.) A.B. *unde bucolismus* C. [c] eandem Lyen] *eamque Lyen* A.B. [d] inde res] *et inde res* B. [e] tracta] *tractata* A. [f] et victoriam] *et de victoria* A.B. [g] habitus vero] *habitus autem* B.C. [h] complexus cum vino et folle leguminum omnis generis, inerat corona in capite] *completus et uter cum vino et follis cum omnium leguminum genere inerat eo corona*

et follis cum omnium leguminum genere; inerat et corona in capite et in manu pedum clavatum; atque ita victorum omnium fores multitudo [i]circumibat, carmen in victoriam, quam adepti fuerant, canebant, et de eo folle limina frugibus spargebant. Nonnulli et in Italiam et in Lydiam et in [k]Ægyptum transisse creduntur, quos Lydiastas et Bucolistas appellaverunt. Quamquam est et alia opinio, [l]circum pagos et oppida solitos fuisse pastores composito [m]cantu precari pecorum [n]ac frugum omniumque rerum proventum, atque inde in hunc diem manere nomen et ritum Bucolicorum. Putant autem quidam hoc genus carminis primum Daphnim composuisse, deinde alios complures, inter quos Theocritum Syracusanum, [o]quem noster imitatur.

10 Tragœdia est heroicæ fortunæ in adversis comprehensio. A Theophrasto ita definita est: tragœdia est [p]ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις. Tragœdia, ut quidam, a [q]τράγῳ et ᾠδῇ dicta est, quoniam olim actoribus tragicis τράγος, id est hircus, præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus, die festo Libero patri, ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut [r]Varro ait, depascunt vitem. Et Horatius in Arte poetica,

A.B. *omnium feretrum imaginem complexus* (in marg. *in imaginem veretri puto dicendum*) *et ut* (in marg. *uter*) *cum vino et follis cum omnium leguminum genere* C. *ferarum imaginec ompletus et uter* ms. apud Scioppium Lect. Susp. V. 12. p. 267. qui mox delet *eo*. Putschius dedit *et corona*.—Et *imagine complexus et cum vino et foliis omnium leguminum genere* Ven. [i] carmine circuibat, victoriam quam] *circumibat carnem in victoriam quam* A. *circumibat carmen* B. *carmen circuibat* C. *circuibat in carmen* Scioppii ms. *carmen* Ven. [k] Ægyptum] *in Ægyptum* A.C. [l] circum pagos] *circa pados* B. [m] carmine] *cantu* A.C.B. [n] et frugum omniumque] *ac frugum hominumque* A.B. *ac frugum omniumque proventum atque* C. *rerum* om. Ven. [o] quem noster] *quem nostrum* B. [p] ἡρωικῆς τύχης] *erotices thyches* A.B. [q] dicitur a τράγος et ᾠδὴ dicta] *a tragoeto dedicta est* A. *dicta est* C. [r] ut ait Varro] *ut Varro ait* A.B.C.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
[s]*Mox etiam agresteis Satyros nudavit.*

Et Virgilius in Georgicon secundo, cum et sacri genus monstrat, et causam talis hostiæ reddit his versibus,

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.

[t]Alii autem putant a fæce, quam Græcorum quidam 11
τρύγα appellant, tragœdiam nominatam, [v]per mutationem litterarum υ in α versam, quoniam olim nondum personis a Thespide repertis, taleis fabulas peruncti ora fæcibus agitabant, ut [w]rursum est Horatius testis sic,

Ignotum tragicæ genus invenisse [x]*Camenæ*
Dicitur, et [y]*plaustris vexisse poemata Thespis,*
Quæ canerent agerentque [z]*peruncti fæcibus ora.*

[a]Alii a vino arbitrantur, propterea quod olim vinum dictitabatur τρὺξ, a quo τρύγητος hodieque [b]vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos, die festo Liberi patris, vinum cantoribus [c]pro corollario dabatur, cujus [d]rei testis est Lucilius in XII.

Comœdia est privatæ civilisque fortunæ sine peri- 12
culo vitæ comprehensio, apud Græcos ita definita: κωμῳδία ἐστιν [e]ἰδιωτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Co-

[s] Mox etiam agresteis Satyros nudavit et Verg.] *Mox et Satyros agrestis novavit et Virgilius in Georgicon* A.B. *Mox ut satyros agrestis nominavit ut Vir. in G.* C. *Mox et satiros nominavit ut Virg.* Ven. qui mox *carmen* pro *caussam.* [t] Alii putant a fæce] *Alii autem putant affecte* (*affece* B.) A.B. *Alii autem* C. [v] permutatione literarum in adversum] *permutationem litterarum* Υ *in aversam* A.B. et C. sine Υ. [w] rursum] *rursus* B. [x] camenæ] *carmina* A.B. [y] plaustris] *planctus* A. *et plautus* B. [z] peruncti] *infecti* A.B.C. [a] alii a vino arbitrantur, propterea quod olim vinum dictitabatur τρὺξ a quo τρύγητος hodie] *alii vino arbitrabantur propterea olim trux* (*trix*) *dictitabantur* (*dictabantur* C.) *a quo trogoetis odieque* A.B.C. *hodieque* Ven. non *hodie quoque.* [b] vindemia] *vendensia* C. [c] pro corollario] *procellario* C. [d] rei testis] *regestis* A. [e] *idioticon pragmaton* A. *comedia est in idioticon pragmaton acindino sperioche* B.

mœdia dicta ἀπὸ τῶν κωμῶν. Κῶμαι enim appellantur pagi, id est, conventicula rusticorum. [f]Itaque juventus Attica, [g]ut ait Varro, circum vicos ire solita [h]fuerat, et quæstus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat. Aut [i]certe a ludis vicinalibus. Nam posteaquam ex agris Athenas commigratum est, et hi ludi [k]instituti sunt, sicut Romæ Compitalitii, ad canendum prodibant, [l]et ab urbana κώμη καὶ ᾠδῇ comœdia dicta est, vel quod in ea viculorum, id est humilium domuum, fortunæ comprehendantur, non ut in Tragœdia publicarum regiarumque. Vel ἀπὸ τοῦ κώμου, id est comessatione, quod olim in [m]ejusmodi fabulis amantium juvenum [n]κῶμοι canebantur.

13 Comœdia a Tragœdia differt, quod in Tragœdia introducuntur [o]heroes, duces, reges: in Comœdia humiles atque privatæ [p]personæ. In illa luctus, exilia, cædes; in hac amores, virginum raptus: deinde quod in illa frequenter et pene semper lætis rebus exitus tristes, et [q]liberorum fortunarumque priorum in pejus agnitio; in hac tristibus lætiora succedunt. Quare

[f] Nam] *itaque* A.B.C. *ita* Ven. [g] ut ait Varro Attica] *Attica ut ait Varro* A.B.C. [h] fuit et] *fuerit et* A. *fuerat et* B.C. [i] certe a vicis] *certe a ludis vicinalibus* A.B.C. *certe a vicibus* Ven. [k] constituti] *instituti* A.B. [l] et ab urbana come et oda comœdia dicta est, ἀπὸ τῶν κωμῶν. i. viculis, q. ea humilium] *ab orbana comice odae comœdia dicta est vel aenea viculorum, id est humilium* A. *ab urbana comice odae comœdia dicta est, vel quod in ea viculorum id est humilium* B. *comice ode comedia dicta est vel enea vitulorum id est humilium domuum fortunæ comprehendebantur* C. Pro *comice odae* f. leg. κώμη καὶ ᾠδῇ. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 747. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κώμη καὶ τὸ ᾠδή. *ab urbana come et oda, comœdia dicta est vel* ἀπὸ τῶν *viculorum id est humilium* Ven. [m] hujusmodi] *ejusmodi* A.B. [n] κῶμοι agebantur] *comoe canebantur comoedia a trogo edia differt* A. et fere B. ubi om. *differt quod in tragoedia.* [o] duces heroes] *heroes duces* A.C. *herohes d.* B. [p] personæ] om. A.B.C. [q] liberorum fortunarumque priorum in pejus agnitio. in hac tristibus lætiora succedunt. Quare varia diffinitione] *et heroum fortunarumque prior in pejus adnitio. quare variat difinitione* A.B. *agnitio. quare varia* C. *in poenis agnitio* Ven. qui om. *in hac—succedunt.*

varia definitione discretæ sunt. Altera enim [h]ἀκίνδυνος περιοχὴ, altera τύχης περίστασις dictæ sunt. Tristitia namque Tragœdiæ proprium. Ideoque Euripides, petente Archelao rege ut de se Tragœdiam scriberet, abnuit, ac precatus est, ne accideret Archelao aliquid Tragœdiæ [[i]proprium], ostendens nihil aliud esse Tragœdiam quam miseriarum comprehensionem.

Poetæ primi Comici fuerunt Susarion [k]Mullus et 14
Magnes. Hi veteris disciplinæ joculatoria quædam minus scite [l]ac venuste pronuntiabant, in quibus hi versus fuerunt:

[Ἀκούετε λεὼς,] [m]Σουσαρίων λέγει τάδε·
Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis et 15
[n]Cratinus: qui et principum vitia [o]sectati, acerbissimas Comœdias composuerunt.

Tertia ætas fuit [p]Menandri Diphili et Philemonis, 16
qui omnem acerbitatem Comœdiæ mitigaverunt, atque [q]multiplicia argumenta Græcis erroribus secuti sunt. Ab his Romani fabulas transtulerunt, et constat apud illos primo Latino sermone Comœdiam [r]Livium Andronicum scripsisse. [s]Sunt qui velint

[h] δεινῶν περιοχὴ, altera τύχης] *acindinos perioche altera tychis* A.B. *altera—dictæ sunt* om. C. [i] proprium] om. A.B. *aptum* C. [k] Rullus] *Mullus* A.B. *Nullus* C. Ven. De seqq. vid. J. N. Loënsis Epiphill. IX. c. 19. [l] et venuste] *ac venuste* B.C. [m] ἀκούετε λέξιν] *Susarion tauta logica congyne ce callu moso o demote ucesti eurin ycian aneu cacu* A. *Susarion tauta legi cacon gyne caec alumoso o demote ucesti eurin ycia neneu cacu* B. *tanta logia* C. *Susarion cantalogica enigine cecalimoso odemate ut esti euratimiana neutatu* Ven. Ἀκούετε λέξιν in principio addidisse videtur J. Rivius a. 1511. ἀκούετε λεὼς Sc. [n] Cratinus] *oratius* A.B. [o] insectati] *sectati* A.B.C. Ven. [p] Menandri et Philemonis] *Menandri fili et Philemonis* A. *Menandri difhili et Philemonis* B. Vid. supra M. Victorin. p. 105. s. 33. Firmian. ap. Rufin. p. 387. [q] multiplicia argumenta Græcis autoribus] *argumenta multiplicia* (C) *græcis erroribus* A.B. *erroribus* Ven. pro *autoribus*. [r] Livium] *liboeum* A.B. *scripsisse* om. C. [s] sunt qui velint Epicharmum in insula Co] *sunt qui vel intepi charmum in*

Epicharmum in Co insula exulantem primum hoc carmen frequentasse, [t]et sic a Co Comœdiam dici.

17 Antea itaque [v]galeris non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis, cum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis vero uti primus cœpit Roscius Gallus præcipuus histrio, [w]quod oculis obversis erat, nec satis decorus in personis nisi [x]parasitus pronuntiabat.

18 Initio Togatæ Comœdiæ dicebantur, quod omnia in publico honore confusa cernebantur, quæ Togatæ postea [y]in prætextatas et tabernarias dividebantur. Togatæ fabulæ [z]dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritus et [a]habitum hominum togatorum, id est Romanorum, (toga namque Romana est,) sicut Græcas fabulas ab habitu æque Palliatas Varro ait nominari. [b]Togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis, non modo communis error usurpat, quia [c]Fauni togatas appellant, sed et poëtæ, ut Horatius qui ait,

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

19 Togatarum fabularum species tot fere sunt, quot et [d]palliatarum. Nam prima species est togatarum, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur et publica, et reges Romani vel duces inducuntur, personarum dignitate et argumentorum sublimitate tragœdiis similes. [e]Prætextatæ autem dicun-

Co insula (*in choum insule* B.) A.B. *in Co insula—primum hic* C. [t] et sic a Co] *et sic a Coo* A. *et sic achoo* B. *et si Cato* C. *Ceo* bis Ven. [v] galeris] *galeribus* A.C. *galerileribus* B. [w] qui oculis obversis] *quod oculis eversis* A.B.C. [x] parasitos] *parasitus* A.B. [y] in prætextatas et tabernarias] *in prætextata sunt et tabernaria sunt* B. [z] dicuntur] om. C. [a] habitus] *habitum* A.B. [b] togatas] *togas* A. Mox *usurpet* Ven. [c] Fannius—appellat] *fauni —appellant* A. *quia fauni togas appellant* B. *cominus* (in marg. al. *communis*)—*usurpet quia fauni togatæ* C. *Fanni* suprasc. Sc. *qui Afranii t. appellat* Reuvens. Coll. Litt. p. 43. [d] palliatarum] *pellatarum* B. [e] prætextatæ] *prætextæ* B.

tur, quia fere regum vel magistratuum, qui prætexta utuntur, in [l]ejusmodi fabulis acta comprehenduntur.

Secunda species togatarum, quæ tabernariæ dicun- 20
tur, [m]et humilitate personarum et argumentorum similitudine comœdiis pares, in quibus non magistratus [n]regesve, sed humiles homines et privatæ domus inducuntur; [o]quæ quod olim tabulis tegerentur, [p]communiter tabernariæ vocabantur.

Tertia species est fabularum Latinarum, quæ a civi- 21
tate Oscorum [q]Atella, in qua primum [r]cœptæ, appellatæ sunt Atellanæ, argumentis dictisque jocularibus similes satyricis fabulis Græcis.

Quarta species est Planipedis, [s]qui Græce dicitur 22
Mimus. Ideo autem Latine [t]Planipes dictus, quod actores planis pedibus, id est nudis, proscenium introirent, non ut tragici actores cum cothurnis, neque ut comici cum soccis, [v]sive quod olim non in suggestu scenæ sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis [w]actitabant. Cujus planipedis [x]Atta togatarum scriptor ita in Ædilitia fabula meminit,

[y]*Daturin' estis aurum, exultat planipes.*

Si quas tamen ex soccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant.

Togata [z]a prætextata tragœdia differt, [a]quod in 23

[l] hujusmodi] *ejusmodi* A.B.C. [m] humilitate] *et humilitate* A.B. [n] regesque] *regesve* A.B.C. [o] quæ q. olim] *quædam olim quod* A.B.C. *q. olim* Ven. [p] communiter] *comiter* C. [q] Attella] *Athella* C. *Atella* B. [r] ceptæ Attellanæ dictæ sunt] *cœptæ appellatæ sunt Atellanæ* (*Athellanæ* C.) A.B.C. [s] Græce] *qui Græce* B. *quod Græce dicitur minus* (in marg. al. *mimus,*) *latine* deest C. [t] Planipes, quod actores planis pedibus] *planipes dictus quod* (*quo* B.) *actores pedibus planis* A.B. *pedibus planis* C. [v] olim non] *sive quod olim non* A.B.C. [w] agitabant] *actitabant* B.C. [x] Accius] *Atta* A. *acta togatorum* B.C. *Vectius* I. N. Loensis Epiphill. IX. 18. [y] Datum est aurum] *datur inest aurum* A. *daturine estis aurum* B. *datur in scaurum exultat planipes. si quas tum* C. *scaurum* Sc. Mox *exoticas* pro *ex soccis* Reuvens. l. c. p. 64. [z] prætextata a tragoedia differt. in tragoedia heroes introducuntur] *a prætextata tragedia differt quod in tragoedia heroes inducuntur* B. et, ni fallor, A. [a] *quod in trag.* C.

tragœdia heroes inducuntur, [b]ut Pacuvius tragœdias [c]nominibus heroicis scripsit, Duloresten, Chrysen, et his similia; item Accius: in prætextata autem quæ [d]inscribitur Brutus, vel Decius, item [e]Marcellus. Togata tabernaria a comœdia differt, quod in comœdia Græci ritus inducuntur, personæque Græcæ, Laches, Sostrata; in illa vero Latinæ. [f]Togatas tabernarias in scenam ductaverunt præcipue duo, [g]Afranius et G. Quintius. Nam Terentius et Cæcilius comœdias scripserunt.

24 [h]Latina Atellana a Græca [hh]satyrica differt, quod in satyrica fere Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ similes Satyris, Autolycus, [i]Busiris; in Atellana, [k]Oscæ personæ, ut Maccus.

25 Dramata autem dicuntur tragica, aut comica, *παρὰ τὸ δρᾶν*, id est, agere. Latine Fabulæ appellantur, sive [kk]fatibulæ. In Latinis enim fabulis plura sunt cantica, quæ canuntur. Vel a faciendo, nam et *agi* fabula, non *referri ab actoribus* dicitur. [l]Ideoque Horatius utraque significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit,

Aut agitur res in scenis, aut acta [m]*refertur,*

[b] Pacuvius] *ut Pacuvius* A.B C. Mox *Horesten* vulg. [c] nominibus] *omnibus* C. [d] scribitur] *quæ inscribitur* A.B. *inscribitur* C. [e] Marcellus] *item Marcellus* A.B.C. Ven. tum *tabernaria* om. B. [f] togatas] *in togatas* B. [g] Affranius et Quintus Ennius] *Vel Afranius et* $\overline{G}$ *quintius* A. *et quintilis* B. *Ennius quintus* C. *Afranius et Vectius Titinnius* Loensis l. c. *ī præcipue duo ii l. Afranius et Q. Titinius* Sc. [h] Latina] *Latinis* Casaub. de Poes. Sat. II. 4. p. 244. [hh] satyrica] *ea tyrica* A. [i] Burris] *Busiridis* A.B. *aut oliciis Busiridis* C. *Busiris* correxit Casaubon. de Sat. Poes. I. 3. p. 94. II. 4. p. 244. [k] obscenæ personæ ut Marcus] *osce persone ut Maccus* A. *Machus* C. *Maccus* Ven. Vide notas ad Appuleii Apolog. T. II. p. 564. ed. Oudendorp. [kk] factubulæ] *fatibulæ* A.B.C. *fabululæ* Casaub. de Sat. Poës. I. 3. p. 85. qui mox *pauca* pro *plura*. [l] itaque] *ideoque* A.B.C. [m] refertur. Dramaticæ vero tres personæ] *refertur sicut Græco in choro. Dramate vero tres personæ solum* Ven. *refertur. sicut incorum. In Greco dramate fere tres personæ* A. B. *refertur. sicut in greco choro dragmate fere tres personæ* C. *choro* item MS. ap. Scioppium Susp. Lect. V. 14. p. 271.

sicut in chorum. In Græco dramate fere tres personæ solæ agunt. Ideoque Horatius ait, *nec quarta loqui persona laboret*, quia quarta semper [n]muta. At Latini scriptores complures personas in fabulas [o]introduxerunt, ut speciosiores frequentia facerent. 26

Satyrica est apud Græcos fabula, in qua item tragici poetæ, non [p]heroas aut reges, sed satyros induxerunt, ludendi [q]causa jocandique simul, [r]ut spectator inter res tragicas seriasque satyrorum [s]quoque jocis et lusibus delectaretur, [ss]ut et Horatius sentit his versibus:

> *Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,*
> [t]*Mox etiam agrestes satyros* [v]*nudavit, et asper*
> *Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod*
> *Illecebris erat* [w]*et grata novitate morandus*
> *Spectator.*

Mimus est sermonis cujuslibet motus sine reve- 27
rentia, vel [x]factorum et turpium cum lascivia imitatio. A Græcis ita definitus: Μίμος ἔστιν μίμησις βίου, τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quasi solus imitetur, cum et alia poemata idem faciant; sed solus quasi privilegio quodam quod fuit commune possedit. Similiter at-

[n] muta. at] *mutat* B. Inde Scioppius *mussat*. Mox *ac* Ven. et q̄*plures*. [o] introduxere] *introduxerunt* A. *introduxerint* B. Tum *spatiosiores* Ven. [p] reges aut heroas] *heroas aut reges* A.B.C. *r. a. heroes* Ven. [q] caussa jocandique] *causa jocundi* A. [r] spectator iter] *expectatur inter* B. [s] quoque] *que* A. [ss] ut et] *ut* A.B. [t] mox etiam agrestes satyros nudavit et asper incolumi gravitate jocum tentavit] *mox et a satyros novavit et asper incolomi loci temptavit* A.B. [v] nudavit] *õnavit* C. et mox *locum tentavit*, et sic Ven. [w] et grata novitate morandus spectator] *et novitatem eorum spectatur* A.B. *erat et novitate movendus* C. *spectator erat et novitate movendus* Ven. [x] factorum cum lascivia] *factorum* (al. *sacrorum* C. marg.) *et turpium cum lascivia* A.B.C. Addit B. *a græcis ita definitus mimus est in mimesis biu tate synchechoremena ce a synchoreta per i echon. mimus dictus para to ministhe quasi solus imitetur eum et alia.*

que is, qui versum facit, dictus ποιητής; cum [y]et artifices, cum æque quid faciunt, non dicantur poëtæ.

28 Membra comœdiarum [z]tria sunt, diverbium, canticum, chorus. Membra comœdiæ diversa sunt, definito tamen numero continentur, a quinque usque ad decem. Diverbia sunt partes comœdiarum, in quibus diversorum personæ versantur. Personæ autem diverbiorum aut duæ aut tres aut [a]raro quattuor esse debent, ultra augere numerum non licet. In canticis autem una [b]tantum debet esse persona: aut si duæ fuerint, [c]ita esse debent, ut ex occulto una audiat nec [d]conloquatur, sed secum, si opus fuerit, verba faciat.

29 In choris vero numerus personarum definitus non est, quippe junctim omnes loqui debent, quasi voce confusa, et concentum in unam personam reformantes. [e]Latinæ igitur comœdiæ chorum non habent, sed duobus tantum membris constant, diverbio et cantico. Primis autem temporibus, [f]ut adserit Tranquillus, omnia quæ in scena versantur, in comœdia agebantur. Nam [ff]pantomimus et [g]pithaules et choraules in comœdia [gg]canebant. Sed quia non poterant [h]omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, [i]si qui erant inter actores comœdiarum pro facultate et arte

30 [k]potiores, principatum sibi artificii vendicabant. Sic factum est, [l]ut, nolentibus cedere mimis in artificio suo ceteris, separatio fieret reliquorum. Nam [m]dum

[y] tamen artifices qui æque] *cum et artifices cum æque* A.B.C. Ven. [z] tria sunt] *sunt tres* A.B. Tum *dic verbum* B. [a] raro aūt] *aut raro* A.B. Ven. Supra *in quis* Ven. [b] tantum] *tamen* A. [c] debet esse] *ita esse debent* A.B.C. [d] loquatur] *conloquatur* A.B. *colloquatur* C. [e] Latinæ vero] *Latinæ igitur* A.B.C. Ven. [f] ut] *sicuti* B. [ff] pantomimus] *pymiles* C. [g] *pytaules* A.B. Sciop-pii MS. [gg] canebant. verum actores comœdiarum pro facultate et arte potiores.] Sic et Ven. qui *inter* pro *verum*. [h] *omnes* C. [i] *sed* C. [k] *peritiores* C. [l] ut nolentibus cedere mimis cum artificio] *est nolentibus cedere se mimis in artificio* A. et B. omisso *se*. *ut* om. C. Ven. [m] *dum* om. C.

potiores inferioribus, qui in omni [n]ergasterio erant, servire [o]dedignabantur, seipsos a comœdia separaverunt: ac sic factum est, ut exemplo semel sumpto [p]unusquisque artis suæ rem exequi cœperit, neque in comœdiam venire. Cujus rei indicia produnt nobis antiquæ comœdiæ, in quibus invenimus, *acta tibiis paribus, aut imparibus, aut* [q]*sarranis.* Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est choraulicis, artifex concinebat, in [r]cantico autem pithaulicis responsabat. Sed quod *paribus tibiis*, vel *imparibus* invenimus scriptum, hoc significat, quod si quando monodio agebat unam tibiam inflabat, si quando synodio [s]utrisque.

Cap. X. Catholica de extremitate nominum.

Quoniam extremitas nominum ad metricam compositionem necessario indaginem inquirit, iccirco singulorum extremitates regulatim, quam potuimus, definitas contulimus, quo facilius metrorum tractatus cum legi cœperit, colligatur, [t]et pura via in sensus legentis, et sine ullis caliginibus veniat.

Omnis casus numeri singularis et pluralis, obser- 2
vata novissima syllaba, facilius [v]monstrabit, quomodo separare debeamus, quæ sit producenda [w]vel quæ corripienda ultima nominum syllaba. Quinque enim vocales suam potestatem mutant, cum per casus nomina a prima sui positione inflexa varientur. [x]Omnia

[n] magisterio] *ergasterio* A.B.C. [o] dedignabantur—comœdiis] *dedignantur—comœdia* A.B.C. *dedignarentur* Scioppii MS. Mox *extemplo—sumptu* Sc. [p] unusquisque] *usus quisque* A.C. Ven. Mox *cœpit* A.B.C. [q] seranis] *saranis* A. *sarranis* B. *sarsanis* C. Vid. Aldi Manutii De Quæsitis per Epist. II. 4. [r] canticis—pyraulicis] *cantico—pythaulicis* A.B. Vid. Brodæi Miscell. II. 13. [s] utranque] *utrisque* A.B. *utriusque* Sc. [t] ut pura] *et pura* B.C. [v] monstrabit] *monstravit* A. *monstrabat* B. [w] vel corripienda] *vel quæ corripienda* A.C. *vel que corripienda u. hominum* B. [x] omnia enim] *omnia igitur* A.C.

igitur nomina, quibus universa dictionis sylva [y]copiosissima est, non plus quam per duodecim litteras ultimas syllabas finiunt: quinque vocales, *a, e, i, o, u;* sex semivocales, *l, m, n, r, s, x,* unam mutam, *t;* ut Sisenna, monile, sinapi, Cicero, veru, consul, scamnum, pecten, Cæsar, Livius, silex, caput. Age nunc omnium nominum extremitates per omnes casus, quæ sint producendæ vel corripiendæ, exponemus.

3 ### *De nominativo casu singulari.*

Omnia nomina, exceptis monosyllabis, casu nominativo singulari, memoratis litteris duodecim novissimis [z]terminata, corripiuntur: præter ea quæ *o* littera finiuntur, ut Cato: [zz] syllabave *es*, ut Alcides, fides, nubes: vel *as*, ut Mæcenas, [a]facilitas, Æneas: vel *en*, ut lien. Item Græca in *os*, ut heros. Feminina quoque nominativo *e* littera finita, ut [b]Circe, Dirce, Phœnice.

4 ### *De genetivo casu singulari.*

Omnia nomina trium generum casu genetivo, [c]numero singulari, producuntur, quæ in has [d]litteras syllabasve deferuntur. In *æ* masculina, ut hujus poetæ,

[y] copiosissima est, non plus quam duodecim literis ultimas syllabas finiunt, quinque vocalibus—semivocalibus] *copiosa est non plus quam per duodecim ultimus* (*ultimas* A.) *litteras syllabas finiuntur quinque vocales—semivocales* A.B. Mox *unam mutam* A.B. *plus quam per* XII *ultimas literas sex semivocales—unam mutam* Ven. [z] corripiuntur: præter illa quæ *o* litera finiuntur, ut caro. et quæ syllabas] *terminata corripiuntur præter ea quæ—ut Cato. Syllaba ve es* A.C. *terminata corripiuntur. syllaba ve est ut Alcides* B. Supra *memoratis l. d. prædictis novissimis* Ven. qui mox *cato.* [zz] et quæ syllaba es] *syllaba es* Ven. [a] facultas, Aeneas vel en] *facilitas Æneas, in en* A.B. *facilitas* C. [b] Circe] *Circae* A. [c] numeri singularis] *numero singulari* A.B.C. [d] syllabas literas ve] *litteras syllabas ve* A.B.C. Tum *masculina et feminina ut hujus Æneæ ae hujus fortunæ, in i masculina ut pueri* A.B. *ut pueri* C. Mox *ut hujus poëtæ* om. Ven. C.

et feminina, ut hujus fortunæ. In *i* masculina, ut pueri: feminina, ut hujus lauri: neutra, hujus doni. In *us* [e]masculina et feminina, ut hujus portus, et hujus porticus. In *u* neutrum tantum, ut hujus cornu. In *ei* masculina et [f]feminina tantum, ut diei, aciei. In *es* Græca, ut hujus Dirces, Phœnices. Corripiuntur vero memorato casu, quæ [g]in *is* syllaba terminantur. Et sunt trium generum; masculina, ut Catonis: feminina, ut orationis: neutra, ut sideris, et cætera his similia.

De dativo casu singulari. 6

Omnia nomina trium generum, casu dativo singulari [h]variisque vocalibus terminata, producuntur.

De accusativo casu singulari.

Omnia nomina accusativo casu singulari corripiuntur, præter Græca, [i]si non reformentur in Latinam declinationem. [k]Græco enim statu terminata in *en* syllaba producuntur, ut Alciden, Dircen, Phœnicen.

De vocativo casu singulari. 7

Omnia nomina casu vocativo singulari corripiuntur, exceptis his, quæ *o* littera vel *e* [l]vocali producta, syllabave *es* vel *as* vel *en* terminantur; *o*, ut Cicero, Juno; *e*, ut Alcide, Circe; *es*, ut dies; *as*, [m]ut dignitas, Mæcenas; *en*, ut lien.

[e] in us masculina, ut hujus portus] *masculina et feminina ut hujus portus et hujus porticus. in u neutrum tantum ut hujus* A. B. et fere C. [f] feminina ut diei aciei in es Gr.] *feminina tantum ut diei aciei es græca* A.B. [g] in is syllabam terminantur] *in is syllaba terminantur, (ternantur* B.) *et sunt* A.B.C. [h] vocalibus] *variisque vocalibus* A.B. [i] *nam ex his* om. A.B. Ven. ante *si non reformentur.* [k] quæ gtō ce vel es habent etc.] *græco enim statu terminata in en syllabam* A.B.C. *gto cum statu terminata in en s.* Ven. [l] vocali vel] *vocali* A.C. Ven. Mox *syllaba ve es* A.B. [m] ut dignitas] *ut* om. A.

8 *De ablativo casu singulari.*

Omnia nomina trium generum ablativo casu singulari, quinque vocalibus finita, producuntur. Ex his vero *e* littera tam corripitur quam producitur. [n]Et prius quidem sic: masculina, ab hoc oratore: feminina, ut, ab hac Junone: neutra, [o]ut, ab hoc sidere. Posterius vero sic; masculina, ut, ab hoc die: feminina, ut, ab hac re, et similia. Neutrum enim [p]in *e* littera producta, memorato casu, [q]nullum terminatur.

9 *De nominativo casu plurali.*

Omnia nomina casu nominativo plurali, tam masculina quam feminina, quacunque syllaba [r]terminata producuntur, exceptis [s]his quæ Græca sunt, ut Troes, [t]Phryges, Delphines.

10 *De genetivo casu plurali.*

Omnia nomina trium generum, casu genetivo plurali quibuscunque syllabis terminata corripiuntur.

11 *De dativo casu plurali.*

Omnia nomina trium generum, casu dativo et ablativo [v]numero plurali tam producuntur ea, quæ in *is* syllaba finiuntur, quam corripiuntur ea, quæ *bus* syllaba, memoratis casibus, terminantur.

[n] et prius] C. marg. al. *ut.* [o] ut ab] *ab* A.B.C. [p] in e] *e* A.B. [q] nullum producitur] *nullum terminatur* A. *nullum termitur* B. [r] terminata] om. C. [s] eis] *his* A.B.C. [t] Phryges] *et friges delfines* A.B. *ut troyes delfines* C. [v] numeri pluralis tam producuntur, ut ea, quæ in syllabam finiuntur, q̄ corripiuntur, ut ea, quæ tres syllaba memoratis casibus finiuntur] *numero plurali —producuntur: ea quæ in is syllaba finiuntur quam corripiuntur ea quæ bus syllaba memoratis casibus terminantur* A.B.C. *tantum producuntur ea—is syllabam—corripiuntur ea* Ven.

De accusativo et vocativo plurali. 12

Omnia nomina masculina et feminina [v]accusativo casu et vocativo [w]plurali in quibuslibet syllabis terminata producuntur, præter Græca, quæ tam accusativo, *as* syllaba [x]finita, quam vocativo *es* terminata, corripiuntur. Accusativo sic, Troas, [y]Phrygas, Delphinas. Vocativo, o Troes, [z]Phryges, et cetera similia.

CAP. XI. [a]DE METRIS.

Metrorum, id est legitimæ [aa]compositionis, obscuritas scrupulosæ intentionis indaginem [b]vehementer inquirit, quamobrem omni [c]anfractu circumitionis ablato, quædam metra dilucide et breviter exposui. Etenim mihi res videbatur absurda rem nativa obscuritate difficilem etiam caligine expositionis obtegere.

De versu. 2

Versus est partium legitima dispositio, et pedum culta copulatio, consonanti specie metricam exhibens regulam.

CAP. XII. DE DACTYLICO HEXAMETRO.

Versus heroicus a duodecim syllabis in [d]septem decem syllabas longatur, ultra non potest. Nam si plus habet, excutiuntur per *ἔκθλιψιν* vel [e]*συναλοιφήν*. Scanditur autem sexies. Recipit [f]etiam pedes, cum est legitimus, inter se variatos duos, spondeum, et

[v] *ablativo* Ven. [w] plurali quibuslibet] *plurali in quibuslibet syllabis* A.B.C. *in quibuslibet* Ven. [x] finito—terminato] *finita—terminata* A.B. [y] stygas Delphinas] *frygas, delfinas* A. *tragas stiges* C. [z] styges] *fryges* A. *friges* B. [a] De ratione metrorum] *De metris* A. [aa] *positionis* Ven. [b] vehementem] *vehementer* A.B. [c] fluctu circuitionis] *anfractu circumitionis* A.B. [d] in decem et septem syllabas] *in septemdecem* A.B. [e] et *συναλοιφὴν*] *vel sinalifen* A. *vel sinalyphen* C. *eclypsin vel synaliphē* Ven. [f] enim] *etiam* A.B.

2 resoluta ejus posteriore parte, dactylum. Sed spondeus perpetuo in fine ponitur, cujus loco plerumque trochæus invenitur, ea ratione, quia [f]indifferentem in omnibus metris postremam syllabam veteres esse crediderunt. Hi igitur pedes syllabis impares, temporibus æquales, sex regionibus distributi, quaterna tempora sua scandendo partientes, quattuor et viginti temporibus, metri totius sive [g]tomas vel commata sive cola, quæ Latine sectiones, [h]incisa, membra di-
3 cuntur, perfecta [i]conformatione concludunt. Observatur autem, ne ultimus pes sit trisyllabus, exceptis pauculis versibus, qui ὑπέρμετροι dicuntur, quorum abundantiam excipiunt hi versus qui sequuntur, incipientes [k]a synalœpha, ratione rhythmica facta, eoque [l]facto vitium, quod erat in fine versus, continuatio sequentis emendat.

Cap. XIII. De nomine versus heroici.

Versus heroicus senarius diversis vocabulis appellatur. Idem enim et hexameter [m]vel Pythius, vel Epicus, vel [n]Priapeus, et Bucolicus vocatur; super quas appellationes etiam Latine longus [o]versus dicitur. Heroici igitur sunt, quotiens in primo spondeus est, et in [p]tertio, et in sexto. Heroicum autem propterea dicitur, quod virorum fortium res gestas ac facta commemoret. Hexametrum quoque, quod sex regionibus spondeum et dactylum pedes diversis modis rationibusque [q]conservet.

[f] *indifferenter* Ven. [g] tomas] *thomos* A. *tomos* B. *comes* C. [h] vel incisa vel] *vel* bis om. A.B. [i] confirmatione] *conformatione* A.B.C. [k] a vocali synaloephæ] *a sinalyfen* A. *a sinalyphe* C. *a synaliphæ* Ven. *vocali* om B. [l] factum] *facto* A.B.C. [m] et pythius] *vel pythius* A.B. [n] proprius] *priapeus* A.B.C. *pirichius* Ven. qui mox *bucolius*. [o] versus] *pes* A.B.C. Ven. v. Ciceron. Legg. II. 27. [p] quarto] *tertio* A.B.C. Mox *heroicus* iid. [q] conservet] *conservat* A.C. Ven. Malo *diversimodis rationibus conservet* Sc.

Pythii [r]etiam origo inde tracta est: nec enim videtur incongruum [s]fabulosæ antiquitatis commenta depromere. Apollo cum Pythona Delphis propter ultionem matris necasset, accolæ primum timore carmen heroicum hexametrum initio sex spondeis compositum texuerunt; deinde soluta spondei altera syllaba, sine damno temporis [t]dactylum quoque suscepit. Quidam autem dicunt, iambicum magis gaudio [v]sublevati motu celeri protulerunt. Fertur etiam [w]hoc heroicum metrum ejus oraculis postea celebratum, [x]et ex hoc versum Pythii nomen [y]accepisse.

[z]Item Priapei sunt, quotiens in primo loco spondeus ponitur, et in quarto et in sexto, ut apud Virgilium,

Defecisse videt, sua jam promissa reposci.

Item,

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

Item,

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

Bucolici sunt, quotiens in quarta regione dactylus finiens partem orationis invenitur. 4

[a]Identidem dactylicus nominatur, cum omnes fere dactylos habet, [b]maxime novissimum spondeum, ut est apud Homerum: 5

[c]Κύκλωψ τῇ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.

r vero] *etiam* A.B.C. *ergo* Ven. s fabulosæ antiquitatis documenta depromere q Apollo cum Pythona Delphis] *fabulose* (*fabulosa* B.) *antiquitatis commenta depromere Apollo cum pytom adelfis* A. *comenta* C. t dactylum susceperunt. Quidam] *dactylum quoque suscepit. quidam autem dicunt iambicum* A.B.C. *suscipit—dicunt* Ven. v sublati] *sublevati* A.C. w hoc etiam] *etiam hoc* A. *etiam hoc heroici* B. *et hoc etiam* C. x et ex hoc versum] *et lex hoc versu* B. *versum* C. in marg. *metrum.* y accepisse] *excepisse* B. z Item proprii sunt, quoties in priore loco] *Item priapii sunt quotiens in primo* (suprasc. A. *secundo*) *loco* A.B. a itidem] *identidem* A.B. Ven. b novissime] *maxime novissimum* A.B. Tum *spondeum* om. Ven. c βῇ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ] *cyclop yte pieo enone pifages andromea crea* A.B.

Apud Virgilium tale est:

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

[d]Idem spondiacus appellatus, cum omnes spondeos, quem quidam molossicum dixerunt, ut,

[e]*Romani victores Germanis devictis.*

Apud Homerum tale est,

Ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο.

Cap. XIV. De pulchritudine heroici versus.

Versus heroicus is dignitate primus est, et [f]plenæ rationis perfectione firmatus, ac totius gravitatis honore sublimis, multaque pulchritudinis venustate præclarus, [ff]qui sine ulla conjunctione quascunque alias orationis partes ita mutuis inter se connexionibus colligat, ut in scansione propria nullus [g]pes, nisi novissimus [h]tantum, integram partem orationis includat, atque ita sex regionibus suis spondeum pedem dactylumque custodiat, ut dactylus perraro, et hoc quidem ornandi poematis gratia, quintam regionem suam spondeo concedat, spondeus vero [i]postremis finibus suis nunquam dactylum patiatur insidere. In tertia quoque regione melius spondeus [k]penthemimeres, quam dactylus dividit. Ceteri autem pedes sine ulla inter se discretione variantur. [l]Exempli gratia ponamus aliquem versum, qui sit his omnibus, quæ

[d] idem] *id est* A. Tum *spondiacus* A.B. *spondiazon* Santen. Terent. Maur. p. 145. *spondeus appellatur* Ven. [e] Romani muris Albam cinxerunt longam. et illud, τὼ δ' ἐν μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοισιν] *Romani victores Germanis devinctis. aput* (*apud* A.) *homerum tale est, psychen cicles con patrocleos diloio* A.B. *Romani victores germanus danetis apud Homerum* Ven. [f] plenæ—formatus] *et plenæ—firmatus* A.B. [ff] qui] *quæ* Ven. [g] pes nullus] *nullus pes* A.B. [h] tantum integram] *tantum interdum integram* B. [i] postremus] *postremis* A. Supra *concedet* B. [k] penthemimerim] *pentheres* A. *penthememeres* B. Ven. [l] et exempli] *et* om. A.B.

supra memoravimus, clarus, et qui adeo [m]ipsi Virgilio placuit, ut nullo inmutato elemento duobus [n]eum voluminibus ponere delectatus sit,

Oceanum interea surgens Aurora [o]*reliquit.*

Animadvertis pedes singulos ita esse scansionis lege divisos, ut eorum nullus partem orationis [p]incluserit, nisi novissimus, quem finalis necessitas cogit.

CAP. XV. DE FIGURIS VERSUS HEROICI.

Versus heroicus recipit figuras triginta duas. Aut enim ex omnibus spondeis erit, et [q]ob hoc spondaizon dicitur, [r]qui vix apud Latinos invenitur, raro apud Græcos est, et erit hujusmodi versus [s]monoschematistus, id est unius figuræ, [t]ut si facias,

Aut leves lamnas lento ducunt argento.

Aut si auctus numero quinque syllabarum [v]omnes 2
habuerit dactylos, id est quinque, et ob hoc dactylicus nominatur, (nam ultimum etiam [w]supra diximus disyllabum esse debere,) [x]monoschematistus dicetur, ut est,

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Versus vero, qui est sedecim syllabarum, de quin- 3
que pedibus habens unum spondeum, varie quinque regiones [y]percurrentem, erit figurarum quinque, hoc

[m] ipsi Verg. placuit, ut nullo mutato] *ipsius Virgilio placuit, ut nullo in mutato* A. [n] in voluminibus] *eum voluminibus* A.B. *n.* Ven. [o] reliquit. animadverte] *relinquit. animadvertis* B. [p] clauserit] *incluserit* A.B. [q] ab hoc] *ob hoc* A. Ven. Tum *spondiazon* A.B. *spondaicum* Ven. [r] qui vix] *quod vix* A. Ven. [s] μονοσχηματικὸς] *monoschaematistus* A.B. [t] ut si sic facias aut leveis ocreas lento ducunt argento. vel auctus] *ut si facias aut leves lamnas lento ducunt argento. aut si auctus* A.B. *sic* om. Ven. et mox *ut si.* [v] omnes habet] *omnis habuerit* A.B. et mox *ob hoc. habuit—ob* Ven. [w] supra] *etiam supra* A.B. Ven. [x] et is etiam μονοσχηματικὸς dicetur] *monoschematistus dicitur* A.B. *monoschematistus dicetur* Ven. [y] percurrentem] *percurrentes* B.

est [z]penteschematistus, ut est una species illarum in hoc versu,

Æole namque tibi divum pater atque hominum rex.

4 Item [a]e contra versus, qui est tredecim syllabarum, de quinque pedibus habens unum [b]dactylum identidem in vicem quinque regiones percurrentem, erit figurarum quinque, hoc est penteschematistus, ut est una species quinque figurarum,

Cum Juno æternum servans sub pectore vulnus.

Ille vero versus, qui de quinque pedibus duos [c]habuerit dactylos promiscue per quinque regiones variatos, decem figurarum erit et nominatur [d]decaschematistus versus, qui [e]continet quattuordecim [f]syllabas, ut est una species illarum,

Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem.

6 Et contra si de quinque pedibus duo spondei fuerint, invicem dactylis mixti, [g]et item quinque regiones percurrentes, erit decem figurarum versus, qui [h]syllabis quindecim legitur, ut supra, et est una species,

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris.

Meminerimus autem figuras majores dici, si dactyli plures fuerint: si spondei, minores.

z πενταστχηματικὸς] *penteschematistus* A.B. Ven. a e contrario] *e contra* A.B. *e conversus* Ven. tum *versus qui est sedecim syllabarum et quinque* cum Ven. *pedibus—figurarum* om. Ven. b dactylum, et ipse quinque erit figurarum hoc est πενταστχηματικὸς, ut est una species illarum] *dactylum. identidem in vicem quinque regiones percurrentem erit figurarum quinque, hoc est pentechematistus ut est una species quinque figurarum* A.B. *spes qnq figurarum* Ven. c habet] *habuerit* A.B. *habuit* Ven. d δεκαστχηματικὸς] *decaschematistus* A.B. e continet quattuordecim] *contra quattuordecim* A.B. Ven. f syllabas, ut est una species illarum] *syllabis una est una species quinque figurarum* A.B. et fere Ven. g varie] *et item* A.B. *et item x* Ven. Mox om. *itidem.* h *syllabis quindecim longeatur ut supra et est una species* A.B. Ven. Mox om. *Trojæ—oris.*

CAP. XVI. [h]DE INCISIONIBUS.

Illud quoque observare debemus, ut in heroico hexametro [i]incisiones, quas alii cæsuras appellant, nonnulli sectiones nominant, facias, quas Græci rite custodiunt. Incisiones versus heroici sunt quattuor. Hæ finitis partibus orationis fiunt, et tali ordine colligentur. Prima est πενθημιμερής. Secunda est [k]κατὰ τρίτον τροχαῖον. Tertia ἑφθημιμερής. Quarta τετραποδία [l]βουκολικὴ dicitur, quia Theocritus auctor bucolici carminis [m]hac plurimum usus esse creditur.

Πενθημιμερὴς est semiquinaria, ubi post duos pedes et [2] unam syllabam pars orationis expletur. Et ideo πενθημιμερὴς vocatur, [n]quia quinque pedes dividit sic,

Defecisse videt.
Se signari oculis.

Horum residuis partibus trimetri anapæstici hypercatalecti fiunt [o]tales,

Sua jam promissa reposci.
Ultro implacabilis ardet.

[p]Hæc si acceperit unam brevem, [q]faciet finita parte orationis secundam cæsuram.

Secunda est [r]κατὰ τρίτον τροχαῖον, in qua finita parte [3] orationis, tertium trochæum ponas, a quo nomen [s]traxit, ut est,

[h] Cæsuræ versus heroici] *De Incisionibus* A. [i] mansiones] *incisiones* A.B. Mox *nominant* pro *vocant* A.B. [k] κατὰ τρίτον] *kata triton trocheon* A.B. Supra *penthemimeris* Ven. et similiter in seqq. [l] seu βουκολική. Theocritus auctor carminis hac] *bucolice dicitur quia Theocritus auctor bucolici carminis* A.B. et Ven. om. *quia.* [m] hac plurimum esse usus] *ac plurimum usus esse* A.B. [n] quia pedes] *quia quinque pedes* A.B. [o] sua jam] *tales sua jam* A. *talis sua jam* B. Supra *hypercatalectica fuit* Ven. [p] Hæc licet accipiat] *hæc si acceperit* A.B. *licet hæc accipit* Ven. *si scilicet accipiat* Santenius Terent. Maur. p. 257. [q] secundam tamen parte orationis faciet cæsuram] *faciet finitam partem orationis secundam* (*secundum* B.) *cesuram* A.B. *faciet finitam tamen partem orationis sine cæsura* Ven. [r] κατὰ τρίτον] *cata triton trocheon* A.B. [s] mansit ei] *traxit* A.B. *noie transit* Ven. Mox *hic* B.

Infandum regina.

Huic addito [g]anapæsto vel spondeo, [h]tertia constabit incisio.

4 Tertia est ἐφθημιμερὴς, Latina lingua translata semiseptenaria, scilicet quia septem dividit, ut est,

Italiam fato profugus.
Tum demum movet arma leo.
Excutiens cervice [i]*toros.*
[k]*Impavidus frangit telum.*

Hinc quod remanet, [l]sic contexere poesin potest,

Gaudetque comantes.
Fixumque latronis.

Huic parti si adjiciatur pyrrhichius, eademque rursus efficit metrum ionicum ἀπὸ τοῦ μείζονος hypercatalectum, tale est,

Gaudetque comantes leo.
Fixumque latronis leo.
Fremit ore cruento leo.

5 Hæc duabus additis brevibus quartam [m]incisionem efficiet, ita ut quarto dactylum [n]invenias, ut est,

Inferretque Deos Latio, genus unde Latinum.

Sunt qui quartum trochæum in hac cæsura collocant, et [o]ex eo κατὰ τέταρτον τροχαῖον appellant, ut est,

Quæ pax longa remiserat arma novare parabant.

6 Alii vero spondeum, ut est,

Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto.

[g] anapæsto vel spondeo] Immo *pyrrhichio vel iambo* Santen. Terent. Maur. p. 265. [h] constat tertia] *tertia constavit* A. *tertia constabit* B. [i] toros. impavidus frangit telum, Hinc quod remanet] *toros hinc quod remanet. sic contexere poesin potest.* A.B. qui addunt, *latronis huic parti si adiciatur pyrrhichius eademque rursus efficit metrum ionicum apo tu mizonos* etc. [k] *impavidus—telum* om. Ven. [l] Pergit Ven. *precor gaudetque comantis. leo fixumque latronis. leo fremit ore cruento. Hæc duabus* etc. [m] mansionem efficit] *incisionem efficiet* A.B. [n] invenias] *invenies* A.B. [o] et καταλληκτικὸν et τροχαικὸν] *et ex eo cata tetarton trocheon appellant* A.B.

ita tamen, [p]ut per omnia ista intervalla, quæ diximus, pars orationis finiatur. Remanebit pars versus, quæ [q]dicitur [r]comma; hoc comma si priorem habuerit dactylum, dicetur dactylicum, ut est,

Orsus ab alto.

si spondeum, [s]spondaizon appellatur, ut est,

Cornua velatarum obvertimus antemnarum.

Hæ incisiones, quas Græci [t]τομὰς appellant, figuris 7
formantur tribus, simplici, composita, conjuncta. Simplex est, cum invenitur in versu una incisio, ut est,

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Composita, [u]cum duæ inveniuntur, ut est,

Infandum regina jubes [*renovare dolorem.*]

Conjuncta, cum tres inveniuntur, ut est,

Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.

XVII. [v]De pedibus metricis sive significationum.

[vv]Optimus versus dena proprietate spectatur, principio ut sint illibati, injuges, æquiformes, [w]quinquipartes, partipedes, fistulares, æquidici, teretes, sonori,

p si per] *ut per* A.B. Ven. q *dicetur* A. r *comma. hoc comma si priorem habuerit dactylum dicitur* A.B. *Hoc comma* repetit Ven. s *spondiacum*] *spondiazon* A.B. *spondaicum* Ven. Tum *appellabitur* A. t commata] *tomas* A. u cum] *ut* Ven. v Quibus et quot proprietatibus versus spectetur] *De pedibus metricis sive significationum In .... ta. Optimus versus dena—spectatur* A.B. vv Primum] *primus* Ven. w Quinquipartes, Paripedes, Fistulares, Aequidici, Teretes, Sonori, Vocales. Itaque et Græci hos nuncupant ἀπηλεγεῖς, ἀζύγους, ἰσοσχήμους, πενταμερεῖς, ἰσοπόδας, πηδωμερεῖς, ἰσολεκτοὺς, κυκλοτερεῖς, ἠχετικοὺς, φωνητικούς. Qui vero in hac] *quinquipartes, partipedes, fistulares, æquidicti, teretes, sonores, vocales. itaque et Græcis vos nuncupant apleges azigys, aproschemi, pentameris, podomeris, sizopodis, isolecti, cyclotelis, echoticee, fonastici. Si vero hac in* A. *quinque partis, partipedis, fistularis, —græci suos nuncupant apleges azygis aproschemi pentemerisi podomeris syropedis isolecti cyclotelis echeticeae fonasticy . . sic vero hac in* B. *apeleges atigus aproschemi pentametris podomeris siropodis isoleti cyclotelis et hereche planastici* Ven.

vocales. Itaque et Græci suos nuncupant, *ἀπληγεῖς, ἀζυγεῖς, ἀπρόσχημοι, πενταμερεῖς, ποδομερεῖς, συρόποδες, ἰσόλεκτοι, κυκλοτερεῖς, ἠχητικοὶ, φωνητικοί.* [ww]Qui vero in hac appellatione [x]inprobantur, ii quinque speciebus designantur, [y]Mutili, hiulci, ecaudes, fragosi, fluxi. Hos Græci [yy]*ἀκεφάλους, λαγαροὺς, μειούρους, τραχέας, κολοβοὺς* appellant.

2 Igitur illibati sunt, qui non aucta [z]vel inminuta aut amputata [a]syllaba vel littera vitiantur, sed integra et plenissima dictione [b]formantur, ut,

Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro.

Est enim versus integer et nullo vitio [c]contaminatus.

3 Injuges sunt, [cc]qui nulla conjunctionis syllaba copulantur, quos Græci [d]*ἀσυνδέτους* nuncupant, [dd]sicut,

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.

sine nexu. [e]Nullus enim conjunctionis nexus occursat.

4 Æquiformes sunt, qui non composita, sed simplici figura ostentantur, ut,

Urbe fuit media Laurentis regia Pici.

[f]Nusquam enim hic duæ partes orationis nectuntur.

ww Qui vero in hac] *Si vero in hac* Ven. *Si* Sc. x improbantur ii] *inprobantur ut* A.B. Ven. y Mutili, trunci, hiulci, fragosi, fluxi. *hiulci* Hos] *mutilie—caudes fragosi fluxi et hos* A. *multiles, exiles, caudes, fracosi, fluxi et hos* B. *mnile ravoli frigosi Fluxiachos* Ven. yy *acephaleis legarus mnirus trachis colobus* Ven. z vel minuta] *vel inminuta* A.B. a syllaba] *syllaba vel littera* A.B. b formantur] *firmantur* A.B. c contaminatur] *contaminatus* A.B. cc qui] *quia* Ven. d *asynthetus* Ven. dd sicut est] *est* om. A.B. e Nullus] *sive nexu. Nullus* A.B. f nusquam enim hic duæ cæsuræ inveniuntur. Quinquipartes sunt qui quinque partes signant] *Nusquam hic enim duæ partes orationis nectuntur. quinque partes sunt qui quin (quinque* B.) *partes orationis liberas possident ut oraci tatorum cursu detorsit equorum* A.B. *parti pedes sunt qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut miscent fida flumina* B. *liberas—orationis* om. Ven.

Quinquipartes sunt, qui quinque partes orationis li- 5
beras possident, ut,

Ora citatorum cursu detorsit equorum.

Partipedes sunt, qui in singulis pedibus singulas 6
partes orationis adsignant, ut,

Miscent fido flumina candida sanguine sparso.

Fistulares sunt, qui paulatim accrescente partis ora- 7
tionis numero, ab unica syllaba plures adusque [g]ducuntur, ut Homericus ille declarat,

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.

[h]Æquidici sunt, qui singulis [i]propositionibus ἀντιθέ- 8
τους apparant dictiones, ut,

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Albis enim nigra opposuit, ligustris autem vaccinia [j]tribuit, et cadentibus legenda adsignavit.

Teretes sunt, qui volubilem et cohærentem conti- 9
nuant dictionem, ut,

Torva Mimalloneis inflatur tibia bombis.

Sonori sunt, qui crepitant [k]pronuntiatione fragosa, 10
et exultantem informant dictionem, ut,

At tuba terribili sonitu procul ære canoro
[l]*Increpuit.*

et,

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Vocales sunt, [m]qui alte producta locutione, sonanti- 11
bus litteris universam dictionem illustrant, ut est [n]illum paconia,

[g] ducuntur, ut Homericus ille declarat. ὡς εἰπὼν πυλάων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ] *Dicuntur, ut homericus ille declarat, oma cara tride my rigene solbieo demon* A. et fere B. vs. Homeri om. Ven. [h] Æquidici] *Æqui idicti* A. [i] propositionibus] *prepositionibus* A. Ven. Tum *antithetas* Ven. [j] attribuit] *tribuit* A.B. Ven. Supra *posuit* Ven. [k] pronuntiatione fragosa] *pronuntiationem fragosam* A.B. Ven. [l] increpuit] *increbuit* A.B. [m] qui per alta producta] *qui alte productae* A.B. *qui* om. Ven. [n] ut est illud Virgilii. Portus ab accessu ventorum immotus et ingens Ipse sed horrificis juxta sonat Ætna ruinis. Et totus deinde locus ille] *ut est illum paconia non meo oceano hyperion fulgorat eruro acto plastro* (*euro arcto plaustro* A.)

Non meo oceano Hyperion fulgurat Euro,
Arcto plaustro Boreas bacchatur rheno
Hesperio Zephyro Orion volvitur austro.
Fulva aretonio vaga Cynthia proruit austro.

12 De improbatis vero versibus varia traduntur. Mutili vel trunci sunt, qui in principio amputantur, et litteram vel syllabam amittunt, vel [nn]tempore deficiunt. Græce dicuntur *ἀκέφαλοι*, quale est,

Fluviorum rex Eridanus.

Item [o]Homericus ille versus,

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

13 [p]Versus in media parte exiles vel hiulci Græce vocantur [q]*λαγαροὶ*, qualis est item Homericus,

Βῆν δ' εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα.

14 Ecaudes sunt, qui in ultima conclusione [qq]oratiuncula vel syllaba fraudantur, vel tempore deficiunt, Græce *μείουροι* [r]vel *σκάζοντες* vocantur, ut est,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἶολον ὄφιν.

15 Fragosi sunt, qui [s]inlevigato sono et incondito variantur.

boreas bacchatur reno hesperio (reno spereo B.) *zephyro orion volvitur austro (austrum* B.) *fulvare tonio (fulva aretoneu* B.) *vaga cythia (chynthya* B.) *proruit austro.* A.B. *ut est illud Pacuvii; omnem non meo oceano hyperion fulgurat citro a repto plaustro boreas bacchatur rheno hesperio zephiro orion volvitur. Austro fulvo arettonio vaga cinthia proruit austro* Ven. Quos versus sic profert H. Stephanus in Fragm. poet. vet. p. 257. *Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro, Arrepto plaustro Boreas bacchatur aheno, Hesperio Zephyro. sed Orion volvitur Austro, Fulvo acrique Noto vaga Cynthia proruit atro.* [nn] tempore] *syllaba* Ven. [o] Homericus] *omericus ille* A.B. versum Homeri om. Ven. [p] in media] *versus in media* A.B. [q] λαγαροὶ qualis est. Non mihi divitiæ, sed est mihi, et cætera. Item Homericus: Οὗτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅττι κεν εἴπω] *lagro est qualis est. Item homericus bendeis eolu clyta domata. ecaudes sunt qui in ultima* A. et fere B. *Agade qualis est. item Homericus bendeis. ecades e qui* Ven. [qq] *hortatiuncula* Ven. et mox *fundantur.* [r] σκάζοντες χωλίαμβοι] *scazontes* A. *scanzontes* B. *imri et scazontes* Ven. qui mox pro vs. Homer. habet tantum *troes detriges.* [s] illevigato sono et incondito] *inlevigato sono et incondito sono* A.B.

[t]Fluxi sunt, qui soluto modo et uberi metro vacillantes quatiuntur.

CAP. XVIII. DE QUALITATE METRI.

Qualitas [v]metri est, qua intelligimus, utrum principale sit metrum, an [w]derivativum, hoc est, finite an [x]infinite.

Finita est, quæ statuto pedum convenientium [y]modo, 2
numero etiam syllabarum definito quoad protendi debeat, multiformis structuræ conversione decurrit, ut esse in omni principali forma cognoscimus.

Infinita est in derivativis, quæ metrum servat, et 3
numerum [z]syllabarum non servat uni structuræ adnexa: aut nec metrum nec numerum syllabarum servat, sed structuræ [zz]unitate deservit: aut diversis versibus et metris [a]constructa, tertio versu [b]vel quarto cum voluit metrum servat, uti [c]Glyconio vel Pherecratio, quæ metra [d]dactylici imaginem habent, sed pedum minore numero concluduntur. [e]At vero nec 4
metrum servat nec numerum syllabarum, ut in Sapphico [f]hendecasyllabo, in quo contrarios pedes [g]in uno versu conjungit. Item diversis versibus et metris, a tertio versu [h]vel quarto strophen [i]revocat, ut in Ho-

[t] Fluxi—et vulgari metro vacillantes] *luxi—et uberri metro vacilanter* A. *et uberi metro vacillanter* B. [v] metri qua] *metri est qua* A. [w] derivatum vocatur. Finita est autem aut infinita] *derivativum hoc est finetæ an infinitæ* A.B. *derivate locatur. finite—infinite* Ven. [x] infinita] *infinite* A. [y] modo et] *et* om. A. *modo numerum etiam syllabarum definitio quo ad protendi debeat, multiformis* B. [z] syllabarum servat, sed structuræ mutatæ] *syllabarum non servat uni structuræ adnexa aut nec metrum nec numerum syllabarum servat sed structuræ unitate* A B. [zz] mutatæ] *imitatæ* Ven. [a] constructa a] *constructam at* A. [b] vel a quarto cum voluerit] *vel quarto convaluit* (*convoluit* B.) A.B. *cum volvit metrum servat, et numerum syllabarum non servat* Ven. [c] glyconica vel pherecratia] *gliconio vel ferecratio* A. *glicinio vel ferehoratio* B. [d] dactyli] *dactulici* A. [e] aut nec metrum] *at vero nec metrum* A.B. [f] hendecasyllabo] *eccedecasyllabus* B. [g] in uno versu] *uni versu* A. *uni in versu* B. [h] vel a quarto] *vel quarto* B. [i] revocat, ut cum alchaica metra vel ascle-

ratio Alcaica illa tria, vel Asclepiadeum et Glyconium et Pherecratium conjunctum videmus.

Cap. XIX. De metrorum specie.

Species metri sunt duæ, finita et infinita.

2 Finita est, [k]qua intellegimus utrum [l]principale sit metrum, an derivativum.

3 Principale est, quod ipsum ex se formatum est, et sua lege, non [ll]assumpta, decurrit, et est finita in omnibus metris principalibus.

4 Derivativum, quod [m]ex principali originem ducit, et est in omnibus derivativis infinita species.

Cap. XX. De formis principalium metrorum.

Formæ principalium metrorum secundum antiquitatis rationem generalissimæ duæ sunt inventæ, dactylica et iambica. His etiam, ut aliorum probat auctoritas, accedunt [mm]septem hæ, trochaica, anapæstica, antispastica, choriambica, duæ ionicæ, pæonica, quam

2 plerique rhythmicam esse dixerunt. Quarum additione vel imminutione reliquæ species varie contextæ [n]derivantur; et aut a pedum quantitate quædam nominantur, ut est epos hexametrum; [nn]alia a pedum præcipua structura, ut [o]anapæstica, trochaica, iambica;

piadeum et glyconicum et pherecratium conjuncta] *revocat ut in horatio alcaica illa tria vel asclepiadeum et gyconium et ferecratium conjunctum* A. et fere B. *revocat alcaica illa tria—conjunctum* Ven. [k] qua intelligimus] *quia intellegimus* A. [l] principale sit metrum an derivatum] *principale sit an derivativum* A. *derivativum* B. [ll] *absumpta* Ven. [m] a principali] *ex principali* A.B. Mox *ut est* Ven. [mm] aliæ septem, trochaica, anapæstica] *septem he trochica (hæ trochaica* B.) *anapestica, antispastica* A.B. [n] derivantur. Alia] *derivantur et autapedum quantitate quedam nominantur, ut est epos exametrum. alia a pedum* A.B. [nn] *et aut a p. p. s. ut* Ven. [o] anapæstica et trochaica] *ut anapestica trochaica iambica* A.B.

[p]alia syzygiæ quantitate, ut est trimetrum, tetrametrum; alia a numero syllabarum, ut est [q]Sapphicum hendecasyllabum et heccedecasyllabum; alia ab inventoribus, ut est Sapphicon, Alcaicon; [r]alia ab iis, qui frequentes in illis fuerunt, ut sunt Aristophania, [s]Archebulia, Asclepiadia, Glyconica, quæ quidem [t]in infinitum possunt [u]variari, beneficio rhythmorum, [v]quorum velut fuit compositio.

Cap. XXI. De modis metrorum.

Modi [vv]metrici sunt sex. Catasticos, definitivus vel principalis, [w]systematicos, compositus, asynarthros, incompositus, syncechymenos, confusus, synezeugmenos, conjunctus, paragogon, derivativum.

Definitivus vel principalis est legitimorum metro- 2
rum ordo.

Compositus constat ex legitimo [x]versu, ut ejusdem 3
legitimi medietate, [y]et iisdem pedibus.

[z]Incompositus est peregrinis pedibus versus [a]ordi- 4
natus, cum fuerit alius versus medius secutus trimeter heroicus.

p Alia a syzygiæ quantitate, ut est trimetrum, pentametrum. Alia a numero] *Alia sinzygie quantitate, ut est trimetrum, tetrametrum alia a numero* A.B. q hendecasyllabum] *Sapphicum hendecasyllabum et heccedecasyllabum* A.B. r Alia ab his, qui in his frequentes] *alia ab iis qui frequentes in illis* A. *frequenter in illis* B. s Archilochia] *Arcebulia* A.B. Ven. Tum *Phaleria* Ven. t *in infinitum*] *in* om. A.B. u *vitiari* Ven. v *quoque* Ven. vv metrorum] *metricis* A. *metrici* B. w schematicos, compositus, asynarches, incompositus, syncechmenos, confusus, zeugnymenos, conjunctus, paragogon] *sirthematicos, compositus, asynarthros incompositos, sincechymenos confusus, sinezeumenos conjunctus peragogon* A. *syrtematicos, compositus, asinarhtos, incompositus, syncechimenos, confusus sinezeumenos conjunctus* B. x *versu et*] *versus aut* B. *ut ejusdem legitimi mediate ejusdem* Ven. y et eisdem] *iisdem* A. *isdem* B. z incompositus] *incompositum* A. a ordinatus] *ornatus* A.B.

5 [b]Confusus est ex peregrinis pedibus [c]versus ordinatus.

6 Conjunctus est, quando ex duobus metris versus ordinatur, ut heroicus et iambicus.

Cap. XXII. De carminum specie.

Species carminum sunt quattuor, *ἀκατάληκτα*, [d]*καταληκτικὰ*, *ὑπερκατάληκτα*, *βραχυκατάληκτα*.

Acatalecta, est integer versus singulorum metrorum.

[e]Catalectica, est versus minus habens metricæ constitutionis.

Hypercatalecta, est super [f]principium versus [g]syllabarum plus habens.

Brachycatalecta pedem [h]minus habet, quam poscit pedum dispositio.

Cap. XXIII. De qualitate carminum.

Qualitates carminum sunt sex: [i]*Ἡρωϊκὴ*, *κωμικὴ*, *τραγικὴ*, *μελικὴ*, [k]*σατυρικὴ*, *διθυραμβική*.

Cap. XXIV. De [l]pedum regione.

Regiones pedum sunt quinque, *θέσις*, *ἄρσις*, *βάσις*, *συζυγία*, *διποδία*. [m]Hæ sic ordinantur. Thesis in disyllabis constat: Arsis in trisyllabis: Basis, syzygia, dipodia in [n]tetrasyllabis constat; sed basis in epitritis et pæonibus fit, syzygia [o]contrariis, sed dipodia paribus.

2 Hæc interim quantum ad simplicem cognitionem

[b] confusus] *confusus est* A.B. [c] versus] *versus ornatus* A.B. et *ornatur* mox B. [d] *catalectica, ypercatalectica, bracitata lecta* A. [e] catalecta] *catalectica* A.B. [f] præcipuum] *principium versus* A. Ven. [g] syllabam] *syllabarum* A.B. [h] minus habet] *plus habet* A. Ven. [i] *horoica, comica, tragica, melica, satyrica, dithyrambicam* B. [k] *σατυρικὴ χοριαμβικὴ*] *satirica dithirambica* A. [l] Rationes pedum] *De pedum regione. Regiones pedum* A. Ven. [m] Hæ sic] *hæc si* A. [n] tetrasyllabis] *tetrasyllabis constat* A.B. *trisyllabis constat* Ven. [o] in contrariis—in paribus] *in* bis om. A.B. Ven.

[p]spectat, prudentiæ tuæ sensibus explanasse sufficiat. Cetera vero metra, quæ sunt tortuosis obscuritatibus [q]implicata, ac multarum rerum diversitate perplexa, opportunis temporibus ac certis rationibus edocebo. Quæ quidem omnia si quis profundis sensibus intimarit, ac sincera mentis [r]intentione perspexerit, et competenti studio [s]diligentiaque servaverit, non tantum ipse in [t]pangenda versificatione pollebit, verum etiam [v]de aliorum carminibus, quotiens libitum fuerit, justis rationibus [w]et irreprehensibili sententia judicabit, [x]quæ metra quibus pedibus regantur.

CAP. XXV. DE ELEGO PENTAMETRO.

Elegum metrum binis versibus constat, hexametro [y]heroico, subjuncto quinario. Prior pedes [z]heroici recipit, posterior pentameter, id est quinarius, scanditur [zz]duabus semiquinariis, ita ut posterius comma duos dactylos habeat et semipedem, quod genus scansionis est usitatius. Alii vero sic scandunt: feritur [2] quinquies, in primis duabus gressionibus admittit dactylum et spondeum, tam invicem inter se compositos, [a]quam sese iterantes, prout ratio postulaverit; tertiam regionem sine dubio perpetuo spondeus debet habere. [b]Et si memorati pedis brevem priorem syl-

p spectat, prudentiæ tuæ satis explanasse sufficiat] *expectat prudentiæ tuæ sensibus explanasse* A.B. Seqq. leguntur supra c. 1. q implicita ac multarum] *implicata ac multarum rerum* B. r intentione] *intentionis* B. s diligenterq; servaverit] *diligentiæ quæ servavit* A. *dilientie que servarit* B. t peragenda] *pangenda* A.B. v et aliorum] *de aliorum* A.B. w et] *de* Ven. x quibus] *quæ metra quibus* A.B. y heroico subjuncto] *heroo et subjuncto* B. z heroici recipit, posterior pentametri. is est quinarius. Scanditur, ut duæ semiquinariæ, ita ut posterius] *heroi recepit posterior pentameter id est quinarius. scanditur dua semiquinariis, id ut posterior* A. *id est quinarius. scanditur diabus semiquinariis, id est ut p.* B. zz ut duæ—ita ut] *duæ—id est ut* Ven. a quam se irritantes] *quam sese iterantes* A.B. b si memorati] *et si memorati* A.B.

labam pro longa positam [c]inveneris, quod raro fit, ne te moveat: potest [d]enim hæc esse communis, [dd]qua pars orationis finitur. Duobus anapæstis terminatur.

3 *De eodem aliter.*

[e]Pentametrum elegum constat ex duabus semiquinariis, [f]id est, ut posterior tome duos dactylos habeat, et semipedem. Quidam vero sic scandunt: tertium pedem spondeum faciunt, ut [g]duo anapæsti sequantur, propter quod oportet semipedem prioris [h]tomes lon-
4 gum esse. Alii vero, quia duo commata esse dixerunt, voluerunt brevem esse et prioris tomes semipedem, quia novissima semper indifferens est, [i]atque hoc utuntur exemplo, [k]id est ut semipes partem orationis videatur implere. Nam talis pentameter [l]vitiosus erit:

[*Hæc nostræ quoque sententia mentis erat.*]

Sed et hoc accipiendum est, quod geminum comma, id est elegus, hexametro subjungitur, sed, ut Archilochus invenit, et dactylica [m]tome.

[c] invenies, quæ ratio sit, ne moveat. Potest enim esse ratio aliqua qua pars] *inveneris, quod raro fit, ne te moveat. Post te* (*Potest*) A. *enim hec esse communis qua pars* A.B. [d] enim esse] *enim hæc esse* A. Tum *rationis: quare pars* Ven. [dd] qua] Santenius ad Terent. Maur. p. 291. F. *quia.* Tum *finitis* Putschius. [e] Pentametrum elegum] *Pentemetrum elegeum* B. [f] ita ut posterius comma] *id ut posterior* A. *id est ut posterior* B. Ven. [g] anapæsti] *duo anapæsti* A.B. Tum *consequentur* B. [h] commatis] *tomes* A.B. et sic mox. *comæ* Ven. hic et infra. [i] atque hoc utuntur] *est ad quæ hoc utuntur* A. *est atque hoc utuntur* B. [k] illo, quod subiit Æsone natus opus ita ut semper partem orationis] *id ut* (*est* B.) *semipes partem orationis* A.B. *id est ut semper partem orationis videatur implere* Ven. [l] vitiosus erit, Hæc nostræ quoque sententia mentis erat. Sed et hoc accipiendum est, geminum in epodis hexametro subjungitur] *viciosus erit. sed et hoc accipiendum est quod genuinum comma id est elegus exametro subjungitur* A. *vicios—accipiendum est elegis exametro subjungitur* B. *Hæc nostræ—erat* om. Ven. qui mox *elogiis* pro *epodis.* [m] κομὴ] *tome* A.

CAP. XXVI. DE IAMBICO.

Versus ternarius iambicus, quo tragœdiæ et comœdiæ scribuntur, ipsi [n]jugiter iambo et sine auxilio [o]pedis alterius constat, a quo nominatur; sed varietatis caussa [p]recipit dactylum, spondeum, anapæstum, tribrachyn. Fiunt itaque numero quinque, qui conve- 2
nienter, prout ratio postulaverit, [q]inter se variantur: sed in sinistris pedibus ipsum [r]debet recipere iambum, aut tribrachyn, aut pyrrhichium; quarta tamen regione, ipsum perpetuo dominum: in dextris quemlibet, ut [s]fors obtulerit, de supra memoratis. In co- 3
mœdiis vero latius funditur, [t]et licet currat sicut in tragœdiis senarius iambus, [v]tamen recipit pedes spondeum et dactylum, anapæstum, proceleusmaticum, tribrachyn, pyrrhichium, et ipsum [w]dominum iambum, [x]sed in dextris pedibus. In comœdia quemcunque ex his [y]in sinistris, [z]tribrachyn, pyrrhichium, et seipsum; aliquando in secundo et [a]sexto loco, et anapæstum et proceleusmaticum. Quarto vero, aut ipse aut proceleusmaticus [b]esse debet, magis in quantum potest, [c]ipse catalexin facit in bacchio. Feritur quoque se- 4
narius iambicus combinatis pedibus [d]ter, et singulis combinationibus præponitur [e]quilibet pes de supra memoratis [f]quinque pedibus. Item subjungitur unus

[n] jungitur] *jugiter* A.B. [o] alterius pedis] *pedis alterius* A.B. [p] recipit] *recepit* A. [q] in se] *inter se* B. [r] debent rapere] *debet recipere* A.B. [s] fors] *fores* A. [t] licet currat sicut] *et lecit currit sicuti in* A. *et licet currit sicuti in* B. Mox *senariis iambus* Ven. [v] Recipit enim pedes] *tamen recepit* (*recipit* B.) *pedes spondium dactilicum* (*dactylum* B.) A.B. *enim* om. Ven. [w] in secundo dominum] *in secundo* om. A. [x] et in dextris] *sed in dexteris* A. *sed in dextris* Ven. Mox *quæcunque* Ven. [y] sinistris] *in sinistris* A.B. [z] tribrachyn, pyrrhichium] *tribrachis et pyrricium* A.B. [a] in sexto loco] *sexto loco et anapestum et proceleumaticum* A.B. [b] debet esse] *esse debet* A.B. Ven. [c] ipse] *ipsa* A. [d] et singulis] *ter et singulis* A. [e] qui libet] *qui licet* B. [f] quinque] *quinque pedibus* A.B.

sine dubio [g] ex tribus his, id est [h] tribrachys vel anapæstus, vel ipse dominus. Nonnunquam etiam pyrrhichium admittit, quia novissima metri syllaba [i] indiffe-
5 renter ponitur. Ex hoc utique derivatur [j] choliambus, in fine claudicans, quoniam expulso pyrrhichio versa vice spondeus [k] interpositus, utpote contrarius adversarii crura frangit. Sæpius autem tertiæ [l] combinationis secundo pede invenitur communis syllaba, quæ excipitur a duabus consonantibus, quarum prior sit
6 muta, sequens liquida. Sane huic metro ternario si accesserit quarta dipodia, fit versus [m] quadratus, qui per combinationem quater feritur, eosdem recipiens pedes quos [n] iambus ternarius, æque tragœdiæ comœdiæque conveniens; [o] et habet vero in se catalecticum et acatalectum. In hoc metro tam inseritur in fine pariambus, quam excluditur [p] choriambus.

Cap. XXVII. De trochaico.

Trochaicum metrum recipit pedes quinque, dactylum, spondeum, anapæstum, tribrachyn, trochæum, a quo nominatur. [q] In triplicem autem feritur dipodiam, et unicuique sine dubio pedes tam præponuntur [r] hi, trochæus, dactylus, tribrachys; quam [s] subjungitur quilibet de supra memoratis quinque pedibus. [t] Catalexin facit aut in amphimacro, aut in epitrito quarto.

[g] tribus] *tribus his* A. [h] tribrachys] *ex tribracchis* A. [i] indifferenter] *indifferentia* B. [j] σκάζων in fine claudicans] *choliambus in fine chlodicans* A. *choriambus* B. Ven. pro σκάζων. [k] interponitur] *interpositos* A.B. [l] combinationis] *declinationis* Ven. qui mox *trinacrio* pro *ternario*. [m] quadratus choriambicus qui quater] *quadratus qui per cumbinationem quater* A.B. *quadratus qui choriambitionem quater* Ven. [n] iambicus] *iambus* A.B. *iambus trinarius* Ven. [o] *et habet vero in se catalecticum et acatalecticum in hoc metro tam inseritur* A.B. [p] periambus] *choriambus* A.B. [q] triplici—dipodia] *in triplicem—dipodion* A.B. *triplicem autem fertur tripodiam* Ven. [r] trochæus] *hic trocheus* A. *hi trochæus* B. qui supra *pedi*. [s] subjunguntur] *subjungitur* A.B. *subjungantur* Ven. [t] catalecticon] *catalexon* A.B.

Hoc autem metrum ab [v] iambico distat, quod in illo [z] combinatis [w] pedibus, id est singulis combinationibus, præponitur quilibet pes de supra memoratis quinque pedibus, et subjungitur unus de tribus qui ex brevi constant: in trochaico vero versa vice primæ combinationi præponitur unus de tribus, et item subjungitur quilibet de quinque pedibus.

CAP. XXVIII. DE ANAPÆSTICO.

Anapæsticum metrum est, quod aut [x] solo ipso anapæsto constat, [y] aut adjunctis cum eo, prout fors tulerit, spondeo, [z] tribracho, dactylo. Sed dactylum nunquam [a] recipit, nisi in dextris pedibus, vel quemque ex illis aliis. In sinistris vero quemlibet ex tribus, prout res exegerit, extra dactylum, spondeum, tribrachum, anapæstum. Hoc metrum catalexin facit, [b] aut ionico ἀπὸ μείζονος, aut ἀπὸ ἐλάσσονος, aut in molosso, aut in pæone quarto, aut in choriambo. Scire debemus tum demum in ultimo [c] trisyllabum hoc metrum admittere, cum in penultimo loco [d] spondeum habet.

[e] Alii de eodem sic: anapæsticum metrum recipit [z] pedes quattuor, dactylum, spondeum, proceleusmati-

[v] iambico] *iambo* A.B. [w] pedibus subjungitur unus de tribus, qui ex brevi constant, in hoc autem subjungitur quilibet de quinque pedibus] *pedibus id est singulis combinationibus præponitur quilibet pes de supra memoratis quinque pedibus et subjungitur unus de tribus qui ex brevi constant hi* (*in* B.) *trochaico vero versa vice trinæ combinationi p̄ponitur* (*componitur* B.) *unus de tribus et item subjungitur quilibet de quinque pedibus* A.B. [x] ipso solo] *soli ipso* A.B. [y] adjunctis] *aut adjunctis* A.B. [z] tribrachy] *tribrachio* A. [a] recipit in dextris] *recepit nisi in dexteris* (*dextris* B.) A.B. *nisi* item Ven. [b] aut in ionico ἀπὸ μείσονος, aut ἀπ' ἐλάττονος, aut in molosso, aut hippio quarto aut] *aut ionico apo mizonos aut apo elassonos aut in molosso aut in poenae* (*pæone* B.) *quarto aut in* A.B. [c] trisyllabum] *trisyllabus* A. *trisyllabo* Ven. [d] spondeum vel proceleusmaticum habuerit] *spondeum habet* A.B. *vel . . habuerit* om. Ven. [e] metrum] *Alii de eodem sic anapæsticum metrum recepit* (*recipit* B.) *pedes* A.B. Mox *a nomine meruit* Ven.

cum, anapæstum, a quo nomen meruit. Horum compositio frequens [w]est anapæsto per quem plurimum constat, sed dactylum in [x]dextris tantum pedibus habet, vel quemlibet ex aliis: in sinistris vero extra dactylum quemlibet ex tribus, prout res exegerit, id est spondeum, [y]tribrachyn, ipsum dominum. A dimetro autem in tetrametrum ampliatur .. autem tam dactylus perpetuo dexter, et aliquando subjungitur unus quilibet ex tribus. Hujus clausula spondeo et dactylo terminatur.

Cap. XXIX. De antispasto.

Antispasticum metrum componitur antispasto, admittit autem [z]et iambicam basin per sympathiam. Et prima quidem regio primæ gressionis antispasticæ [a]magnitudinis omni genere a poetis movetur, longatur autem a dimetro usque [b]ad pentametrum. Perfectissimum autem est [c] ἑκκαιδεκασύλλαβον Sapphicum, et hoc quidem acatalectum est, et habet [d]novissimam basin iambicam. Tetrametrum autem catalecticum

[w] est cum] *cum* om. A.B.Ven. [x] in dextris tantum pedibus habet. Idem quemlibet ex tribus prout exegerit] *in dextris tantum habet vel quemlibet ex tribus prout res egerit* A. et in marg. *ex aliis in sinistris vero extra dactylum quemlibet.—in dextris pedibus tantum habet vel quemlibet ex aliis. in sinistris vero extra dactilum quemlibet ex tribus prout res exegerit. Id est spondeum* B. [y] tribrachyn, tamen dactylus perpetuo dexter, et aliquando subjungitur unus quilibet] *tribrachyn ipsum dominum a dimetro* (*dimetrum* B.) *autem in tetrametrum ampliatur autem tam dactylus perpetuo dexter et tres aliquam* (*alii quam* B.) *subjungitur unus quilibet* A.B. [z] iambicam basin] *et iambicam basin per sinpathiam* A.B. *iambicum bassim psi pathiam* Ven. [a] magnitudinis] *magnitudines* B. [b] ad pentametrum] *ad* om. A.B. Ven. [c] hendecasyllabam sapphicum] *haeccedecsyllabon safficum* A.B. Mox *si quidem* Ven. [d] novissimam syllabam iambicam. Tetrametrum autem catalecticum perfectissimum est, quod appellatur iambicum] *novissimam basin iambicam. Tetrametri autem catalectici perfectissimum est quod appellatur priepium quod plyidam* (*plyida* A.) *admittit* A.B. *n. s. i. Tetrametri autem catalectici perfectissimi est quod appellatur pampium ploida admittit* Ven.

perfectissimum est, quod appellatur Priapeum, quod plyida (?) admittit.

CAP. XXX. DE CHORIAMBICO.

Choriambicum metrum constat choriambo pede quadrato, a quo nomen [e]sumsit, a dimetro autem in tetrametrum longatur. Feritur per [f]dipodiam quater, in qua antecedit trochæus, sequitur iambus, sed interdum [ff]priore trochæi syllaba in duas breves resoluta tribrachyn admittit, mediæ duæ quoque [g]dipodiæ iambicæ optime ponuntur quartæ clausulæ, id est [h]ut ultimus pes, aut bacchio, aut [i]tribracho terminetur, vel potius iambica dipodia collocatur, in qua antecedit anapæstus.

CAP. XXXI. DE IONICO MAJORE.

[k]Ionicus major constat homonymo pede, admittit autem [l]*κατὰ συμπάθειαν* basin trochaicam, et hujus metri primæ gressionis prima regio multiformiter variatur, et brachycatalecton [m]desiderat, a dimetro in tetrametrum longatur.

CAP. XXXII. DE IONICO MINORE.

[n]Ionicus quoque minor constat ex homonyma dipodia, in qua antecedit pyrrhichius, sequitur spondeus, vel anapæstus, et pyrrhichius. [o]Nonnunquam etiam *κατὰ συναίρεσιν* brevium syllabarum molossus interponitur, et

[e] habet] *sumsit* A.B. *nomine* omisso *habet* Ven. [f] dipodiam in qua] *dipondiam quater in qua* A.B. [ff] *prior* Ven. [g] iambicæ] *dipodiæ iambicæ* A.B. [h] ut ultimus] *ut* om. B. [i] tribrachy terminetur] *tribracho terminatur* A.B. [k] Ionicum a majore] *Ionica major* A.B. *Ionicus major* Ven. [l] catalexim] *cata synpathian do a sen* (*an bas en* B.) *tro che cen et* A.B. *catalexim pathādo aseri cro chen ut* Ven. et mox om. *prima*. [m] desyderat] *deserat* B. Tum *longetur* Ven. [n] Ionicum quoque aminore] *Ionicus quoque minor* A.B. Ven. [o] nonnunquam et] *nonnunquam etiam* A.B.

in dimetris quidem, cum prior basis pentasemos fuerit, id est temporum quinque, erit sine dubio secunda heptasemos, id est temporum septem. A dimetro in trimetrum ampliatur.

Cap. XXXIII. De pæonico.

Pæonicum metrum, quod plerique rhythmicum esse dixerunt, constat priore pæone, admittit vero [p]et quartum, et creticum, et bacchium a brevi qui est, ad metri finem. Hoc ἐν παραβάσει Aristophanes composuisse creditur. Elegantissimum est igitur, cum per singulos pedes pars orationis [q]impleatur.

Cap. XXXIV. [r]De versuum generibus.

[rr]Versuum genera præcipua sunt quinque. Aut enim dimetri sunt, aut trimetri, aut tetrametri, aut pentametri, aut hexametri, sed singulorum plurimæ sunt species.

2 ### *De dimetro.*

Dimeter ex inferiore parte hexametri, qui habet dactylum et spondeum vel trochæum. Hujus exemplum est in [s]Horatio tale,

Terruit urbem ;

quale est et illud,

Primus ab oris.

3 ### *De trimetro.*

Trimeter herous ex inferiore parte hexametri. Hujus exemplum [t]est tale,

p et quartum creticum et bacchium Elegantissimum] *et quartum et creticum et bacchium a brevi qui est ad metri hocen parabasear est fanes conposuisse creditur. Elegantissimum* A. et fere B. *bachium a brevi qui est a dimetri finem composuisse redditur* Ven. q impletur] *impleatur* A.B. r De versuum] *Diversum* A. rr *Versibus* Ven. s Horatio terruit urbem quale] *Horatio tale, terruit urbem quale illud est* A.B. t Præmia magna petuntur] *est tale jam vaca* (*vaga*

Jam vaga tollere Phœbus
Lumina destinat ortu.

De tetrametro. 4

Tetrameter [u]herous ex inferiore parte hexametri, [v]cujus exemplum est tale,

Fulmina nubibus obvia torques.

De pentametro heroo. 5

Pentameter herous ex inferiore parte [w]hexametri. Hujus exemplum est,

[x]*Sparsaque luminibus polus indicat astra.*

Hæc incisa dicuntur, id est commata, [xx]et quædam ex inferiori parte hexametri detracta possunt videri, [y]de superiore ejusdem parte desecta.

De pentametro elegiaco. 6

Pentameter elegiacus, cujus exemplum est,

Candida ceruleo nata Venus pelago.

Hic constat ex duobus principiis hexametri, [z]recipit in imo duo anapæstos, vel certe novissimum tribrachyn, prædicta ratione ultimarum syllabarum.

De iambico comico. 7

Iambicus qui [a]verus est constat ex omnibus iambis, ut,

Anus virente secta [b]*pinus in Grago.*

B.) *tollere phœbus lumina destinat ortu* A.B. Usque ad *Fulmina* om. Ven. [u] heroicus] *herous* A. et sic ubique. [v] hujus exemplum est] *cujus exemplum est tale* B. [w] *hexametri* om. Ven. [x] *sparsa aqua luminibus populus* (*polus* A.) *indicat astra* A.B. [xx] quædam] *et quædam* A.B. Ven. [y] et de superiore ejus] *de superiore ejusdem* A.B. *et* om. Ven. [z] recipit imis duos anapæstos vel certe novissimo] *recepit in imo duo anapestus* (*anapestos* B.) *vel certe novissimum* A.B. *recipit initio—novissimum* Ven. [a] versus est comicus] *verus est* B. *comicus* item om. A. [b] pi, nus ex agro hic recipit] *pin sin grago. hic recepit* A. *pin sin grago* B. *pinus in agro* Ven.

Hic recipit spondeos vel alios sui generis pedes, id est totidem temporum, etsi non totidem syllabarum, [c]recipit, inquam, spondeos, sed primo et tertio et quinto loco; ultimo autem [d]aliquando pariambum.

8 *De iambico tragico.*

Iambicus tragicus hic, ut gravior juxta materiæ pondus esset, semper [dd]quinto loco spondeum recipit; aliter enim esse non potest tragicus. [e]Cetera, ratio superioris iambici in hoc observanda est.

9 *De iambico scazonte.*

Iambicus [ee]σκάζων, qui Hipponacteus ab auctore dicitur, fere similis superioribus, nisi [f]quod in imo habet spondeum. Hujus exemplum est,

[g]*Ligare guttur pendulo* [h]*cavum vinclo.*

10 *De iambico Archilochio.*

Iambicus [i]colobus Archilochius hic de vero iambico syllaba extrema [k]detracta factus est, cujus exemplum in Horatio tale,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Si esset *carinulas*, esset iambicus [l]verus.

11 *De trochaico.*

Trochaicus [m]idem senarius et quadratus, hic [n]si

[c] recipit] *recepit* A. [d] periambum] *aliquando pariambum* A.B. Seq. sect. om. Ven. [dd] quarto] *quinto* A.B. Tum *recepit* A. [e] Cætera] *Cetera* venuste dixit simul et vetuste pro "quantum ad cetera attinet." Sciopp. Susp. Lect. p. 286. [ee] σκάζων qui Hipponacticus] *scazon id est* (*idem* B.) *hipponacteus* A.B. *i. Hipponactius* Ven. [f] quod imo] *quod in imo* A.B. [g] ligate] *ligare* A.B. Ven. [h] canum] *cavum* A. *tāī* Ven. [i] colobus hic de metro] *colobus archilochius hic de vero* A.B. [k] attrita factus est cujus] *detracta factus est et est ejus* A.B. [l] versus perfectus] *perfectus* om. A. Ven. *verus* B. [m] senarius] *idem senarius* A.B. *i senarius* Ven. [n] si colobus est, septem] *si versus est omnes septem* A. *severus est omnes septem* B. *versus* Ven. pro *colobus.*

verus est omnes septem trochæos habet, et semipedem, id est unam syllabam, cujus exemplum tale est,

[o] *Immerens anus virente secta pinus in Grago.*

Hic fit cum ad iambici veri principium additur pes trisyllabus amphimacrus. Recipit pedes sui generis, qua ratione de iambico diximus. Fit trochaicus Hipponactius, quoniam iambico [p]cognatus est. Hujus exemplum est,

[q] *Festi dies amœna luce prœpotens salve.*

Hoc sic est, ut si facias tale,

[r] *Socrates ligare guttur pendulo cavum vinclo.*

Quos autem pedes [s]recipit ex superioribus liquet. Fiet trochaico colobo si dicam,

Socrates trahuntque siccas machinæ carinas.

Et hic recipit trochæos et ceteros sui generis pedes, et in [ss]imo spondeum vel trochæum.

De Asclepiadeo. 12

Asclepiadeum ab auctore dictum, [t]cujus exemplum est,

Mœcenas atavis edite regibus.

Hic [u]potest, unde ortus est, ad pentametrum elegiacum redigi, addita una syllaba, sic,

Mœcenas atavis edite [v]remigibus.

Quod tale est, quale [w]illud supra,

[o] Jam satis terris virente secta pinus in agro] *immerens anus virente secta pinus binus in grago* A.B. qui pergunt *hic fit cum ad iambici veri principium additur pes trisyllabus amphimacrus hic recipit* (*recepit* A.) *pedes sui generis quam rem de iambico diximus* A.B. *Jam satis terris* om. Ven. qui post *agro* addit *hic fit recipit* etc. [p] cognatus] *cognatus est* A.B. [q] Feste] *festi* A.B. *festæ* Ven. tum *ameni a* B. [r] ligate] *Socrates ligare* A.B. Ven. [s] recipit] *recepit* (*recipit* B.) *ex superioribus liquet fiet* A.B. Tum *de trochaico colobo si dicam Socrates trahuntque siccas machinæ carinas et hic recipit* (*recepit* A.) *trocheos sed ceteros sui generis pedes et in imo spondeum vel trocheum* A.B. *liquefiet—sic dicam* Sc. [ss] ultima] *una* Ven. [t] ejus] *cujus* A.B. [u] *ponit* Ven. qui mox *penthemimerī* pro *pentametrum*. [v] *regibus* Ven. [w] illud] *illud supra* A.B. *est illud* Ven.

Candida cæruleo [w] *nata Venus pelago.*

Potest Asclepiadeus ab hexametro nasci, detracto in mediis partibus disyllabo verbo et [x] ultimo, ut si dicas,

Nimborum in patriam loca fœta furentibus [y] *austris.*
Nimborum in patriam fœta furentibus.

Aut illud:

[z] *Avolsumque humeris caput et sine nomine* [a] *corpus.*
Avolsumque humeris et sine nomine.

Rursus illi Asclepiadeo adde disyllabum verbum in medio [b] et in imo, et facies hexametrum,

Mœcenas atavis ades edite regibus olim.

13 ## *De hendecasyllabo Sapphico.*

Hendecasyllabum [c] Sapphicum Sappho poetria invenit. Exemplum hujus tale est,

Jam satis terris nivis atque diræ.

superior pars ex trochaico est. Nam si hæc verba

Jam satis terris

suppleas, facies integrum trochaicum, sic,

Jam satis terris virente secta pinus [d] *in Grago.*

Inferior autem, verba hæc

[e] *Nivis atque diræ*

de principio iambici sunt. Denique additis quæ desunt, [f] iambicus poterit impleri, sic,

Nivis atque diræ secta pinus [g] *in Grago.*

Hæc metra, quæ ex commatibus constant, unde partes habent, inde et pedes sumunt.

[w] vecta] *nata* A. [x] ultimo] *ultimis* A.B. *ultimus* Ven. Mox *Nimborum—furentibus* et *Avulsum—nomine* om. Ven. [y] *austris. aut illud* B. [z] avulsum] *avolsum* A. [a] corpus] *corpus. rursus illi* A.B. [b] et ultimo et facies hexametrum. Mecænas atavis, semel edite regibus edite] *et in imo facies exametrum sic Mecenas atabis ades edite* A. et fere B. *et ultimo* om. Ven. [c] Sapphicum quod S.] *Sapphicum Sappho* A.B. [d] agro] *grago* A. *graco* B. [e] nivis atque diræ] *nivis grago adque diræ* A.B. [f] iambicus] *iambicis* A. *iambici* Ven. [g] pinus ex agro] *pinus in grago* A.B. *pinus in agro* Ven.

De choriambico. 14

Choriambicus est, qui constat [h]choriambo pede, qui est ex longa et duabus brevibus et longa. Hujus exemplum est,

Ergo ades huc ambrosia de Veneris palude.

Est in Horatio tale,

[i]*Hoc deos vere Sybarin quid properas amando.*

Recipit hic in imo [k]vel palimbacchium pedem, qui est ex brevi et duabus longis, vel amphibrachyn, qui est ex brevi et longa et brevi.

De Archilochio. 15

Archilochium de proximo superiore præcisum [l]est hujusmodi,

Lydia dic per omnes.

Hoc [m]tale est, quale si facias,

Cur properes amando.

Quod magis apparebit unde [n]sit sectum si sic jungas,

Hoc deos vere Sybarin Lydia dic per omnes.

Sic enim integer est choriambicus.

De hendecasyllabo Phalæcio. 16

[o]Hendecasyllabum Phalæcium a Phalæco inventum tale est,

Vidi credite per lacus Lucrinos.

[h] choriambo pede, qui ex] *choriambico pede, qui est ex* B. [i] tale Te deos oro sybarin cur properes] *tale. hoc deos vere sybarin quid properas* A.B. Tum *perdere* addit Ven. [k] bacchium pedem, qui est ex brevi et longis duabus] *vel palimbacchium pedem qui est ex brevi et duabus longis vel amfhi brachin qui est ex brevi et longa et brevi* A.B. *vel palimbacchium p. qui ex b. et longa et brevi* Ven. [l] Hujus exemplum est] *est hujusmodi* A.B. [m] est tale] *tale est* A.B. [n] si sectum sic jungas Te deos oro—choriambicus] *unde sit sectum si sic jungas. hoc deos vere choriambus* A.B. *ut sic sectum si sic—choriambus* Ven. [o] hendecasyllabum phalecium, a Phaleco inventum est tale] *endecasyllabum falecium a faleco inventum tale est* A.B. *phaleuticum—phaleutico* Ven.

Hujus pars prior de hexametro est, quam [p]supplebimus sic,

Vidi credite per liquidos Nereida fluctus.

Posterior autem pars de principio iambici est, quam si [q]suppleamus, integrum iambicum faciemus sic,

Lacus Lucrinos inter [r]alta navium.

17 Anacreontius in Horatio talis est,

Sic te diva potens Cypri.

Præcisus hic est de proximo superiore hendecasyllabo, et tale est, quale illud,

Vidi credite per lacus.

Rursus [s]hendecasyllabus ex isto superiore [ss]fieri potest,

Sic te diva potens Cypri Lucrinos.

Ergo apparet [t]trisyllabos hendecasyllabo esse tractas, ut Anacreontius fieret.

18 Archilochium aliud in Horatio tale est,

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni.

[u]Hoc ut fieret, indita est hexametro syllaba ante duas ultimas. Denique si eam detrahas, facies hexametrum, sic,

Solvitur acris hyems grata vice veris et [v]anni.

19 Alcaicum ab Alcæo [w]inventum in Horatio tale est,

Vides ut alta stet nive candidum.

[x]Hoc ex duobus [y]commatibus constat. Nam superius illud,

[p] supplebimus] *supplevimus* A. Mox *credite vidi—nereidas* Ven. Tum *pes a* pro *pars de.* [q] supplemus, integrum] *suppleamus integram* A. *suppleamus* B. Ven. [r] lata] *alta* A.B. [s] *hendeacasyllabus* Ven. et mox *ista.* [ss] *fieri* om. A.B. [t] trisyllabum ab hendecasyllabo esse detractum] *trisyllabos endecasyllabo esse tractas ut* A.B. *trisyllabum hendecasyllabum esse tractum et* Ven. [u] Hoc etiam ut fieret archilochium, indita est hexametro syllaba. Nam duas denique si inde detraham faciam] *hoc ut fieret indita est exametro syllaba ante duas ultimas. denique si eam detrahas facies ex* A.B. *Hoc est ut fieret indita est—an—eam detrahã facies* Ven. [v] anni] *favoni* A.B. Ven. [w] inventore] *inventum* A.B. [x] hoc est ex] *est* om. A. [y] commatibus] *commatibus constat* A.B.

Vides ut alta

tale est, quale illud in iambico,

Ibis Liburnis.

Inferius illud,

Stet nive candidum,

tale est, quale illud in Asclepiadeo,

Edite regibus.

Alcaicum [x]aliud in Horatio tale est, 20

Pones iambis sive flamma.

[y]Hic si addas verbum *torrida*, erit plenus iambicus sic,

Pones iambis sive flamma torrida.

Ergo apparet hoc Alcaicum ab iambico esse præcisum.

Alcaicum aliud in Horatio tale est, 21

Usque meis pluviosque ventos.

[z]Hic ne fieret hexameter ultra medium duæ dictiones exsectæ sunt, quas si velis reddere, supplebis hexametrum sic,

Usque meis pluviosque rapaci turbine ventos.

Archilochium [a]aliud in Horatio tale est, 22

Nullam Vare sacra vite prius severis arborem.

[aa]Huic tolle [b]duo verba disyllaba juxta principium, [c]facies Asclepiadeum, sic,

Nullam [d]*vite prius severis arborem.*

Hoc enim tale est, quale illud,

[x] illud] *aliud* A.B. Ven. [y] Hic si addas verbum, torrida terga, apparebit hoc alcaicum ab iambo] *addas verba torrida erit plenus iambicus sic. pones iambis sive flamma torrida. ergo apparet hoc alcaicum ab iambico* A.B. *appareret* Ven. [z] Hic ne fieret hexameter ultra medium duæ dictiones exceptæ sunt, quas si velis reddere supplebis hexametrum, usque meis pluviosque coercet numine ventos] *ut hic* (*ne hic* B.) *fieret exametri ultra medium execte* (*exaectae* B.) *sunt quas si velis* (*qua vellis* B.) *reddere sum plevis exametrum sic usque meis pluiosque rapacitur vine* (*pluviosque rapaci turbine* B.) *ventos* A.B. *ut hic fieret hexametri ultra medium exceptæ* Ven. qui mox *pluviosque rapiatis vitæ ventos.* [a] *aliud est* Ven. [aa] hinc tolle] *huic tolle* A.B. [b] duo verba scilicet] *duo* A. *scilicet* om. B. [c] et facies] *et* om. A.B. [d] vite prius] *pejus vitæ* Ven.

Mæcenas atavis edite regibus.

Ergo apparet quod Archilochus [c]interposuerit dimetrum ex Archilochio hujusmodi,

Capiunt [d] *feras et aptant.*

Hoc tale est, quale illud,

Vice veris et Favoni.

23 [e]Glyconium ex iambico dimetrum in Horatio tale est,

Non ebur neque aureum.

Hoc ex inferiore iambici parte præcisum est. Nam si [f]reddas ei principia, supplebis iambicum sic,

Ibis [g] *Liburnis, non ebur neque aureum.*

24 Ionicus [h]ἀπ' ἐλάσσονος dicitur, [i]quia hic pes constat ex duabus brevibus et duabus longis. Hujus exemplum in [k]Horatio est,

Miserarum est neque amori dare ludum.

25 Ionicus [l]ἀπὸ μείζονος superiori contrarius. Nam ex duabus longis et duabus brevibus constat, cujus exemplum,

Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

Hic et [m]Sotadeus vocatur, quia Sotades eo plurimum usus est.

26 Archilochium ex iambici parte priori in Horatio [n]tale est,

Ut prisca gens mortalium.

Huic si inferiora restituas, quæ Archilochus amputavit, facies iambicum [o]plenum sic,

Ut prisca gens mortalium vitam trahit.

[c] amputaverit dimetrum est Archilochio ut est] *interposuerit dimetrum ex Archilochio hujusmodi est* A.B. *imposuerit* Ven. qui supra *apparuit* et infra *modi* pro *ut*. [d] feras] *forās* Ven. qui mox *aliud* pro *illud*. [e] Glyconium] *Gletionium* A. *Glisionium* B. [f] reddis] *reddas* A.B. [g] Liburnum] *Liburnis* A.B. [h] *apelassonos* A.B. [i] quia] *qui* A. *quare* Ven. [k] Horatio est] *est* om. A.B. [l] ἀπὸ μείσονος] *apomizonos* A.B. [m] sotadicus] *sotadeus* A.B. [n] tale] *tale est* A.B. [o] ut prisca gens mortalium] *sicut prisca mortalium* A.B. Ven. Mox *vitari* Ven.

Archilochium aliud in Horatio tale est, 27

Scribere versiculos amore [q]*percussum gravi.*

Satis apparet priorem partem hexametri esse, posteriorem ex iambico. Nam illud,

Scribere versiculos,

[r]tale est, quale,

Arma virumque cano.

Illud autem quod est,

Amore percussum gravi,

tale est, quale,

[s]*Ut prisca gens mortalium.*

De hoc supra dictum.

[ss]Archilochus ita metra consecuit, ut et iambico de- 28
traheret syllabam, et faceret versum talem,

Juppiter salutis arbiter meæ.

[t]Nam si dicas,

O Juppiter salutis arbiter meæ;

erit iambicus plenus.

Anapæsticus, [v]qui ex pedibus anapæstis constat, talis 29
est in Sereno,

Cede testula [w]*trita, sol occurrit tibi per speculum Panope.*

Hic [x]recipit pedes sui generis, de [y]qua re supra diximus. Anapæstus autem fit, ex duabus brevibus et longa.

Anapæsticum [z]choricum habemus in [a]Seneca, 30

Audax nimium qui freta primus.

[q] perculsum] *percussum* A.B. Ven. [r] est tale] *tale est* A. [s] ut] *de* Ven. [ss] Archilochus et ita metra confecit ut iambico detraheret s. e. f.] *Archilochus ita metra consecuit ut et iambico detraheret et faceret* A.B. et fere Ven. [t] erit iambicus plenus hoc modo, O Juppiter etc.] *arbiter meæ. nam si dicas o Jupiter salutis arbiter meæ erit iambicus plenus* A.B. [v] anapæstis constat pedibus] *ex pedibus anapæsti constat* A.B. *anapæsti c. p.* Ven. [w] irrita] *trita* A. *celtula trita solem curret* B. *trita solo : cor iit tibi* Sc. [x] recipit] *recepit* A. *hoc recipit* B. [y] qua re] *re* om. B. [z] carmen] *choricum* A.B. *coritum* Ven. [a] Horatio] *Seneca* A.B.

Admiscetur huic propter gratiam varietatis [a]dimeter heroicus. Nam tale est,

Qui freta primus,

quale,

Terruit [b]urbem.

In cetero recipit hoc metrum spondeos et [c]alios sui generis pedes.

31 Archilochus etiam de iambico colobo [d]facit comma tale,

Huc ades Lyæe.

Quod tale est, quale illud,

Machinæ carinas.

Et potest suppleri iambicus [e]colobus sic,

Trahuntque siccas, huc ades Lyæe.

32 Dimetrum heroicum ex superiore parte hexametri [f]factum est, ut sunt illa,

Scribenti mihi præmonstra dea.

Hic enim duo pedes sunt de principio hexametri.

33 [g]Sic et trimetrum ex superiore parte hexametri tale,

Musæ Pierides novem.

[h]Sed hoc idem Anacreonteum est, de quo supra diximus. Nam simile est illud quod posueramus exemplum,

Sic te diva potens Cypri.

34 Tetrametrum heroum ex superiore [k]tale est,

Optima mente tibi fero munera.

Hic si addas duos pedes, id est,

Terruit [l]urbem,

hexameter implebitur.

35 Pentameter quoque heroicus fit ex superiore parte hexametri sic,

[a] *dimetri* Ven. [b] urbem] *orbem* A. [c] alios] *alio* A. [d] facit] *fecit* B. Mox *tale est* Ven. [e] colobos] *colobi* A. Ven. [f] *factum est* A.B. [g] trimetrum] *Sic et trimetrum* A.B. [h] Sed idem] *Sed hoc idem* B. [j] meæ] *novem* A. *nō* Ven. Mox *exempla* Ven. [k] sic] *tale* A.B. tum *tibi* om. B. [l] urbem hexameter] *orbem exametri* A. *urbem* om. Ven.

Fonteis et gelidi [m]*peragro vada fluminis.*

Hic perspicuum est unum pedem deesse, quo minus [n]sit plenus hexameter.

Heptametrum heroicum fieri solere si dixero, ridi- 36
culum quibusdam videbitur, [o]sed ejus exemplum tale,

Clio cui dedit ingenium docile atque libidine vinctum.

[oo]Saturnium in honorem dei Nævius invenit, ad- 37
dita una syllaba ad iambicum versum, sic,

[p]*Summas opes qui regum regias refregit.*

Huic si demas ultimam syllabam, erit iambicus, de quo sæpe memoratum est.

Angelicum metrum, celeritate nuntiis aptum, [pp]Ste- 38
sichorus invenit. Unam enim ultimam syllabam detraxit hexametro, et fecit tale,

Optima Calliope miranda poematibus.

Restitue quamlibet in ultimam syllabam, et implebis hexametrum.

Priapeum, quo Virgilius in prolusionibus suis usus 39
fuit, tale est,

Incidi patulum in specum, procumbente Priapo.

Prius comma ex [q]inferiori parte iambici supplebitur sic,

Ibis Liburnis, incidi patulum in specum.

[m] vada fluminis accolo] *peragro vada fluminis* A.B. *accolo* om. Ven. [n] fiat] *fit plenus* A. *sit plenus* B. *fit* Ven. Supra *uno pede* Ven. et mox *solēt si dixere.* [o] sed exemplum tale. Clio cui dedit ingenium demente libidine junctum] *sed* (*sed est* B.) *ejus exemplum tale. in elio* (*inelyo* B.) *cui dedit ingenium docile atque libidine vinctum* (*junctum* B.) A.B. *et* Ven. pro *demente.* [oo] Venusinus invenit] *Saturnium in honorem dei Nævius invenit addita una syllaba ad iambicum versum. sic, Summas opes qui* B. *Sat in honorem dei venus* Ven. [p] Vid. Atil. Fortunat. supra p. 351. [pp] *Stesichorus invenit. unam enim ultimam syllabam detraxit exametro et facit tale optime* (*fecit tale optima* A.) *Calliope miranda poematibus restitue quamlibet* (*quemlibet* A.) *in ultimam syllabam et implebis exametrum priapeum quo Vergilius in prolusionibus vis* (*suis* A.) *usus fuit. tale est incidi patulum specum* (*in specum* A.) A.B. quæ fere absunt ab edd. vett. *Terpsichorus invenit unam enim syllabam ultimam hexametro efficit, id tale est* Ven. [q] inferiori parte] *inferiore parte iambici* A. *inferiori parte exametri* B.

Posterius comma ex inferiori parte hexametri supplebitur sic,

Arma virumque cano, qui procumbente Priapo.

Anapæsticum [r]dimetrum fit [s]incisione, cujus hæc exempla sunt,

Agite o pelagi cursores,
[t]*Cupidam in patriam portate.*

Sunt hic bini [u]anapæsti, aut pedes qui recipi solent, in imo autem bacchius est, qui constat ex duabus longis et brevi, [v]aut molossus, qui constat ex tribus longis. Alienum autem pedem metra nisi recipiant, modus non facile finitur, [vv]et magis rhythmus est quam metrum: et Varro dicit inter rhythmum, qui Latine numerus vocatur, et metrum [w]hoc interesse, quod inter materiam et regulam.

Dimeter ex [x]ionico Sotadico solet fieri talis,

[y]*Venus ex marmore pulchro.*

[z]Hoc tale est, quale illud,

Cole si vis bonus esse.

Nam integri Sotadici dederamus exemplum tale,

Pansa optime divos cole, si vis bonus esse.

Proceleusmaticum metrum est quale fecit Serenus,

[a]*Animula miserula properiter obiit.*

[r] trimetrum] *dimetrum* A.B. Ven. [s] incisione, cujus exempla hæc] *incisionem cujus hæc e.* A. [t] cupidum pateram] *cupidam in patriam* A.B. *cupidam in patientiam* Ven. [u] pedes, qui recipi solent. in uno autem palimbacchius est] *anapesti aut qui recipi solent. in imo autem aut bacchius* A.B. *anapæsti—bacchius* Ven. [v] in altero] *aut* A.B. Ven. [vv] ut rhythmus magis quam metrum videatur] *et magis rithmus est quam metron et* A.B. *ut rhythmus magis quam metrum ut Varro dicit ī* Ven. [w] id interesse] *hoc interesse* A.B. *interesse* Ven. [x] heroico] *ionico* A.B. [y] vives] *venus* A.B. *unus* Ven. [z] hoc tale. Optime divos cole si vis bonus esse] *hoc tale est quale illud cole si vis bonus esse. Nam integri Sotadici dederamus exemplum tale, pensa* (*pansa* A.) *optime duos* (*divos* A.) *cole si vis bonus esse. Proceleumaticum metrum* A.B. [a] anicula] *animula* A. *animalia* Ven. Tum *miserula* A.B. pro *tenera. in secula* Ven. Mox *properiter* pro *propter iter* Sc. et Putschius. Et sic Scioppius Susp. Lect. V. 22. p. 291.

Hoc constat proceleusmatico pede, qui est ex quattuor brevibus. [b]In imo recipit trisyllabum pedem incertum quem [c]qui de ultima syllaba id [d]varie observandum est, quod supra dictum est.

Molossicum metrum mihi durissimum videtur. Hu- 43
jus exemplum dat [e]Cæsius Bassus tale,

[f]*Romani victores Germanis devictis.*

Omnes longæ sunt, quia molossus constat ex tribus syllabis longis. Hunc sane versum simillimum puto [g]illi hexametro qui [h]spondiacus dicitur. Nam et hic similiter duodecim syllabas longas habet.

Cretici versus hoc exemplum est, 44

Alma lux [i]*roscida prima flamma nitens.*

[k]Me sat est dixisse creticum constare ex longa, et brevi, et longa, qui et amphimacros nominatur.

Antibacchius versus [l]hujusmodi est, 45

[m]*Mariti beati paremus nepotes.*

Hujus facilis partitio, quum sciamus pedem ipsum constare [n]ex brevi et duabus longis.

Bacchicum metrum est tale, 46

[o]*Lætare bacchare præsente Frontone.*

[p]Hoc mihi videtur magis ad prosam convenire. Et sane multis pedibus in oratione utimur, licet stulti

[b] immo recipit] *in imo recepit* A. [c] quidem in] *qui de* A.B. [d] varium observandum esse] *id varie observandum est quod* A.B. [e] Cæsius] *Celsius* A.B. *Celsius Bassius* Ven. [f] Romani Gallis devictis sunt victores qui] *Romani victores Germanis devictis omnes longe sunt, quia molossus constat* A.B. *Romanum victores gallis devictis longe sunt omnes* Ven. [g] illi] *illo* A. [h] spondaicus] *spondiacus* B. [i] rosida] *roscida* A. [k] Mi sat est dixisse, creticum ex longa et brevi et longa esse qui et amphimacros] *me sat est dixisse creticum constare ex longa et brevi. ex* (*et* B.) *longa quidem* (*quidam* B.) *amphimacrus* A.B. *me sat esse* Ven. qui *esse* om. post *longa*. [l] hujusmodi] *ejusmodi* A.B. Supra *Antebacchus* Ven. [m] nati beati parens] *mariti beati paremus* A.B. [n] ex duabus longis et brevi] *ex brevi et duabus longis* A.B. Ven. [o] Baccare præcinge frontem] *lætare bacchare præsente frontone* A.B. [p] hi mihi videntur] *hoc mihi videtur* A.B.

putent [q]liberum a vinculis pedum sermonem [r]prosæ esse debere.

47 [s]Archebuleum metrum, ubi hexametro prima [t]syllaba ablata est, et ab ultima tertia, [u]et factum est tale,

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit [v]*herba.*

Restitue [w]syllabas amputatas et implebis hexametrum, sic,

Nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit [x]*in herba.*

48 Trimeter herous ex inferiore, [y]supra quod dixi, sed hoc Serenus novum [z]fecit hoc modo,

Culicellus amasio Tulle.

Hic præposita est una syllaba, nam si esset tale,

[a]*Cespius amasio Tulle;*

manifeste tres pedes essent, [b]quos habet pars posterior hexametri.

49 Galliambum [c]metrum apud Mæcenatem tale est,

[d]*Ades, inquit, o Cybebe fera montium Dea.*

Superius comma quod est,

Ades, inquit, o Cybebe,

simile est illi,

[e]*Vice veris et Favoni.*

Inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset ultimam syllabam.

50 [f]Galliambum aliud ex [g]hoc ipso facito, et ei similli-

q liberam] *liberum* A. r prosam] *sermonem prosæ* A.B. s Archebulum] *Archebuleum* A. t syllaba ablata et] *littera ablata est* A.B. *littera* item Ven. u est factum] *et factum est* A. *et ultima tertia et factum est* B. v hœdus] *herba* A.B. Ven. w syllabas] *syllabas amputatas* A.B. x et hœdus] *in herba* A.B. Ven. y quod supra dixi sed] *supra quod dixisset hoc* A.B. *supra quod* Ven. z facit hoc modo. tuli telus amisso tule. vide hic] *novum fecit hoc modo culi* (*cusi* B.) *cellus acmasio Tulle hic* A.B. a respuis amisso tule] *tale cespius amasio tulle* A. *respuis amasio* B. b quos habet pars prior] *quod habet pars posterior* A.B. *posterior* Ven. c metrum est quod apud] *metrum apud* A.B. d ades inquit o Cybelle] *t*
audes inquid o cybebae fera montium dea. Superius comma quod est ades in quid A.B. Mox *superioris similis* Ven. e veris] *vice veris* A.B. f Gallijambum] *Caliambum* A. *Calliambus* B. *Caliabrum* hic et supra Ven. g ipso factum] *hoc ipso facito* A. *hoc ipso facto et ei* B.

mum esset, [h]nisi quod ut enervatius fieret et mollius, [hh]secunda aut tertia ab ultima syllaba in duas breves geminata est, et factum tale,

[i]*Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.*

Si esset sic,

Comitum chorus [k]*volet,*

esset illi simile,

Fera montium dea.

[l]Ceterum huic metro quod enervatum diximus, simile est illud neotericum, quod est tale,

Rutilos recide crines, [m]*habitumque cape viri.*

Hoc simile est illi, de quo paullo [mm]ante disputavi, quod fuit tale,

[n]*Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.*

Septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum 51
ad [o]iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

Quid immerentibus [oo]*noces, quid invides amicis.*

Similis in Terentio versus est,

Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores.

Et in Plauto sæpius tales reperiuntur.

Octonarius est, ut Varro dicit, cum duo iambi pedes 52
iambico metro [p]præponuntur, et fit versus talis,

[q]*Pater meus dicens docendo qui docet dicit docens.*

[r]Tolle hinc primos duos iambos, et erit tale, quale illud est,

[h] nisi quod enervatius] *nisi quod ute servatibus* A. *uterervatibus fieret et mollium* B. *nisi quod ut en.* Ven. [hh] secunda aut] f. *secundo commate* Santen. Terent. Maur. p. 375. [i] latus] *lacus* A.B. [k] ulet] *volet* A.B. *ululet* Ven. [l] Cæterum quod enervatius] *ceterum huic metro quod enervatum* A.B. [m] habitum] *habitumque* A. qui mox om. *quo. habitumque caper* B. [n] latus—flagello] *lacus—et flagello* A. [mm] ante] *antea* B. et *lacus.* [o] iambicum trimetrum] *trimetrum* om. A.B. *iambum trisyllabum pes additur* Ven. [oo] *voces* Ven. et mox *remitterent.* [p] præponuntur] *opponuntur* A. *proponuntur* B. *pedi* Ven. pro *metro.* [q] Psalmos meus docens] *pater meus docens* A.B. *Psalmus* Ven. [r] Tolle huic primos duos pedes et erit talis quale illud] *tolle hinc primus duos iambos et erit tale quale illud est* A. et fere B. *versus* Ven. pro *pedes.*

Ibis Liburnis inter alta navium.

53 [s]Trimeter herous ex superiore iambico [t]fit, ut diximus, [v]sed hoc Varro ab Archilochio auctum dicit, adjuncta syllaba, et factum [w]tale,

Omnipotente parente meo.

Huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes, quos prior pars hexametri recipere [x]consuevit, [ut,

Panditur interea domus.]

54 Archilochium [trimetrum] Varro illud dicit, quod est tale,

Ex litoribus [y]*properantes navibus recedunt.*

Hic superius comma, quod est tale,

Ex litoribus properantes,

simile est [yy]illi,

Trojæ qui primus ab oris.

Inferius comma, [z]quod est tale,

Navibus recedunt,

simile est illi, quod est tale,

Machinæ carinas.

55 Dimetrum quoque, quod est ex superiore parte hexametri, [a]Archilochium una syllaba auxit et fecit [b]tale,

Vult tibi Timocles,

hoc tale est, quale in Horatio,

Arboribusque comæ,

et illud,

Arma virumque cano.

Denique detrahe ultimam syllabam, et erunt duo pedes, qui priorem hexametri [c]habent partem.

[s] trimeter heroicus] *Dimeter herous* A.B. *Dimeter* Ven. [t] fit ut] om. A.B. Ven. [v] sed hunc Varro ex] *sed hoc Varro ab* A.B. *sed hic* Ven. [w] sic] *tale* A.B. om. Ven. [x] *consuevit. Archilochium Varro illud dicit* A.B. Ven. [y] *properantes navibus recedunt. hic superius comma quod est tale. Trojæ* A.B. [yy] *illud* Ven. [z] quod est] *quod est tale* A.B. qui mox *dimetrum quoque.* [a] Archilochus] *Archilochium* A.B. [b] tale quale] *tale vult tibi Timocles hoc tale est quale* A.B. [c] partem habent] *habent partem* A.B.

Dimetrum et illud, [d]quod est ex inferiore parte hex- 56
ametri, Archilochus auxit, præposita una syllaba, imo duabus, quæ pro una sunt, et semipedem faciunt, et est tale,

Nova munera divum.

Hinc tolle semipedem, et erit,

Munera divum.

Hoc simile est illi,

Terruit urbem.

Aliud de quo dictum [e]Archilochium, ut Horatius, 57

Nivesque deducunt Jovem, nunc mare nunc sylvæ.

Hic superius comma ex principio iambici, inferius [f]ex principio hexametri est.

Plerique ita adcumularunt ut facerent talem rhyth- 58
mum,

Et mediis properas Aquilonibus [g]*ire per æquora, litus ama.*

Hic utrumque comma ex superiore parte hexametri est. Sed illud superius quod est tale,

Et mediis properas Aquilonibus,

tetrametrum [h]heroum est. Illud autem inferius, quod est tale,

Ire per æquora, litus ama,

trimetrum heroum est.

Reciprocus [hh]versus apud neotericos talis est, 59

Versu volo Liber tua prædicentur acta.
Acta prædicentur tua Liber [i]*volo versu.*

Sotadicus est ex utraque, sed durus, ut ad recursum

[d] quod ex] *et illud quod est ex* A.B. *est quod* Ven. [e] de quo dicam Archilochus ut Horatius] *de quo dictum Archilochium et horatium* A.B. *aliud* supra om. Ven. [f] ex principio hexametri. Plerique facerent] *principio naxeum herum* (*naxeum heorum* B.) *plerique ita adcumularunt* (*ut* add. B.) *facerent* A.B. Supra Ven. *hic sæpius coma ex principio iambici est.* [g] ire per altum littus ama. hic] *ire per c. per æquora litus ama hic* A.B. [h] heroicum] *heroum. est illud autem inferius quod est tale ire per æquora litus ama trimetrum heroum est reciprocus versus—talis est versus* A.B. [hh] *versus est* Ven. [i] volo. versus] *volo versu* A. *volo versum* B.

[k]posset convenire. De Sotadico jam dictum. Reciprocus [[l]versus] alter hujusmodi est,

Esse bonus si vis, [m]*cole divos optime Pansa.*
Pansa optime divos cole, si vis bonus esse.

Hic in procursu hexameter est, in recursu Sotadicus. Reciproci [n]genus mirum invenerunt otia curiosa. Nam repertum est, hexametrum [o]posse per hexametrum recurrere in illo versu,

Musa mihi [p]*causas memora, quo numine læso.*
Læso numine quo, memora [q]*causas mihi Musa.*

Reciprocum neoterici, si non fallor, novum protulerunt, [r]ut per duos versus duo alii recurrant, ut in illis versibus,

Nereides freta sic verrentes cærula tranant,
[s]*Flamine confidens ut Notus Icarium.*
Icarium Notus ut confidens flamine, tranant
Cærula verrentes sic freta Nereides.

Hic et in currentibus et recurrentibus versibus priores hexametri sunt, [t]posteriores pentametri elegiaci. Reciprocus item qui est talis,

Pio precare ture cœlestum numina,
Numina cœlestum ture precare pio.

Hic [v]decurrit iambicus, recurrit elegiacus. Sed iam-

[k] *posset ad recursum convenire. Sotadico* A.B. [l] versus] om. A.B. [m] *colere deos—optime deos* A.B. *deos* bis Ven. [n] *genus mirum inv.* A.B. [o] hexametrum posse per] *posse exameter per* A.B. [p] caussas] *causas* A. [q] caussas mihi musa] *causas musa mihi* A. [r] per duos versus] *ut per duos versus do alii recurrant* (*recurrent* B.) *ut in illis versibus* A.B. [s] Flamine fidentes per mare velivolum. Velivolum mare per fidentes flamine tranant] *flamine confidens ut notus Icarium. Icarium notus ut confidens flamine tranant. cærula confidens* Ven. qui om. *per mare—fidentes* A.B. [t] posteriores elegiaci. Reciprocus item talis est] *posteriores mentaminori elaiaci. Reciprocus item qui est* A. *posteriores mentametri eliaci* etc. B. *posteriores minori elegiacus—qui talis* Ven. [v] procurrit] *decurrit* A.B. *recurrit* Ven. *iambicus recurrit* om. B. Supra pro *numina* Sc. conj. *agmina.*

bicus [w]recipit novam syllabam ab ultima tertiam, ut possit recurrere.

Iambicus hexameter fit, cum iambo terminatur, et 60
fit talis,

Per varios semper currunt mea carmina modos.

Si proximam ultimæ syllabam producas, erit versus hexameter. [x]Dimeter ἐκ τελείου ἰάμβου est, si faciam talem: *carmina modos.* Tetrameter ἐκ τελείου ἰάμβου,

Fulmina nubibus obvia moves.

Si esset in hoc [y]verbum *torques*, esset tetrameter ex heroo. Pentameter [yy]ἐκ τελείου ἰάμβου fieri potest talis,

[z]*Undique nominibus pons indicat* [a]*iter.*

Si velis in imo *astra* ponere ubi est *iter*, facies pentametrum heroum ex inferiore.

Serenus fecit hujusmodi [b]versum, 61

Qui navigium navicula aufers Picenæ marginis acta.

Superius comma est ex anapæstico chorico, de quo supra dictum est. Nam hoc,

Qui navigium navicula aufers,

simile est illi,

Audax nimium qui freta [c]*primus.*

Inferius autem comma, quod est tale,

Picenæ marginis acta,

simile est illi,

[w] recipit post nonam syllabam intersitam ut possit] *recipit novam sillabam ad* (*ab* B.) *ultima tertiam ut posset* A.B. *tertiam* Ven. ubi infra *terminantur. Et si—per varias.* [x] Dimeter ex tali iambico. Fulmina nubibus obvia manent. Si esset in hoc verbum (torques) esset tetrameter ex heroico] *Si proximam ultimæ syllabam producas erit versus exameter. Dimeter ex teliu iambum est si faciam* (*facias* B.) *talem carmina medos. tetrameter exteliu iambu flumina nubibus obviam oves si essent* (*esset* B.) *in hoc verbo torques—heroo* A.B. [y] *verbo* Ven. [yy] ex tali iambicus] *ex teliu iambu* (*iambo* B.) A.B. [z] undique de nominibus ponis] *undique nominibus pons* A. [a] et vilis et immo astro ponere ubi est. item facies] *iter si velis in imo astra—iter facies* A. *iter sive immo astra—iter facies* B. [b] versum] *versus* B. [c] primus. inferius comma] *prius. inferius autem comma* A.B. Mox *comma quidem est talis* Ven.

Trojæ qui primus ab oris.

62 Sereni aliud tale est,

[d]*Pingere collibitum est, graphidem date, promite volarium.*

Superius comma est tetrametrum heroum, ex superiore: posterius comma est dimidium elegiaci, de quibus plenissime [e]disputatum est.

63 Sereni aliud tale,

Quod [f]*si tibi virgo fer*[*v*]*ens reseret cita claustra puerperii.*

Hic [g]si primum semipedem detrahas, erit simile proximo superiori.

64 [h]Serenus mirum comma hujusmodi fecit in his versiculis,

[i]*Visioni meo septuennis cadens.*

Dimetra hæc ex epitrito sunt, epitritus autem pes constat ex longa et brevi et duabus longis. [k]Posterior aut iambus est aut pariambus.

65 Iambico novum carmen refert [l]Varro, cujus exemplum est tale,

Pedem rhythmumque finit.

Si addas hic quæ detracta sunt [ll]ex iambico, eundem iambicum supplebis sic,

Pedem rhythmumque finit alta navium.

Potest hoc comma tale esse, [m]quale illud,

[*Nam si remittent quippiam*] *Philumenæ dolores.*

[d] Pingere calumbicum est graphidem dare pentenolata] *pingere collibitum* (*conlibitum* B.) *est graphidem date promite* (*promit te* B.) *volarium* A. [e] et disputatum] *disputatum est* A. *dispotatum est* B. [f] si virgo] *si tibi virgo* A. *si qui virgo* B. qui *cita* pro *curat.* [g] si unum] *simum* A. *si primum* B. *sūmum* Ven. ubi *syllabæ* pro *simili.* [h] Serenus comma] *Serenus mirum comma* A. *Serenus primum comma* B. [i] insonito septenarius cadens] *visioni* (*usioni* B.) *meo* (*meos* B.) *septuenis cadens. hæc d.* A.B. Scioppius Susp. Lectt. p. 303. "Legi forte possit, *Pusioni meo*, in altero, *Septuennis cadus*, vel *Septuennes cadunt.*" [k] posterior est ut iambus periambus] *posteriores aut iambus est aut pariambus* A.B. *p. e. u. i. aut pariambus* Ven. [l] Varro. Exemplum] *Varro cujus exemplum* A.B. [ll] et iambo—iambicum] *ex iambo—iambique* B. *ex iambico* A. [m] *quale illud Philumene dolores* A.B.

[o]quod est ex iambico septenario. Et [p]illud hinc est comma, quod Arbiter fecit tale,

Anus recocta vino, trementibus labellis.

CAP. XXXV. DE METRIS HORATIANIS.

Metra etiam, quæ Horatii corpus continet, quod Carminum inscribitur, necessario [q]compendiosa diligentia inserere studuimus. [r]Sane attendendum hoc fuit, ut scires in omni metro vel maxime lyrico, novissimas versuum syllabas, sive longæ, sive breves naturaliter fuerint, indifferenter ex consuetudine omnium poni, ne te moveat, cum aut longam pro brevi, [s]aut brevem [t]pro longa positam repereris.

Prima ode metrum Asclepiadeum habet,

[v]*Mæcenas atavis edite regibus.*

Scanditur vero sic, et dicitur πενθημιμερὴς, spondeus, dactylus, semipes, dactyli duo,

Mæce|nas ata|vis| edite| regibus.

Alii sic scandunt, [w]spondeus, choriambi duo, pyrrhichius,

Mæce|nas atavis| edite re|gibus.

Hoc metrum ab elegiaco tractum est, una syllaba detracta, quam si reddideris, vel in secunda, vel in tertia ab ultima syllaba, erit versus elegiacus, sic,

Mæcenas atavis edite [x]*remigibus.*

Item si hujus novissimam syllabam dempseris, erit hendecasyllabum [y]Phalecium.

[o] quod ex] *quod est ex* A. [p] illud est comma quod] *illud hinc est comma quo* B. [q] compendiosa diligentia] *compendiora diligentius* A. [r] sane] *sana* B. [s] *aut brevem pro longa* B. Mox *reperis* Ven. [t] pro longa positam repereris] *pro longam positam coeperis invenis* A. [v] Mæcenas—regibus] om. A. Supra *Primæ ode post metrum* Ven. qui tum *habent* et om. *Mecænas—regibus.* Idem infra *penthemimeris.* [w] spondeus, choriambi duo] *spondius choriambus* A. infra *tracta* Ven. pro *detracta.* [x] remigibus] *regibus* A. Ven. [y] Phalecium] *Phaleuticum* Ven.

2 Secunda ode, [y]δίκωλος, metro Sapphico, quod est pentametrum hendecasyllabum, scripta est, et sunt ejus [z]tres versus pares. Recipiunt autem singuli quattuor hos pedes binarum syllabarum, trochæum, spondeum, trochæum, iambum, [a]et ultimum trisyllabum bacchium, et scanditur sic,

Jam sa|tis ter|ris ni vis at que diræ.

Quartus qui brevis est, recipit στροφὴν et κῶλον, et [b]δακτυλικὴ διποδία appellatur, et scanditur sic, dactylus, spondeus,

Terruit| [c]urbem.

Aliis vero hoc metrum his pedibus placuit constare, [d]hippio secundo et choriambo et bacchio, et feritur sic,

Jam satis ter|ræ nivis at|que diræ.

Hoc metrum catalecticum est, quoniam illi syllaba [e]deest, quo minus possit [f]ter feriri κατὰ διποδίαν.

3 Tertia ode, δίκωλος, Horatianum metrum habet, cujus prior [g]versus constat ex Glyconio, et recipit tres pedes, spondeum, choriambum [h]et iambum,

Sic te| diva potens| Cypri.

Alter vero [i]Asclepiadeum habet et πενθημιμερής appellatur, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus, sic,

Sic fra|tres Hele næ| lucida| sydera.

4 Quarta ode, δίκωλος, [k]metrum ithyphallicum habet,

[y] δίκωλος] *tracolos* A. [z] versus tres] *tres versus* A. [a] et trisyllabum] *et ultimum trisyllabum* A. paullo ante *trochæum* om. Ven. [b] δακτυλικὴ διποδία] *et dactylicus dipodias* A. *et darilicas dipodias* Ven. [c] urbem] *orbem* A. [d] epitrito secundo] *hippio secundo* A. Ven. [e] deest] *est* A. Ven. [f] referiri] *retiferiri* A. *rei fieri* Ven. *ter feriri* Sc. [g] versus glyconius] *versus constat ex glyconio et* A. *versus cum ex glotino* Ven. [h] et iambum] *et* om. A. [i] Asclepiadeus et πενθημιμερὴς] *Asclepiadeum habet et penthememeres* A. *asclepiadeum habet et penthemimeris* Ven. [k] metrum phalecum] *metrum ithi fallicum* A. *metrum plauticum* Ven.

et constat prior versus [k]tetrametro heroo arctico et ex tribus trochæis, sic, dactylus, dactylus, spondeus, dactylus, [l]trochæi tres, sic,

Solvitur| acris hy|ems gra|ta vice| veris| et Fa|voni.

Alter vero ex penthemimere [m]iambica et tribus trochæis, sic,

Trahunt|que sic|cas| machi|næ ca|rinas.

Quinta ode, [n]τρίκωλος, Horatianum metrum habet, et per quaternos versus scanditur. Nam ex [o]duobus primis Asclepiadeis, et tertio Pherecratio, et quarto Glyconico constat. [p]Asclepiadeum scanditur, ut supra diximus, ([q]nam duæ πενθημιμερεῖς et duæ διποδίαι sunt δακτυλικαὶ,) sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus,

Quis mul|ta graci|lis| te puer| in rosa.

Sic et secundus. Pherecratium autem est trimetrum heroicum, spondeus, dactylus, spondeus,

Grato| Pyrrha sub| antro.

Item [qq]Glyconicum, ex spondeo et choriambo et iambo, sic,

Cui fla|vam religas| [r]comam.

Sexta ode, [rr]δίκωλος, metrum Horatianum habet. Constat autem ex tribus versibus Asclepiadeis, de quibus supra diximus sic,

Scribe|ris Vari|o| fortis et| hostium:

et quarto Glyconico. Constat autem ex [s]spondeo et choriambo et iambo, sic,

Miles| te duce ges|serit.

[k] tetrametro heroico] *exametro heroo arctico* A. *hexametro heroico* Ven. [l] *spondei* Ven. [m] iambica] *iambico* A. [n] τρίκωλος] *tetracolos* A. Ven. [o] duobus] *duabus primis* A. [p] Asclepiadeum scanditur] *Asclepiadei scanduntur* A. [q] nam duæ] *nam duo* A. Ven. [qq] Glyconicum] *glyconium* Ven. [r] *cominam* Ven. [rr] δίκωλος metrum Horatianum habet] *tetracolos horatianum habet* A. Ven. [s] spondeo et choriambo pyrrichio] *ex spondio et choriambo et iambo* A.

Alii vero κατὰ τριποδίαν δακτυλικὴν scandunt sic, spondeus, dactylus, dactylus,

Miles| te duce| gesserit.

7 Septima ode, δίκωλος, metrum Archilochium habet, quod constat hexametro heroico, [t]et tetrametro, item heroico arctico unius, sic, spondeus, dactylus, spondeus, dactylus, dactylus, spondeus,

Lauda|bunt ali|i cla|ram Rhodon| aut Mity|lenen.

Alter vero sic, dactylus, dactylus, dactylus, spondeus,

Aut Ephe|sum bima|risve Co|rinthi.

8 Octava ode, δίκωλος, metrum habet Anacreonteum et Alcaicum. Scanditur vero sic. [v]Anacreonteum, ex choriambo et bacchio, interdum et [w]anapæsto,

Lydia dic| per omnes.

Item Alcaicum constat ex hippio [[x]seu epitrito] secundo, et duobus choriambis, et bacchio sic,

[y]*Hoc deos ve|re Sybarin| cur properes| amando.*

9 [z]Nona ode metrum Alcaicum habet, et scanditur per quaternos versus. [a]Nam duos [Alcaicos] καταληκτικοὺς, tertium ὑπερκαταληκτικὸν habet. Καταληκτικοὶ scan-

[t] et tetrametro, sic spondeus, dactylus, spondeus, dactylus, dactylus, spondeus] *et tetrametro. Item heroico arctico unius sic: spondeus, dactylus, dactylus, spondeus* A. *hexameter heroico et tetrametro. Item heroico et tetrametro. Item heroico aretico unus sic* etc. Ven. [v] anacreontium] *anacreonteum* A. et sic mox. [w] anapæsto] *et anapæsto* A. Ven. [x] seu epitrito] om. A. *sero* Ven. [y] Te deos oro] *Hoc deos vere* A. [z] nona ὰδὴ τρίκωλος metro constat Hora. et] *Nona ode metrum Alcaicum habet et A. metrum alchaicum c. H.* Ven. [a] nam duos alcaicos ἀκαταληκτικοὺς, tertium ὑπερκαταληκτικὸν, quartum Pindaricum habet, ἀκαταλήκτικοὶ scanduntur sic, epitritus tertius sive etiam dijambus, ionicus ἀπὸ μείσους dactylus, Vides ut alta stet nive candidum, ὑπερκαταληκτικὸς sic, epitritus tertius bis, semipes. Sylvæ laborantes geluque Quartus sic, dactylus, choriambus, bacchius, Flumina constiterint acuto] *nam duos catalecticos tertium ypercatalecticum habet. cathalectici scanduntur sic. hippius tertius ionicos apo mizonos et semipes silvæ laborantes geluque. quartus sic choriambus peontcius. flumina constiterint cauto* A. *nati duos catelecticos* Ven. qui om. *quartum pindaricum.* mox idem *catalectici scanditur sic hippius tertius ionicus a. μ. et semipedes.*

duntur sic, hippius tertius, [sive etiam diiambus,] ionicus ἀπὸ μείζονος, dactylus,

Vides ut al|ta stet nive| candidum.

Ὑπερκαταληκτικὸς sic, epitritus tertius bis, semipes,

Sylvæ labo|rantes gelu|que.

Quartus sic, dactylus, choriambus, bacchius,

Flumina| constiterint| acuto.

Hoc metrum ab Horatio compositum, alio genere scanditur, quod constat [b]ex tribus Alcaicis. Primus et secundus versus ex penthemimere constat iambico et duobus dactylis: tertius ex epitritis tertiis duobus et syllaba: quartus ex dimetro [c]heroo, et dimetro trochaico.

Decima ode, [d]δίκωλος, Sapphicum metrum hendeca- 10
syllabum habet, et per quaternos [e]versus scanditur. Et habet tres similes, ex quibus unus constat ex epitrito secundo, choriambo, et bacchio, sic,

Mercuri fa|cunde nepos| Atlantis.

In hunc modum sunt sequentes duo versus. [f]Versu quarto recipit strophen heroicen telicen dimetron, sic, dactylus, spondeus,

More pa|lestræ.

Undecima ode Phalæcium metrum habet, et constat 11
versibus, qui [g]scanduntur sic, spondeus, dactylus, [h]semipes, dactylus, semipes, duo dactyli,

[b] ex duobus alcaicis, primus et secundus versus ac penthemimere iambica et duobus dactylis] *ex tribus alcaicis primus et secundus et secundus verbus ex pentememeres constat iambico et duobus dactylis. tertius ex epitritis tertiis duobus* A. *ex tribus—constat iambico* Ven. [c] et heroico] *heroo* A. [d] δίκωλος] *tetracolos* A. Ven. [e] versus procurrit. Tribus prioribus scanditur trochæo spondeo trochæo iambo et bacchio sic] *versus scanditur et habet tres similes ex quibus unus constat ex duobus choriambis et bacchio sic* A. *procurrit—prioribus* et *trochæo—iambo* om. Ven. [f] Quarto recipit strophen, vel nicen celicon climeteon] *versu quarto recepit strophen heroicen telicen dimetron* A. [g] sic scanduntur] *scanduntur sic* A. Ven. Supra *phaleutium* Ven. [h] spondeus dactylus semipes dactylus semipes duo

Tu ne| quæsie|ris| scire ne| fas| [i]quem mihi| quem tibi.

12 Duodecima ode, [j]δίκωλος, Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Quem vi|rum aut he|roa| lyra| vel acri.

13 Tertia decima ode Asclepiadeum metrum habet, et per binos versus scanditur. Alter penthemimeres appellatur, spondeus, dactyli duo,

Cum tu| Lydia| [k]Telephi.

[Alter ut prima ode scanditur.]

14 Quarta decima ode Asclepiadeum metrum habet, et per quaternos versus scanditur, [l]duo, qui πενθημιμερεῖς appellantur, [m]et duo qui διποδίαι δακτυλικαὶ dicuntur, sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus,

O na|vis refe|rent| in mare| te novi.

15 [n]Quinta decima ode idem metrum habet, et per quaternos versus scanditur, sed tres πενθημιμερεῖς, unum qui tripodia dactylice appellatur, spondeus, dactylus, semipes, [o]dactyli duo,

Pastor| cum trahe|ret| per freta| navibus.

16 Sexta decima ode Alcaicum metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur sic, hippius tertius, [p]semipes, choriambus, iambus,

O matre pul|chra| filia pul|chrior.

[q]Alii sic scandunt ex Alcaicis tribus, et constat unus ex penthemimere [r]iambica, et dimetro heroo. Eodem modo [s]et alter. Tertius vero ex duobus epitritis ter-

dactyli] *semipes dactylus semipes dactylus* A. *dactylus semipes duo dactyli* om. Ven. [i] quem tibi XII ode δίκωλος] *quem mihi duodecima ode tetracholon* A. [j] *tetracolos* Ven. [k] *telephi. quarta decima ode asclepiadeum metrum habet* A. Ven. [l] duos] *duo* A. [m] et duos qui διποδίαι δακτυλικαὶ differenter] *et duo qui tripodia dactylici dicuntur* A. et fere Ven. [n] Cætera ut quinta] om. A. Ven. [o] *dactylus cum pastor* A. [p] semipes choriambus iambus] *choriambus badiius* A. [q] Aliter sic scanditur] *alii sic scandunt* A. *alii sic scanduntur* Ven. [r] iambica et dimetro heroico] *iambico et dimetro heroo* A. [s] et alter] *ex alter* A.

tiis et una syllaba. Quartus, qui strophen claudit, constat ex dimetro heroico et dimetro trochaico.

Septima decima ode supradictum metrum habet, et 17
similiter utroque genere scanditur,

Velox amœ|num| [t]sæpe Lucre|tilem.

Octava decima ode Sapphicum heccedecasyllabum 18
metrum habet, quod constat spondeo, et tribus choriambis, et pyrrhichio,

Nullam| Vare sacra| vite prius| severis ar|borem.

Nona decima ode Horatianum metrum habet, et 19
constat ex Glyconio et Asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuticæ Virgilii. Alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres,

Mater| sæva Cu|pidinum.

Vicesima ode Sapphicum metrum habet, quod ut 20
supra diximus, scanditur,

Vile| pota|bis mo|dicis| Sabinum.

Vicesima prima ode Horatianum metrum habet, et 21
per quaternos versus scanditur, quorum duo constant ex Asclepiadeis, tertius Pherecratio, quartus Glyconio. Alii vero sic scandunt, [u]duæ penthemimeres, et duæ tripodiæ dactylicæ,

[t] *Sæpe lucretilem. Octaba decima ode Sapphicum ei eccedecasyllabum habet quod constat spondio et tribus choriambis et pyrrichio nulla mvare sacra vite prius severis arborem. Nonadecima ode horatianum metrum habet et constat ex glyconio easclepiadeo quod supra scribtum est in egloga prose utice Vergilii (in ægloga proseutice Virgilii* Ven.) *alio autem genere scanditur per binos versus quorum unus est tripodia dactylica alter penthememeres mater sæva cupidinum. Vigesima ode Sapphicum metrum habet quod ut supradiximus scanditur vile potavis modicis Savino. Vicesima prima ode horatianum metrum habet et per quaternus versus scanditur querum duo constat ex asclepiadeis tertius ferecratio. quartus glyconio alii vero sic scandunt duo penthememeres et duo trepodia dactylice dianam tenere dicite virgines. Vicesima secunda ode idem metrum habet et simili modo dupliciter scanditur, vitat inuleo me similis chloe. Vicesima tertia ode idem metrum habet et per quaternus versus scanditur. sed tres pentememeres unum qui tripoli—quæ glyconio* A. *Sapphicum endecasyllabum* Ven. [u] *duo* Ven.

Dia|nam tene|ræ| dicite| virgines.

22 Vicesima secunda ode idem metrum habet, et simili modo dupliciter scanditur,

Vitas| hinnule|o| me simi|lis Chloë.

23 Vicesima tertia ode idem metrum habet, et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice dicitur, qui Glyconio metro constat,

Quis de| sideri|o| sit pudor| aut modus.

24 Vicesima quarta ode, Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Musis ami|cus tristiti|am et metus.

25 Vicesima quinta ode idem metrum habet, et similiter scanditur,

Natis in u|sum lætiti|æ scyphis.

26 Vicesima sexta ode hexametro et tetrametro [v]dactylis constat,

Te maris| et terr|æ numc roque ca|rentis ha renæ &c.

27 Vicesima septima ode [w]Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

[x]*O Ve|nus re|gina Gnidi| Paphique.*

28 Vicesima octava ode metrum [y]Alcaicum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

[z]*Quid dedica|tum| poscit A|pollinem.*

29 Vicesima nona ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Posci|mur si| quid va|cui| sub umbra.

30 Tricesima ode, Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur.

[v] dactylis] *dactylicis* A. [w] Sapphicum] *Alcaicum* A. [x] o Venus —paphique] *Icci beatis nunc arabum vides* A. [y] Alcaicum] *Sapphicum* A. [z] quid dedicatum etc.] *O venus regina gnidis baphique. Vicesima nona ode Alcaicum metrum habet. scanditur quid dedicatum poscit Apollinem. tricesima ode sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur. poscimus si quid vacui sub umbra. Tricesima prima ode asclepiadeum* A.

Posci|mus si| quid va|cui| sub umbra.

Tricesima prima ode Asclepiadeum metrum habet 31
et per quaternos versus scanditur, ex quibus tres pen-
themimeres, quartus tripodia [a]dactylica appellatur,

Albi|ne dole|as| plus nimi|o memor.

Tricesima secunda ode [b]Alcaicum metrum habet, 32
quod, ut supra diximus, [c]scanditur,

Parcus Deo|rum cultor et| infrequens.

Tricesima tertia ode [d]Asclepiadeum metrum habet, 33
[e]et per binos versus scanditur, ex quibus unus tripodia
dactylice, alter penthemimeres appellatur,

Et thure| et fidi|bus [i]juvat.

Tricesima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod, 34
ut supra diximus scanditur,

Nunc est biben|dum| nunc pede| libero.

Tricesima quinta ode Sapphicum metrum habet, 35
quod, ut supra diximus, scanditur,

Persi|cos o|di pu|er ap|paratus.

CAP. XXXVI. ΩΔΑΙ [g]LIBRI SECUNDI.

Prima ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra
diximus, scanditur,

Motum ex Metel|lo consule| [h]civicum.

Secunda ode Sapphicum metrum habet, quod, ut 2
supra diximus, scanditur,

[i]*Nullus| argen|to co|lor est| avaris.*

Tertia ode metrum Alcaicum, constat ex penthemi- 3
mere iambica, et duobus dactylis,

Æquam| memen|to| rebus in|arduis.

Quarta ode Sapphicum metrum habet, quod ut su- 4
pra diximus, scanditur,

[a] appellatur] *dactilyca appellatur* A. [b] Asclepiadeum] *Alcaicum* A. [c] scanditur] om. A. [d] Alcaicum] *Asclepiadeum* A. [e] per binos] *et per binos* A. [f] juvat] *ibat* A. [g] Ὠδαὶ libri secundi] *Explicit liber primus incipit liber secundus* A. [h] civium] *civicum* A. [i] nullus—dactylis om. A.

Ne sit| ancil|læ ti|bi amor| [k]pudori.

5 Quinta ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Septi|mi Ga|des a|ditu|re [l]mecum.

6 Sexta ode [m]Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Nondum suba|cta ferre ju|gum [n]valet.

7 Septima ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

O sæpe me|cum tempus in|ultimum.

8 Octava ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Ulla| si [o]ju|ris ti|bi pe|jerati.

9 Nona ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Non semper [p]im|bres nubibus| hispidos.

10 Decima ode [pp]Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Recti|us vi|ves Li|cini| neque altum.

11 Undecima ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

[q]*Quid bellico|sus Cantaber| et Scythes.*

12 Duodecima ode Asclepiadeum metrum [r]habet, quod, per quattuor versus scanditur. Nam tres πενθημιμερεῖς, quartus tripodia dactylice appellatur,

[s]*Nolis| longa fe|ræ| bella Nu|mantiæ.*

13 Decima tertia ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Ille et nefas|to te posu|it die.

[k] pudori] *pudoris* A. [l] mecum] *mecum et to* A. [m] Alcaicum] *Sapphicum* A. Ven. [n] valet] *volet* A. [o] juris—pejerati] *jure—pejerat* A. [p] imbre nivibus] *imbre nubibus* A. [pp] *Alcaicum* Ven. [q] Quid bellicosos cantaber et schytes] *qui bellicosus cantaber et scyches* A. [r] habet quod per] *abet et per* A. [s] Nolis longa seræ bella numantiæ] *noli solis longa fere bellanus muntiæ* A.

Decima quarta ode hoc idem metrum habet, quod, 14
ut supra diximus, similiter scanditur,

[t]*Eheu fuga|ces Posthume| Posthume.*

Decima quinta ode Sapphicum metrum [v] hoc habet, 15
et similiter superioribus scanditur,

[w]*Oti|um di|vos ro|gat in|patenti.*

Decima sexta ode habet metrum Alcaicum, quod 16
similiter supradictis scanditur,

Cur me quere|lis [x]exani|mas tuis.

Decima septima ode metrum habet quod ab Hora- 17
tio compositum dicitur, et per binos versus scanditur, ex quibus unus trochaicus trimeter appellatur; alter pentameter iambicus [[y]hypercatalecticus] dicitur; sed [z]uterque una syllaba pedem postremum debet habere longiorem. [a]Scanditur autem sic,

Non e|bur ne|que aure|um.

Item iambicus sic,

Mea| reni|det in|domo| lacu|nar.

[b]accedente scilicet iambico lege, quam referemus in ἐπωδῶν libro, cum iambicos versus cœperimus exponere.

Decima octava ode Alcaicum metrum habet, quod 18
Alcaici [c]supradicti modo scanditur,

Bacchum in remo|tis carmina| rupibus.

Decima nona ode Alcaicum metrum habet, quod, 19
ut supra diximus, [d]scanditur sic,

Non usita|ta nec tenu|i ferar.

[t] Heu heu fugaces Posthume Posthume] *Eheu fugaces Postume* A. [v] habet] *hoc habet* A. [w] ocium dives rogat] *otium divos vocaret* A. [x] exanimas tuis] *exanimas tunc* A. [y] hypercatalecticus] om. A. *una syllaba* Ven. [z] uterque pedem postremum] *uterque unam syllabam pedem* A. [a] Scanditur] *Scanduntur* A. [b] Accedente—iambica] *accedente—iambico* A. [c] supradicti modo] *modo supradictos* A. [d] *scanditur novus ita ta nec tenui feras* A.

CAP. XXXVII. [d]ΩΔΑΙ TERTII LIBRI.

Prima ode Alcaicum metrum habet, quod similiter scanditur,

Odi profa|num vulgus et| arceo.

2 Secunda ode Asclepiadeum metrum habet [e]et per quaternos versus scanditur. Nam [f]duæ penthemimeres, [g]duæ tripodiæ dactylicæ, insunt.

Quid fles| [h]Asteri|e| quem tibi| candida.

3 Tertia ode, Sapphicum,

Marti|is cœ|lebs quid| agam| calendis.

4 Quarta ode Asclepiadeum metrum habet, et per binos versus scanditur. Nam unus [i]tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

Donec| gratus e|ram tibi.

5 Quinta ode Asclepiadeum metrum habet, et per quaternos versus scanditur. Nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice,

Extre|mum Tana|in| si bibe|res Lyce.

6 Sexta ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Mercu|ri nam| te do|cilis| magistro.

7 Septima ode ionicum metrum habet, et per singulos versus scanditur,

Miserarum est ne|que amori| dare ludum.

Omnes tres pedes ionici sunt, qui [k]ἀπ' ἐλάττονος appellantur.

8 Octava ode Asclepiadeum metrum habet, et per quaternos versus scanditur. Nam [l]duæ penthemimeres, et duæ tripodiæ dactylicæ insunt,

[d] Ὧδαι Tertii libri] *Expl. lib. II. incipit lib. tertius* A. [e] *et* om. Ven. [f] duæ] *duo* A. Ven. [g] duæ dipodiæ] *duo dipodia* A. *duo dipodio* Ven. [h] asterie quem tibi candidi] *Asteri quen tibi candida* A. qui om. *Sapphicum—ode.* [i] dipodia] *tripodia* A. Ven. et mox v. 14. [k] ἀπ' ἐλάττονος] *apomizonos* A. Ven. [l] duæ penthememeres et duæ dipodiæ dactylicæ insunt] *duo pentheme-meres duo tripodiu dactyli cenisunt* A. et fere Ven.

O fons| *Blandusi*|*æ*| *splendidi*|*or* [m]*vitro.*

Nona ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra 9
diximus, scanditur,

[y]*Hercu*|*lis ri*|*tu mo*|*do di*|*ctus* [o]*o plebs.*

Decima ode Asclepiadeum metrum habet, et per 10
binos versus scanditur. Nam unus [p]tripodia dactylice,
alter πενθημιμερὴς inest,

Uxor| *pauperis*| *Ibyci.*

Undecima ode Asclepiadeum metrum habet, et per 11
quaternos versus scanditur. Nam tres πενθημιμερεῖς,
quartus tripodia dactylice inest,

Inclu|*sam Dana*|*en*| *turris* [q]*a*|*henea.*

Duodecima ode Alcaicum metrum habet, quod, ut 12
supra diximus, scanditur,

[r]*Aeli vetu*|*sto nobilis*| *ab Lamo.*

Decima tertia ode Sapphicum metrum habet, quod, 13
ut supra [s]diximus, scanditur,

Faune| *Nympha*|*rum* [t]*fu*|*gien*|*tum amator.*

Decima quarta ode Asclepiadeum metrum habet, et 14
per binos versus scanditur. Nam prior [v]tripodia dac-
tylica, sequens πενθημιμερὴς inest,

Quantum| [w]*distet ab*| *Inacho.*

Decima quinta ode Sapphicum metrum habet, quod 15
ut supra diximus, scanditur,

Non vi|*des* [x]*quan*|*to mo*|*veas*| *periclo.*

Decima sexta ode Alcaicum metrum habet, quod, ut 16
supra diximus, scanditur,

O [y]*nate me*|*cum consule*| *Manlio.*

[m] vitro] *vitror* A. qui mox om. *habet.* [n] Herculis] *Hercule* A.
[o] o plebs] *os spes* A. [p] διποδία] *tripodia* A. *unius tripodia* Ven.
[q] ahenea] *amaeneas* A. [r] Aeli] *Veli* A. *heli* Ven. [s] scanditur] *diximus scanditur* A. [t] fugientum amator] *fugien amatur* A. *fugientium amater* Ven. [v] dipodia] *tripodia* A. Ven. [w] distat ab Inacho] *distet ab iacco.* A. [x] quanto moveas periculo] *quantu moveas periclo* A. [y] nata—Manlio] *nate—mallio* A. Ven.

17 Decima septima ode Sapphicum metrum habet, [z]quod, ut supra diximus, scanditur,

Monti|um cu|stos ne|morum|que virgo.

18 Decima octava ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Cælo supi|nas si tule|ris manus.

19 Decima nona ode Asclepiadeum metrum habet, et per binos versus scanditur. Nam unus [a]tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

[b]*In ta|ctis opu|lentior.*

20 Vicesima ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Quo me| Bacche ra|pis tui.

21 Vicesima prima ode Alcaicum metrum habet, [c]quod, ut supra diximus, scanditur,

Vixi puel|lis nuper i|doneus.

22 Vicesima secunda ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Impi|os par|ræ re|cinen|tis omen.

23 Vicesima tertia ode [d]Asclepiadeum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur. Nam unus [e]tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

Festo| quid poti|us die.

24 Vicesima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

[f]*Tyrrhena re|gum progeni|es tibi.*

25 Vicesima quinta ode Asclepiadeum metrum habet, quod singulis versibus scanditur, [g]penthemimeres appellatur,

[h]*Exe|gi moni|men|tum ære pe|rennius.*

[z] *quod ut supra diximus scanditur* A. [a] dipodia] *tripodia* A. Ven. [b] *in tantis opulentior. undecima ode* A. [c] de quo supra dictum est et] *quod ut supra diximus* A. [d] Sapphicum] *Asclepiadeum* A. [e] dipodia] *tripodia* A. *trispodia* Ven. [f] Tyrrhena] *Helena* A. [g] penthemimeres] *Qui penthememeres* A. [h] Exegi] *Exedi* A.

CAP. XXXVIII. [i]ΩΔΑΙ LIB. QUARTI.

Prima ode Asclepiadeum [k]metrum habet, et per binos versus scanditur. Nam primus [l]tripodia dactylice, alter penthemimeres inest,

Inter|missa Ve|nus diu.

Secunda ode Sapphicum metrum habet, quod, ut 2
supra diximus, scanditur,

Pinda|rum quis|quis [m]stu|det æ|mulari.

Tertia ode Asclepiadeum metrum habet, [n]et per 3
duos versus, quorum alter tripodia, alter penthemimeres, scanditur,

Quem tu| Melpome|ne semel.

Quarta ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra 4
diximus, scanditur,

Qualem mini|strum [o]fulminis| alitem.

Quinta ode Asclepiadeum metrum habet, et per 5
quaternos versus scanditur. Tres [p]enim penthemimeres, quartus [q]tripodia dactylice inest,

Divis| orte [r]bo|nis| optime| Romule.

Sexta ode Sapphicum metrum habet, quod, ut supra 6
diximus, scanditur,

Dive| quem pro|les Ni|obæ|a magne.

Septima ode Asclepiadeum metrum habet, [[t]quod ut 7
supra diximus.] et per binos versus scanditur, ex quibus unus hexameter,

Diffu|gere ni|ves rede|unt jam| gramina| campis.

[v]Alter dipodia dactylica et semipes.

[i] Ωδαι libri quarti] *Expl. liber* III. *Incipit liber* IIII. [k] carmen] *metrum* A. mox om. *versus.* [l] dipodia dactylice] *tripodia dactilyce sunt* $\overline{qm}$ A. *tripodia dactylice sunt quoniam penth.* Ven. [m] studet æmulari] *studeat temulari* A. [n] et per duos versus quorum alter dipodia alter penth.] *et per duos pedes tripodia et penthememeres scanditur. quem tum* A. et fere Ven. qui *virum tetigeris* pro *Melpomene.* [o] fulminis] *fluminis alitem* A. [p] *enim* om. A. Ven. [q] dipodia] *tripodian* A. Ven. [r] bonis] *bonus* A. [s] *divis que prolis nibea magne* A. [t] *quod ut supra diximus* om. A. [v] alterum dipodia dactylica] *alter tripodia dactylice* A. *tripodia* Ven.

Arbori|busque co|mæ.

8 Octava ode [v]Asclepiadeum metrum habet, et per singulos versus penthemimeres scanditur,

Dona|rem pate|ras| grataque| commodus.

9 Nona ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Ne forte cre|das interi|tura quæ.

10 Decima ode [w]Phalecium metrum habet, et per singulos versus scanditur,

O cru|delis adhuc| et Veneris| muneribus| potens.

11 Undecima ode Sapphicum metrum habet, quod ut supra diximus, scanditur,

[x]*Est mi|hi no|num su|peran|tis annum.*

12 Duodecima ode Asclepiadeum metrum habet, et per quaternos versus, tribus penthemimeres, [y]quarto tripodia dactylice scanditur,

Jam ve|ris comi|tes| quæ mare| temperant.

13 Decima tertia ode hoc idem metrum habet, et per quaternos versus scanditur, [z]duo penthemimeres, duo tripodian dactylicen habent,

Audi|vere Ly|ce|dii mea| vota dii.

14 Decima quarta ode Alcaicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Quæ cura pa|trum quæve Qui|ritium.

15 Decima quinta ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Phœbus volen|tem| prælia| me loqui.

[v] Phalecium] *Asclepiadeum* A. Ven. [w] *Asclepiadeum* Ven. [x] nonum superantis annum] *nonus sperantes anno* A. [y] quarto dipodia] *quarta tripodia* A. [z] duo penthemimeres, duo dipodian dactylicen] *duos penthememeres duos tripodian dactylici* A. *duos tripodian* Ven.

CAP. XXXIX. ΩΔΑΙ [a]LIBRI QUINTI QUI EPODON INSCRIBITUR.

Prima ode iambicum metrum habet et per binos versus scanditur. Nam unus iambicus hexameter, vel trimeter, [b]si compositis eum vel quadratis versibus scandas, dicitur; alter tetrameter, [c]si simplicius, dimeter, [d]si compositis rebus scanditur. Ut hexametrum facias, sic scandas,

Ibis| Libur|nis in|ter al|ta na|vium.

Ante omnia tamen meminisse debemus vitium non esse in ejusmodi versibus, si primus pes, tertius, et quintus spondei inter ceteros iambos [e]occurrerint, aliquando aliqui ex tribus, aliquando nullus; et erit sincerus iambicus, non quod ita appellatur, sed utique sine alienis pedibus, id est, sine spondeis in secundo aut quarto et sexto pedibus. Si quando spondei [[f]aliis locis] inveniuntur, vitiosum versum pronuntiabimus. Hoc et in tetrametro observabimus, ut primum pedem et tertium, spondeum, si quando occurrerit, recipiamus, secundum et quartum iambos reservemus.

Secunda ode hoc idem metrum habet, et similiter 2
scanditur,

Bea|tus il|le qui| procul| nego|tiis.

Tertia ode hoc idem metrum habet, et similiter 3
scanditur,

Paren|tis o|lim si|quis im|pia| manu.

Quarta ode hoc idem metrum habet, et similiter 4
scanditur,

At o|deo|rum [ff]quid|quid in|cælo| regit.

[a] Ωδαὶ libri quinti qui epodon inscribitur] *Expl. liber* IIII. *Incipit lib.* v. A. [b] si cum compositis vel] *si compositis eum vel* A. [c] si cum simplicibus] *si simplicius* A. *cum* om. Ven. [d] si cum compositis versibus] *si compositis rebus* A. Ven. [e] occurrent] *occurrerint* A. Idem mox *nam quod.* [f] *spondivi inveniuntur* A. *aliis locis* om. Ven. [ff] quisquis in cœlo regis] *quid in celo regit* A.

5 Quinta ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Quid im|meren|tes hos|pites| vexas| canis.

6 Sexta ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Quo quo| sceles|ti rui|tis aut| cur dex|teris.

7 Septima ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Roga|re lon|go pu|tidam|te se|culo.

8 Octava ode hoc idem metrum habet, et similiter [g]scanditur,

Quando| repos|tum Cæ|cubum ad| festas|dapes.

9 Nona ode hoc idem metrum habet, et similiter scanditur,

Mala|solu|ta na|vis ex|it a|lite.

10 Decima ode hoc [h]ipsum genus metri habet, quod ab Horatio compositum est, et per binos versus scanditur. Nam primus hexameter vel trimeter iambicus est,

Pecti|nihil|me si|cut an|tea| [i]juvat.

Alter ex duobus hexametris dactylico et iambico componitur. Nam de dactylico duos pedes et semipedem habet, de iambico [j]simplices quattuor, vel compositos duos. Scanditur autem sic,

Scribere| versicu|los| amo|re per|cussum| gravi.

11 Undecima ode [k]Asclepiadeum habet, et per binos versus scanditur, nam unum hexametrum, alterum tetrametrum dactylicos habet,

[g] *scanditur, quando repostum cecugum ad fectas dapes. Nona ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur. mala soluta navis ae excita ale. decima ode genus metri habet quod ab horatio conpositum dicitur et* A. [h] *ipsum* om. Ven. [i] juvat] *jubat* A. [j] simplices] *similes* A. Ven. Mox *percussum* Ven. [k] asclepiadeum] *asclepiadeum metrum* A. *Archilocheum* Frank. de Callino p. 35.

Quid tibi| vis muli|er ni|gris [k] *di|gnissima| barris.*

Duodecima ode metrum habet,[l] quod ab Horatio 12
compositum dicitur, et per binos versus scanditur, ex quibus unus hexameter heroicus est,

Horrida| tempe|stas cæ|lum con|traxit et|imbres.

Alter ex [m] dactylico et iambo componitur. Nam quattuor pedes iambos habet, vel duos, si compositos [n] ponere malueris, et duos dactylos, et semipedem. Scanditur autem sic,

Nives|que de|ducunt| [o] Jovem| nunc mare| nunc sylv|æ.

Decima tertia ode æque ab Horatio composita dici- 13
tur, et per binos versus scanditur, [p] ex quibus est unus hexameter dactylicus, alter tetrameter iambicus, [q] vel dimeter,

Mollis in|ertia| cur tan|tam dif|fiderit| imis.

Decima quarta ode, hoc idem metrum habet, et 14
similiter scanditur,

Nox erat| et cæ|lo ful|gebat| luna se|reno.

Decima quinta ode ex duobus hexametris constat, 15
dactylico et iambico,

Altera| jam teri|tur bel|lis ci|vilibus| ætas.

Decima sexta ode iambicum metrum habet, et per 16
singulos versus scanditur,

Jam jam ef|fica|ci do|manus| [r] scien|tiæ.

Hic versus, qui carmen seculare appellatur, Sapphicum metrum habet, quod, ut supra diximus, scanditur,

Phœbe| sylva|rumque| potens| Diana.

[k] dignissima barris] *dinissima bardis* A. [l] quod ab Horatio] *quodque ab oracio* A. [m] dactylico et iambo] *dactylo et iambico* A. [n] ponere malueris, et duos dactylos et semipedem] *malueris ponere duos et dactylico et semipede* A. [o] Jovem] *novem* A. [p] ex quibus] *ex quibus est* A. [q] vel dimeter] *vel trimeter* A. [r] scientiæ] *cientiæ. Expl. ars liber Diomedis. Hi versus.*

Hactenus [s]quæ didici, quæ legi, et quæ pro mediocri usu comprehendi, tribus his commentariis retuli, sperans me profecto legentium gratum testimonium, si non laboris, certe simplicitatis, consecuturum.

[s] quæ didici et legi et quæ mediocri] *q; dedici que legi et q; pro mediocri* A.

[a]FLAVIUS MALLIUS THEODORUS

DE METRIS.

Præfatio.

DUBITARE neminem arbitror, [b] Theudori fili, [c] quin ratio

[a] FLAVIUS MALLIUS THEODORUS] In MS. Guelpherbytano hæc ita leguntur: *INCIPIT MALLI THEODORI; De metris dubitare neminem* cet. Post finitum librum hæc addita sunt: *FINIT LIB MALLI THEODORI; DE METRIS; DO GRATIAS AMEN.* Falluntur autem, si qui cum Prisciano l. VII. p. 735. contractam formam genitivorum *Malli, Tulli, Horati,* ac similium poëtis relinquendam esse censent. Vide Bentleium ad Terent. Andr. II. 1. 20. HEUS.

[b] *Theudori*] Hæc est codicis Guelph. scriptura, cujus extrema vocalis, antea non satis accurate a me inspecta, fefellerat. Nec mirum videri debet, viri nomen in possessivi formam deflexum esse. Fiebat hoc sæpe in cognominibus, quæ ad posteros propagabantur. Noti sunt *Albini, Flaminini, Mamercini, Messalini,* alii, quorum partem enumerat Sigon. de nomin. Rom. p. 1442. seq. Græcum vero cognomen Θεόδωρος Græci adjectivi terminatione augendum erat, ut esset Θεοδώριος. Rem similem animadvertere mihi videor in Cassiodoriorum nomine, de quo egit illustris Maffeius præf. ad Cassiodori complexiones in Epp. et Act. Apost. p. XXXXV. Malui igitur antiquissimæ membranæ auctoritatem sequi, quam ex apographo Gevartii, unde initium Malliani libri descripsit Rubenius in vita nostri, et ex MS. Parisiensi *Theodore* substituere. Propterea autem unius tantum codicis Paris. testimonio in recensendis primis hujus opusculi capitibus uti mihi licet, quod alter, qui prior est duorum regiorum, ea parte truncatus est. HEUS.

Theudori] Doribus propria forma est. Antipater *Anthol. ined.* Τῖὸς Θευδώροιο Τελευτίας. Pluscula hujus formæ nomina collegit accuratissimæ doctrinæ vir, Gisbertus Koenius ad Corinth. *de Dialect.* p. 76. A Doribus hæc ratio venit in consuetudinem Latinorum, poëtarum inprimis, apud quos occurrunt *Theudotus, Theudosius, Theudulus,* ut in Anthol. Lat. II. 117. p. 249. ubi vide Editorem. RUHNKEN.

[c] *quin ratio metrica*] MS. Guelph. *qui Inratione metrica,* sed tertia littera voculæ *qui* lineola confoditur, et supra *In* litteræ *od* leguntur. Hinc corrupta

metrica suavitatis causa reperta sit. [e] Videlicet ut ea, quæ excellentibus sententiis ac verbis dicerentur, carminis etiam certa modulatio dulciora auribus redderet. Ex quo id effectum est, ut innumerabilis quædam metrorum [f] multitudo ab his [g] introduceretur, qui in poëtica scribendi facultate, et ingenio, et studio, et doctrina principes [h] exteterunt: [i] quod, quid in poëmate quasi mollius ac blandius, quid asperius [k] ac durius esset, suas ipsi aures consulebant, hisque ita obtemperabant, ut [l] in conformandis suis carminibus artem cum [m] delectatione conjungerent.
3 Qui si solum syllabarum naturam ac modum temporum sibi consectandum putassent, [n] obsoleta permulta atque [o] absurda pe-

Gevartiani libri scriptura orta est: *quod in oratione metrica.* Paris. *quin ratione metrica.* Et vestigia codicum suadere, et postulare sententia videtur, ut emendemus: *quin ratio metrica.* Librarius, quum facili errore *qui in ratio* legisset, præpositioni casum suum accommodandum esse opinatus est, eoque scripsit *qui in ratione.* Si quis ad ductum Gevartianæ scripturæ *quin oratio metrica* reponeret, invito Theodoro id fieri arbitrarer. Io. Frid. Grunerus, eruditissimus vir mihique amicissimus, facit mecum: ita tamen, ut suspicetur, primitus scriptum fuisse *quin ratio omnis metrica.* HEUS.

[e] *Videlicet*] Hoc vocabulum male omisit codex Gevartii. HEUS.

[f] *multitudo ab his*] Semper in codicibus Theodori legitur *his* pro *iis:* quod inde factum est, quia pronomen *iis* δίφθογγον veteribus erat, ideoque una syllaba proferebatur, sæpe etiam scribebatur *is.* Itaque non hic solum *ab iis,* sed etiam n. 4. *ab iis metris,* et aliis locis similiter, restituendum esse existimo. HEUS.

[g] *introduceretur*] Codex Paris. *introducerentur.* Non male. Sallust. Catil. c. 43. *Cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequerentur.* Apulei. Florid. p. 358. Elmenh. *Tanta multitudo ad audiendum convenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam,* cet. Adde Vechneri hellenolex. l. I. part. ii. c. 15. extr. cum adnot. patrui mei. HEUS.

[h] *exteterunt*] Sic MSS. Et sæpe Guelph. codex, quod solent antiquissimi quique libri, vocales simplicium in verbis compositis servat. HEUS.

[i] *quod, quid in poëmate*] Ita legitur in utroque MS. Corrector vero in Guelph. et hic *quod quid* mutavit in *quidquid,* et paullo post scripsit *quidquid asperius.* HEUS.

[k] *ac durius esset*] MSS. Guelph. et Paris. *esse.* HEUS.

[l] *in conformandis suis*] MS. Guelph. sollemni librariorum errore *confirmandis.* Pronomen *suis* Paris. temere omisit. HEUS.

[m] *delectatione*] Corrupte MS. Guelph. quarto casu *dilectationem.* Mox n. 4. et Guelph. et Paris. *dilectamentum.* HEUS.

[n] *obsoleta*] MSS. *absoleta.* HEUS.

[o] *absurda peperissent*] Quum in codice Guelph. inepte legeretur *perissent,* Klotzius V. C. in actis eruditorum Lips. anni

perissent. [p]Et cum prudentissimi quique audientis delecta- 4
mentum metricæ artis esse originem [q]ac fontem viderint, [r]aurium voluntatem ab his metris, quæ ipsi conderent, [s]devellendam non existimarent, quorum [t]apud omnes hujusce artis excellit auctoritas. Si qua autem apud poëtas lyricos aut tragicos 5
quispiam repererit, in quibus [u]certa pedum conlatione neglecta, sola temporum ratio considerata sit, meminerit, ea, sicut apud doctissimos quosque scriptum invenimus, non metra, [x]sed

CIↃIↃCCLVIIII. p. 40. atque in miscellaneis criticis cap. 7. conjecit, emendandum esse *fecissent* aut *peperissent*. Tulit fructum εὐστοχίας vir doctissimus, quod *peperissent* inventum est in membranis Paris. HEUS.

[p] *Et cum prudentissimi*] Pro *et* legendum videtur *at* sive *sed*. Invenerat fortasse librarius in antiquiore libro *set*, quod errori occasionem facile præbere potuit. Quum in Guelph. esset *prudentissime*, reposui *prudentissimi*. In re tam levi, tam perspicua, vix opus est addere, ita legi in Paris. codice. HEUS.

[q] *ac fontem viderint*] Malim *viderent*. HEUS.

[r] *aurium voluntatem*] Grunerus et Klotzius VV. CC. *aurium voluptatem* rescribendum esse existimant. Eadem suspicio, quum primum ista legerem, mihi quoque subnascebatur. Et recordabar verborum Ciceronis orator. c. 18. *Naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria*. Postea priore conjectura repudiata, vocabuli *voluntatem* suavis esse metaphora, Malliusque dicere mihi videbatur, ab inventoribus metrorum, quasi novarum legum conditoribus, aures consultas esse, hasque eos, veluti centuriam vel tribum, quæ in hac rogatione deberet esse prærogativa, rogandas putasse, *vellent, juberent*. Eadem figura noster paullo ante dixerat *suas ipsi aures consulebant*. Alioqui *voluntas* etiam dicitur ejus, qui favet rei eaque delectatur: ideoque ipsam *voluptatis* significationem complectitur. Cic. eodem, quem dixi, libro cap. 8. *omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt, et adcommodant*. Scriptor antiquus de metris, cujus fragmentum in descriptione codicis Mall. Guelph. dabo: *Metrorum carmina pro voluntate et pro delectatione aurium instituta sunt, ut quidquid dulce sonaret, mulceret auditum*. HEUS.

[s] *devellendam non existimarent*] Vel invitis libris *existimarunt* legendum esse arbitror. HEUS.

[t] *apud omnes hujusce artis*] Post hæc verba Paris. addit *studiosos*: in quo tamen correctoris fraudem odorari mihi videor, qui non perspiceret, quam eleganter vocabulam *artis* ad *auctoritas* referatur. HEUS.

[u] *certa pedum conlatione*] Scripsisse Theodorum *conlocatione*, præclare monuit humanissimus Ruhnkenius. HEUS.

[x] *sed rhythmos*] MS. Guelph. *rithmos*, Paris. *arithmos*: atque ita paullo post hic *arithmos*, ille *rithmum*, pro *rhythmum*, dederunt. HEUS.

6 rhythmos, [y] appellari oportere. Scribimus igitur ita de metris, ut ab his rhythmum procul removeamus ; [z]atque in his [a]omnino nullum sit, in quo non pedum defixa ratio cum dulcedine adsociata atque permixta sit. [b]Ac primum quidem nobis ipsa metrorum genera conlocanda sunt, tunc de eorum partibus
7 disserendum. [c] Quoniam sermo progredi ad explanandam metrorum disciplinam atque legem non poterit, nisi eorum primordia, [d] id est, syllabæ ac pedum rationem aperiamus.

[e] Cap. I.—*De Syllaba.*

Est igitur syllaba litterarum inter se congregatarum apta conplexio. Usu autem inveteratum est, ut etiam [f] nulla litterarum congregatione facta, solas per se eas, quæ vocales nomi-

[y] *appellari oportere*] Ita reposui libro Paris. obsecutus, quum in Guelph. esset *appellare*. HEUS.

[z] *atque in his*] MS. Guelph. et hic, et cap. IIII. n. 11. et cap. VIII. n. 1. dedit *adque*, more antiqui temporis. Vid. Jul. Cæs. Scaliger de causis ling. Lat. lib. I. cap. 22. Idem librarius cap. II. n. 4. *quod* pro *quot*, et cap. VII. n. 7. *ad* pro *at* scripserat. Talia sæpe in Pisanis marmoribus, in antiquissimis codicibus Virgilii, aliisque monumentis vetustis occurrunt. HEUS.

[a] *omnino nullum sit*] Inepte Guelph. *omnino nullus sit*. HEUS.

[b] *Ac primum quidem*] Paris. *Ac primo quidem*. HEUS.

[c] *Quoniam sermo progredi*] Hæc in libris sine interpunctione cum antecedentibus copulantur. In MS. Guelph. super primam syllabam verbi *progredi* particula *non*, et super extremam *tur* adscriptum erat, ut esset *non progreditur*. Animadvertit nimirum corrector, sententiam horum verborum, ut scripta erant, vehementer laborare, ideoque de emendatione cogitavit. Nihil tamen profecisse videtur. Crediderim, periodi mutilatæ sententiam claudicantem hoc, aut simili, modo fulciendam esse : *Quoniam* vero *sermo progredi ad explanandam metrorum disciplinam atque legem non poterit, nisi eorum primordia, id est, syllabæ ac pedum rationem, aperiamus*, nunc dicamus de syllaba. Facile potuerunt verba extrema *de syllaba* ab incauto librario omitti, quia eadem ad argumentum primi capitis indicandum, proxime repetuntur. Hoc ulcus postea, ut fit, imperitia medentium latius serpsit. HEUS.

[d] *id est syllabæ*] Hoc est a codice Paris. Quum in Guelph. legerem *syllabam*, suspicabar *syllabarum* antea scriptum fuisse. HEUS.

[e] Cap. I.] Capitum appellatio et numeri a nobis addita sunt, sed inscriptiones sunt a MSS. HEUS.

[f] *nulla litterarum congr.*] MS. Guelph. *nullam litterarum congregatione factam*, sed antiquus corrector supra *litterarum* adscripsit *inter se*, et ultimam litteram vocabuli *factam* obelo confodit. HEUS.

nantur, syllabas esse dicamus. Syllabis vero conficiuntur 2
pedes, quæ prima quasi metra appellare possumus. [f]Syllaba 3
pes et mensura constat, quæ Græce metron dicitur. Sunt
autem syllabæ [g]partim longæ, partim breves, partim communes. 4
A producta longam syllabam facit, ut *ales: a* correpta brevis
est, ut *amor*. [h]*E* productum longam syllabam facit, ut *emi: e* 5
correptum brevem, ut *emo*. *I* productum longum est, ut 6
Ilium: i correptum brevis est, ut *iter*. [i]*O* productum est, ut 7
omen: o correptum est, ut *origo*. *U* productum est, ut *unus:* 8
u correptum, ut *utinam*. Ut autem solæ per se vocales pro- 9
ductæ [k]longas, correptæ breves syllabas faciunt: ita etiam cum
his [l]junctæ consonantes aut longas aut breves syllabas secun-
dum legem atque usum pronuntiationis informant. Junguntur 10
vero inter se [m]binæ vocales, quas Græci diphthongon vocant,
ae, *oe*, *au*, *eu*, *ei*, *ii;* quæ syllabæ semper longæ sunt. Ad- 11
sociantur itaque sic inter se vocales litteræ, id est, *i* et *u*, ut
prior littera vim teneat consonantis, ut *Juno*, *video*; quarum

[f] *Syllaba pes*] In codice Guelph. manus antiqua *pes* male mutavit in *pede*. Fefellit correctorem vox *syllaba* casu sexto accipienda. HEUS.

[g] *partim longæ*] MS. Guelph. *partem longæ, partem brevis, partem communis*. HEUS.

[h] E *productum*] Corrector codicis Guelph. emendavit E *producta*, et in sequentibus similiter, e *correpta* — I *producta* — i *correpta* — O *producta* — o *correpta*. Et parum abest, quin affirmem, hæc omnia Mallium feminina terminatione extulisse. HEUS.

[i] O *productum est*] MS. Paris. O *productum longum est*, ac deinceps: o *correptum brevis* — U *productum longum est* — u *correptum brevem*. Sed verisimile est, hæc a corruptore accessisse. Et videant acutiores, an eadem interpolandi libido pluribus locis nocuerit, Malliusque etiam in præcedentibus scripserit, a *correpta est, ut* amor. — I *producta est, ut* Ilium: i *correpta est, ut* iter. HEUS.

[k] *longas, correptæ breves*] Ita nunc e MS. Paris. emendavimus, quum in Guelph. perperam scriptum esset *longa si correptæ breves*. HEUS.

[l] *junctæ consonantes*] Inepte Guelph. codicis corrector his interponit *aut*, idemque in proximis post verba *aut breves syllabas* haud minus imperite *faciunt* inculcat. HEUS.

[m] *binæ vocales, quas Græci diphthongon*] Guelph. *bine vocalis quas greci diptongon*. Paris. *diphthongas*. Etiam alibi in Guelph. scribitur *diptongon*, et potest hoc vocabulum in genere neutro acceptum vice substantivi fungi. Quia tamen librarius iste permultis locis *s* finale perperam in *n* mutat, credo Mallium scripsisse *diphthongos*, aut si mavis διφθόγγους. HEUS.

syllabarum ea conditio est, ut interdum [n]breves, interdum longæ sint. Id enim ratio sermonis Latini et [o]pronuntiandi
12 forma expetit. Positione autem longæ syllabæ fiunt, si correpta vocalis habeat in eadem syllaba ultimam litteram consonantem, [p]eademque littera excipiatur a consonante conse-
13 quenti, ut *arma*. [q]Fit autem positione longa syllaba, cum ipsa
14 per se ex vocali et [r]duabus consonantibus constat, ut *est*. Quod si præcedentem brevem syllabam, quam una vocalis facit, sequentur duæ consonantes, fit syllaba positione longa, [s]ut *hac*
15 *res*. Item fit positione longa, si vocalis in duplicem [t]desinit litteram, ut

Nox erat — — —

aut si præmissa vocalis præcedat duplicem Græcam, ut *Me-*
16 *zentius*. Interdum autem brevis syllaba, qua pars orationis terminatur, pro longa ponitur, ut

[v]*Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.*

[n] *breves, interdum longæ sint*] Paris. *longæ, interdum breves sint.* HEUS.

[o] *pronuntiandi forma*] MS. Guelph. *formam.* Klotzius *pronuntiandi norma* legendum esse arbitratur. Scripturam codicum servandam censet celeb. Ruhnkenius. Nec dubium est, quin *forma* apud veteres sæpe significet constitutionem, legem ac rationem rei. Quintilian. Instit. Orat. I. 6. 16. *Non enim cum primum fingerentur homines, analogia demissa cælo formam loquendi dedit.* Decl. CCLXXVIIII. p. 541. *Qui civitates adhuc, vĕlut antiquo illo errore confusas, ad certam vivendi formam redegerunt.* Tacit. Annal. XIII. 4. *Tum formam futuri principatus præscripsit.* HEUS.

[p] *eademque littera excipiatur*] Paris. *eademque littere excipiantur.* HEUS.

[q] *Fit autem*] Videtur emendandum esse *Fit etiam.* HEUS.

[r] *duabus consonantibus constat*] In Guelph. erat *duobus*, sed corrector *a* super *o* adposuit. Pro *constat* in Paris. est *consistat.* HEUS.

[s] *ut* hac res] MS. Paris. *ut acres.* Et pronum erat, vel sine adsensu librorum, ita rescribere, si vocabulo *acres* hic locus esset. Sed quia hoc exemplo in hac causa nemo, nisi omnis rei metricæ sit ignarus, uti potest: crediderim, *Acrisius* ex Virgil. Æn. VII. 372. aut ex eodem libro vs. 410. *Acrisioneis*, reponendum esse. Favet huic conjecturæ, quod nomen *Acrisioneis* ad hoc ipsum, de quo Theodorus agit, positionis genus declarandum adhibuit Probus instit. grammat. lib. I. p. 1413. HEUS.

[t] *desinit litteram*] Post *desinit* glossator codicis Guelph. intempestiva sedulitate adscripsit *consonantem.* HEUS.

[v] *Omnia vincit amor*] Hunc versum Virgil. Eclog. X. 79. MS. Guelph. ita pervertit: *Omnia vicit amor, ut nos* cet. HEUS.

Quod genus syllabæ inter longas vel omnino refugiendum, [w]vel parcissime usurpandum est, quamvis et apud Virgilium non rarissimum, apud Homerum vero frequentissimum reperiatur. Communis vero syllaba fit, cum productam vocalem sequitur vocalis; ut 17 18

[x] *Te Corydon, o Alexi* — — —

Item cum duas vocales inter se conjunctas consequitur vocalis, ut 19

[y] *Insulæ Ionio in magno.* — — —

Positam etiam communem [z]apud Virgilium videmus eam syllabam, quæ in *c* litteram desinit, [a]ut eam vocalis consequatur. Nam cum dicit 20 21

[b] *Hoc erat* —— ——

longam eam syllabam constituit, quæ in *c* desinit. Cum autem dicit

[c] *Solus hic* —— ——

[w] *vel parcissime usurpandum*] Super *usurpandum* in Guelph. importuna glossa *metrum* adscripta est. HEUS.

[x] *Te Corydon*] Virgil. Eclog. II. 65. MS. Guelph. *Te Goridon.* HEUS.

[y] *Insulæ Ionio*] Virg. Æn. III. 211. HEUS.

[z] *apud Virgilium videmus*] Paris. *videamus*, quod non placet. HEUS.

[a] *ut eam vocalis consequatur*] Idem liber *sequatur* præfert. HEUS.

[b] *Hoc erat*] In margine codicis Guelph. atramento pallidiore adscriptum est ex Æneid. II. 664. *alma parens*, quo additamento non opus erat Mallio. Rem ipsam Pompeius in commento artis Donati his verbis exponit: *Item* C *littera aliquando pro duabus consonantibus est, et facit longam, ut est illud:* Hoc erat alma parens. Hoc: *collide* C, *et sit pro duabus consonantibus. In illo alio exemplo brevis est:* Solus hic inflexit sensus. *Sed sic lubrica et leniter currit. Ergo* c *aliquando pro duabus consonantibus habetur, et facit illam* [Fort. *et facit syllabam*] *longam. Hoc in pronominibus fit, et pro simplici potest accipi.* Vid. Mar. Victorin. Art. Gramm. I. p. 2471. Servius ad Æneid. VI. 791. quem Ruhnkenius V. C. huc advocat, Terentianum reprehendit, qui litteram *C*, pro metri ratione, vel duplicem haberi tradiderit vel simplicem. Terentiani reprehensor, ipse fortasse non minus reprehendendus, privilegium, nescio quod, monosyllaborum comminiscitur, per quod *C* in pronomine *hoc* pro duplici habeatur. Viderint, quos talia indagare juvat, an collisioni litteræ *C* in pronomine *hic* et *hoc* dederit locum, quod *hicce* et *hocce* veteres dicebant, quæ ante vocales *hicc* et *hocc* sonabant. HEUS.

[c] *Solus hic*] In Guelph. eadem, quæ superiora interpolaverat, manus hæc ita mutavit, atque e Virgil. Æn. IV. 22. supplevit: *hic solus inflexit sensus.* HEUS.

22 brevem eandem [d]syllabam conlocat. Est etiam communis syllaba, cum præcedens in vocalem desinit, [e]sequens autem syllaba ita habet duas consonantes, ut prior sit muta et sequens liquida, ut

— — — [f] *Vasto Cyclopis in antro.*

23 [g]Atque hæc quidem de syllabis satis dixisse. Nunc pedum distinctionem et varietatem consequamur.

Cap. II. *De Pedibus.*

1 [h]Pentasyllabus etiam quidam et hexasyllabus pedes, quos Græci syzygias vocant, faciendos crediderunt, quorum nobis superflua et inanis opera repudianda est, cum eorum etiam pedum, [i]quos sæpe enumeravimus, quam plures ab omni me-

[d] *syllabam conlocat*] Etiam post hæc verba in Guelph. recentior manus *quæ* perperam infercit. HEUS.

[e] *sequens autem*] Particula *autem* et hic, et infra cap. IV. 2. in Guelph. scripta est Tironiana nota. Has vero notas compendii causa communi scripturæ nonnunquam a librariis intermistas esse, testatur Mabillonius in opere diplomatico lib. V. p. 456. HEUS.

[f] *Vasto Cyclopis in antro*] Guelph. *Cyclopes.* Sed in Paris. hemistichion illud ita legitur, quemadmodum est in Virgil. Æn. III. 617. HEUS.

[g] *Atque hæc quidem*] Particulam *atque*, quam fortasse supervacaneam esse credidit, corrector codicis Guelph. semicirculis intersepsit. HEUS.

[h] *Pentasyllabus etiam*] Non potuit auctor ita ordiri de pedibus tractationem, eamque initio suo truncatam esse, inde quoque apparet, quod aliquoties in hoc ipso capite profitetur Mallius, se pedum numerum ante declarasse, cujus rei tamen in libro, ut in nostro quidem codice habetur, vestigium nullum superest. Librarius nimirum, qui jam alios de pedibus libellos, quales in Guelpherbytano exemplari etiam commentario Malliano præmittuntur, descripserat, pedumque nomina atque explicationes aliquoties iteraverat, operæ pretium se facturum esse non existimavit, si denuo exscriberet, quam hic adjecerat noster, pedum enumerationem. Ita inepti hominis oscitantia factum est, ut interciderit hujus capitis exordium, quod e bibliothecis Galliæ restitutum iri frustra speraveram. Codex Paris. nihil hic opis adfert, nisi quod accusativos Græcos, *Pentasyllabus — hexasyllabus*, mutat in Latinos, *pentasyllabos — hexasyllabos.* HEUS.

[i] *quos sæpe enumeravimus*] Paris. *quos sæpe enumerabimus.* Neutra scriptura tolerari potest. Ediderat Theodorus *quos supra enumeravimus.* At librarius ille, quem adnotatione superiore fraudis coarguimus, particulam *supra*, facinoris perpetrati indicem, intercepit, et in locum vacuum *sæpe* introduxit. Conf. infra n. 4. HEUS.

trica disciplina alieni sint. Ex his autem pedibus, qui ex [2] brevibus aut ex longis syllabis ita conficiuntur, [k]ut his brevitatis et longitudinis varietas nulla sit, nisi ex longis et brevibus syllabis temperati [l]adjungantur pedes, metrum omnino effici non potest. Nam cum ars musica, quæ est in omni vocis sono [m]moderationis ac suavitatis inventrix, metricæ quoque rationis princeps ac magistra sit; eadem vero ita nervos [n]testudini adjunxerit, ut eorum alii acutum, [o]gravem alii sonum redderent; [p]eandemque vocum distinctionem tibiarum foraminibus

[k] *ut his brevitatis*] Paris. *ut in his.* HEUS.

[l] *adjungantur pedes*] Idem codex *adjunguntur.* HEUS.

[m] *moderationis ac suavitatis*] *Modulationis* legere malit vir doctus *Misc. Crit. cap.* VII. Sed *moderatio* et *moderari*, ut origine, sic vi et potestate conveniunt cum *modulatio, modulari*, et de *modis musicis* recte dicuntur. Cicero *de Orat.* I. 60. *adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum.* Ibid. II. 8. *qui enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest.* Anthol. Lat. III. 182. p. 625. *cujus moderamine sacro Unum ex diversis vox digitique canunt.* Hygin. *præf. Astron.* p. 403. *Etsi te versuum moderatione præstare video.* ubi alia exempla habet Munckerus. Add. Burman. ad Ovid. *Met.* XI. 154. Apud Claudian. *de Bell. Getic. vs.* 230. omnes libri habent: *Quid meditentur aves, quid cum mortalibus æther Fulmineo velit igne loqui.* Quod durum est in verbo *meditentur*, interpretando lenire tentavit magnus Gesnerus. Forte quis capiat pro *cantent*, ut Servius cepit in Virgil. Ecl. I. 2. VI. 82. Sed mihi legendum videtur: *Quid moderentur*, vel *modulentur aves.* Verborum *meditari, moderari, modulari* perpetua est confusio, etiam apud Claudianum, ut docet Burm. *l. c.* Orpheus de Lapid. procem. vs. 45. p. 296. Ὅσσα τε κεκλήγασι μετὰ σφίσιν ἠεροφοῖται. ubi H. Stephanus bene repudiat vulgatum μετὰ φρεσίν. Nam sic alibi p. 350. ὅσσα τε κοῦφοι Ὄρνιθες κλάζουσιν, ἐπίσταμαι· ὅσσα τε θῆρες Ὠμησταὶ τετράπεζοι ἐνὶ σφίσιν ἀρύονται. Apollon. Rhod. II. 1282. ὥρη δ' ἥμιν ἐνὶ σφίσι μητιάασθαι. RUHNKEN.

[n] *testudini adjunxerit*] Ita restituit Paris. liber. In Guelph. erat *testudinis adjuncxerit*, quod recentior manus mutat in *adjuncxerat.* HEUS.

[o] *gravem alii*] Librarius codicis Guelph. scripserat *gravem aliis.* Posterius vocabulum rasura corrector obscuravit, rescripsitque *alii gravem*, quem ordinem amplectitur etiam MS. Paris. HEUS.

[p] *eandemque vocum distinctionem*] Quos *tonos* musici nunc appellant, *voces* prisci dicebant. Cicero de Orat. I. 42. *Ut in musicis, numeri, et voces, et modi.* Virgil. Æn. VI. 646. *Obloquitur numeris vocum discrimina septem.* quem locum opportune hic adscripsit humanissimus Ruhnkenius. Klotzius ita refingit verba Theodori: *eademque vocum distinctionem tibiarum foraminibus aptaverit.* Equidem in verbo *aptaverint* intelligo *homines, artifices, musici:* usitatissima utriusque linguæ scriptoribus ellipsi, de

aptaverint, videlicet quod canendi dulcedo sine hac varietate exsistere nulla possit: [q]is, qui ex his pedibus, [r]qui solas inter breves, aut solas longas syllabas habebunt, [s]effici posse metrum [t]existimavit, ab omni musica doctrina transversus fertur et devius. [v]At vero ex viginti et octo pedum numero, [w]quot supra declaravimus, [x]qui metris utiles sint, ut appareat: ipsa primum metrorum genera quæ sint, demonstrandum nobis est; post, qui metris aut conveniant, aut ab his discrepent, explicandum.

qua copiose egerunt viri docti, quos laudat patruus meus in emendationum libro II. c. 6. p. 218. ad locum Curtii IV. 10. Adde Cl. Leisneri adnotat. ad Lamb. Bos in ellipsi voc. Ἄνθρωποι, et, si res tanti erit, ea, quæ dixi ad Plutarch. de liber. educ. c. XIII. 14, Nec movet me, quod verbum *adjunxerit* singulari numero in Theodoro præcessit. Solent enim optimi scriptores e singulari in pluralem transire. Sallust. Catil. XXIII. 6. *Nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui consulatum credebant.* Vid. ad h. l. quæ congessit Cortius et ad Jugurth. XIV. 13. HEUS.

q *is, qui ex his pedibus*] MSS. *his qui ex his pedibus.* In Guelph. corrector, priore *his* expuncto, stolide ex *qui* fecit *quia*. HEUS.

r *qui solas inter breves*] Præpositioni *inter* locus hic non satis commodus esse videtur, etiam si verbum *habebunt* Græcorum more absolute accipiendum esse putes. Ideo particulam hanc delendam esse conjiciebam. Nunc propius vero videtur, Theodorum scripsisse *qui solas inter se breves*, id est, *qui* conjuncti sive universi *solas breves, aut solas longas syllabas habebunt.* Ita eleganter optimi scriptores *inter se* utuntur pro *utrique.* Vid. Cortius ad Sallust. Jug. c. XLI. 2. HEUS.

s *effici*] Post hoc verbum corrector codicis Guelph. imperite addit *non.* HEUS.

t *existimavit, ab omni*] Quum in Guelph. reperissem *existimavit, ut ab omni:* conjunctionem *ut* tollendam, et *existimavit* in *existimabit* mutandum esse arbitrabar. De conjunctione proscribenda consensit Paris. liber, sed idem, quod attinet ad verbum *existimavit,* in alia omnia discedit. Itaque invitis libris præteritum tempus mutare non audeo, quod satis apte positum est, si Theodorus tangit aliquem scriptorem de metris, qui tradiderat, ex solis brevibus, aut solis longis syllabis effici metrum posse. Affirmare hanc explicationem videntur, quæ de trochaico metro leguntur infra cap. VI. 5. seq. HEUS.

v *At vero*] Quum in MS. Guelph. corrupte *aut vero* legeretur, emendabam ita, ut nunc e Paris. codice reposui. HEUS.

w *quot supra declaravimus*] Uterque MS. *quod,* more veterum, qui sæpe *quod* pro *quot, quod annis* pro *quot annis* scribebant. Nec tamen contendam, si quis legere maluerit *quos supra.* Pro *declaravimus* in Paris. perperam est *declarabimus.* HEUS.

x *qui metris utiles sint*] Guelph. *utile sint.* Paris. *qui metris utiles sint, ut appareant.* HEUS.

CAP. III. *De metris octo.*

Sunt igitur metrorum [y]genera hæc, dactylicum, iambicum, 1
trochaicum, [z]anapæstum, choriambicum, antispasticum, Ioni-
cum a majore, Ionicum a minore. Si quid ergo præter hæc, 2
quod non ad certam pedum legem, sed ad temporum rationem
modumque referatur, vel [a]scribit quispiam, vel ab alio scriptum
legit, id non metrum, sed [b]rhythmon esse sciat, [c]hisque ex-
ceptis metris, [d]octo quæ sunt a nobis enumerata, nullum aliud,
etiamsi a quoquam [e]certi aut definiti pedes attribuantur, aut
eam, [f]quæ sit digna carmine, suavitatem [g]habiturum omnino
metrum esse dicendum. Quod cum ita sit, de ipsis jam pedi- 3
bus a nobis disserendum est, [h]ut nullus omnino ad aliquod
metrum pateat accessus quibus interdum admittantur, [i]qui sua

[y] *genera hæc*] Supra vocabulum *genera* glossator in Guelph. adscripsit numeri notas: VIII. HEUS.

[z] *anapæstum*] Paris. *anapæsticum*, sed Guelpherbytana scriptura non est deterior. HEUS.

[a] *scribit quispiam*] Ita reposui e Paris. quum in Guelph. mendose legeretur *scribi*. Paullo post in MSS. erat *leget*, quod tamen corrector codicis Guelph. mutavit in *legit*, quem nunc sequor. Videri poterat, reponendum esse *scribet quispiam, vel ab alio scriptum leget*. Sed etiam cap. XI. 16. legitur *Si qui tamen inveniuntur, qui* cet. HEUS.

[b] *rhythmon*] Guelph. *rithmon*, Paris. *arithmon*. HEUS.

[c] *hisque exceptis*] MS. Guelph. *his quæ*, quod quum lector aliquis non intelligeret, signis, qualibus parenthesin solemus, voculam *quæ* a reliqua oratione interclusit. HEUS.

[d] *octo quæ sunt a nobis*] Librarius Guelph. interpunxit ante vocabulum *octo*, quod esse delendum persuadet mihi importunitas glossatoris illius, quem principio capitis hujus eundem numerum inculcare testatus sum. HEUS.

[e] *certi aut definiti*] Mallius scripserat *certi ac definiti*. HEUS.

[f] *quæ sit digna carmine*] Ita ex emendatione doctissimi Ruhnkenii, quam Paris. liber suo calculo comprobat, reposui, quum in Guelph. legeretur *digna carminis*. Locum corruptioni dedisse videtur sequens vocabulum a littera *s* incipiens. Alioqui non ignoramus, priscos adjectivum *dignus* etiam cum patrio casu construxisse, quod copiose docent viri docti a patruo meo advocati ad Vechneri Hellenolex. lib. I. part. II. cap. 18. Burmannoque Secundo V. C. ad Anthолog. lib. II. epigr. 146. vs. 3. HEUS.

[g] *habiturum omnino*] Lege *habiturum, aut omnino*.

[h] *ut nullus omnino ad*] Fortasse hæc ita sunt emendanda: *ut quibus nullus omnino ad aliquod metrum pateat accessus, qui interdum* cet. HEUS.

[i] *qui sua vi atque natura*] In Guelph. erat *qui suavia*, unde corrector *suavitate* procudit. Paris. *qui suavi*, ex quo celeb.

vi atque natura metrorum rationem expleant, palam omnibus
4 [k]perspiciendum constituamus. Sunt igitur penitus repudiandi longeque removendi ex trisyllabis molossus, amphibrachys, amphimacrus, palimbacchius; ex [l]quadrisyllabis proceleusmaticus, dispondius, diiambus, ditrochæus, pæones, omnesque
5 epitriti. Ex quo apparet, [m]octo his metris, de quibus est dictum, novem pedes ita attributos, ut eorum præcipue inter
6 se conjunctione [n]uniuscujusque metri vis contineatur. Qui quidem [o]pedes hi sunt: Spondius, iambus, [p]trochæus, pyrrhichius, dactylus, anapæstus, [q]choriambus, antispastus, Ionicus
7 a majore, Ionicus a minore. Amphimacrus et Bacchius rarissime, tribrachys vero [r]aliquanto frequentius, sed precarium
8 magis, quam necessarium, [s]in metris locum obtinent. Sed quoniam [t]de syllabis ac pedibus abunde dictum est, ad ipsam metrorum demonstrationem, [v]distinctionem, subdistinctionemque veniamus.

Ruhnkenii acumen verissimam scripturam *sua vi* exsculpsit. *Vim* ac *naturam* sæpe ab ipso Cicerone conjungi, multis exemplis docuit patruus meus in comment. ad Offic. I. 28. 11. HEUS.

k *perspiciendum constituamus*] Ejusdem Ruhnkenii consilio ita nunc edidi. In MSS. erat *prespiciendum*, quod ortum esse ex *prospiciendum*, antea opinabar. HEUS.

l *quadrisyllabis*] MSS. *quatrisyllabis*. HEUS.

m *octo his metris*] In MS. Guelph. utrimque punctis includitur vocabulum *octo*, quod hic non magis necessarium erat, quam supra n. 1. et 2. HEUS.

n *uniuscujusque metri vis*] Quum in Guelph. legeretur *uniuscujusque metri bis*, manus antiqua post *uniuscujusque* in margine adscripsit *racio*. Id inde factum dicebam, quia corrector non intellexerat, *bis* librarii vitio scriptum esse pro *vis*. Ut jam dubitationi locus non sit, MS. Paris. effecit, ex quo veram scripturam reduxi. HEUS.

o *pedes hi sunt*] Guelph. *hii sunt*. HEUS.

p *trochæus, pyrrhichius*] Fortasse vocabulum *pyrrhichius* hic delendum, et infra post verba *tribrachys vero* inserendum est ita: *tribrachys vero et pyrrhichius aliquanto frequentius*. HEUS.

q *choriambus*] Paris. *choriambi*. HEUS.

r *aliquanto frequentius*] Uterque MS. *aliquando*, et Paris. *frequentior*. HEUS.

s *in metro locum obtinent*] Guelph. *optinent*, Paris. *optinet*. Ita sæpe in monumentis antiquis *apstinere*, *suptilis*, et similia reperiuntur. Vid. Noris. orthogr. Pisan. c. 6. HEUS.

t *de syllabis*] Paris. *de syllabas*, ut librarius ille videri possit in exemplari suo habuisse *de syllaba*. HEUS.

v *distinctionem, subdistinctionemque*] Primam syllabam vocabuli *subdistinctionem* a librario

CAP. IV. *De metro dactylico.*

Metrum dactylicum hexametrum inventum primitus ab [w]Orpheo Critias asserit, Democritus a Musæo, [x]Persinus a Lino, permulti ab Homero, [y]qui profecto, cum heroum facta carmine suo explicare vellet, metri hujus, quod ceteris omnibus longe pulchrius celsiusque est, aut repertor aut certe adprobator fuit. Constat autem metrum dactylicum hexametrum heroicum ex 2
dactylo et spondio vel trochæo, ita ut recipiat spondium locis omnibus, dactylum locis omnibus præter ultimum, trochæum vero loco tantum ultimo. Hujus exemplum:

[z]*Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris.*

Metrum dactylicum pentametrum [a]recipit pedes hos: spon- 3

Guelph. omissam, correctoris manus adjecit. Facile itaque fieri potuit, ut vocabulum *subdistinctionem* in libro Paris. omitteretur. HEUS.

[w] *Orpheo*] Similiter Mar. Victorinus *Art. Gramm.* I. p. 2494. *Hoc quidam a Lino, Apollinis antistite, alii ab Orpheo, nonnulli ab Homero inventum putant.* Linum πρῶτον εὑρετὴν ῥυθμῶν καὶ μέλους vocat Diodor. Sic. III. p. 236. RUHNKEN.

[x] *Persinus*] Temeraria conjectura in *Perseum* grammaticum incideram: sed ab amicissimo mihi Ruhnkenio admonitus agnosco *Persinum*, scriptorem Orphicum. Hujus memoriam prope exstinctam renovavit in adnotatione ad Pollucem IX. 93. p. 1076. Tib. Hemsterhusius, cui viro et annis et meritis venerabili optamus, ut placida atque hilari senectute perfruatur. HEUS.

[y] *qui profecto cum heroum*] Sic emendare non dubitavi manifestum errorem scriptorum codicum, in quibus est *qui profecto cumeorum*. Corruptio inde nata est, quod librarius aliquis more sui sæculi scripserat *cum eroum*. Ita in MS. Guelph. quum sæpe alibi littera *h* omissa, tum hoc ipso capite *exametrum, omero, endecasyllabum, oratium, eroico, eptametrum, corinti, troceis, troceo* scripta erant. HEUS.

[z] *Arma virumque*] Grammaticus aliquis in omnibus versibus, quos Theodorus metrorum exempla dederat, singulos pedes interpositis punctis sejunxerat. Inde in codice Guelph. ante præsentem Virgilii versum inserta leguntur ista verba: *De atramento noveris, lector, non causa sensuum punctos adnotitos, sed pedum designationem lustratos.* Hæc in Paris. ita concepta sunt: *De atramentro noveris, lector, in versibus cunctos non causa sensus, sed scansionis, esse positos.* Barbari hominis turpe commentum, ne puram Theodori dictionem contagio pollueret, uncis jam pridem incluseram: nunc vero, accedente celeb. Ruhnkenii auctoritate, una cum punctis erasi. HEUS.

[a] *recipit*] Et hic, et n. 4. 7. 13. cap. V. 5. 6. 7. 8. 11. 13. in MS. Guelph. sine varietate legebatur *recepit*, quod ubique in *recipit* mutavi, permotus etiam consensu libri Parisiensis. HEUS.

dium loco [b] primo et secundo, dactylum locis omnibus, catalecton in medio [c] et in fine. Hujus exemplum:

Ingentes actus carmina nostra canent.

4 [d] Metrum aliud dactylicum pentametrum recipit pedes hos: dactylum sive spondium loco primo et secundo, catalecton in medio, inde duos dactylos sine catalecto, ut est [e] illud Sereni:

Et nihil est, quod amem, [f] *Flaminia, minus.*

5 Metrum dactylicum Asclepiadium habet primum spondium, [g] secundo dactylum et catalecton, deinceps duos dactylos. Hujus exemplum:

[h] *Laudamus vario musica carmine.*

[b] *primo et secundo dactylum*] Paris. *dactylicum.* HEUS.

[c] *et in fine*] Guelph. *et in finem.* HEUS.

[d] *Metrum aliud*] Idem MS. *metrum alium.* HEUS.

[e] *illud Sereni*] A. Septimius Serenus, æqualis Statii poëta, ut ex Statii *Sylv.* IV. 5. 57. demonstravit J. F. Gronovius *Observ.* III. 16. Fuit etiam ætate suppar Terentiano Mauro, qui *de Metris* p. 2424. hæc de eo habet: *Qui multos legere, negant hoc corpore metri Romanos aliquid veteres scripsisse poëtas. Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper, Ancipitem tali cantavit carmine Janum.* Ex quo loco Terentiani etiam ætas, quæ vulgo incerta habetur, certius constitui potest. Male J. Nic. Loënsis *Epiphyll.* V. 4. eumque temere secutus P. Burmannus Sec. ad *Anthol. Lat.* T. I. p. 14. temporis notam tollunt, legendo: *qui scripsit opuscula ruris.* Nam Septimius, *qui nuper scripsit,* a Terentiano opponitur *veteribus poëtis.* Ipse Terentianus hanc scripturam confirmat p. 2427. *Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella: Nam melius nostri servarunt metra minores. Septimius docuit quo ruris opuscula libro.* Vid. J. A. Fabric. *Bibl. Lat.* IV. 7. p. 795. *Ruris* autem *opuscula* sæpe ab aliis simpliciter *opuscula* dicuntur. Servius *Centimetr.* p. 1824. *Faliscum constat tribus dactylis et pyrrhichio, ut est hoc: Docta Falisca Pheronyme paras.* Qua scriptura nihil mendosius. Loënsis *l. c.* ex melioribus libris laudat: *Docta Falisca, Serene, dabis.* Sed cum unus pes sic etiam pyrrhichio desit, legendum ex Cod. Vossiano, qui est in Bibl. Leid. *Docta Falisca, Serene, reparas.* RUHNKEN.

[f] *Flaminia minus*] Vel ob hanc dipodian eleganti versiculo conservatam maximas gratias Theodorus debet Parisiensi libro, immo Ruhnkenio et Musgravio, humanissimis viris, quorum beneficio ac liberalitate codicum illorum scripturæ ad nos pervenerunt. In Guelph. enim hoc hemistichium ita obscuratum erat: *flammiamuni.* HEUS.

[g] *secundo dactylum*] Guelph. *Secundo dactylo:* Paris. *secundo dactylicum,* quem ad modum supra n. 3. et c. VII. 2. idem librarius impegerat. HEUS.

[h] *Laudamus vario*] *Ludamus* legendum esse existimo, et *ludere musica* interpretor canere, quæ sint Musarum doctrinæque ele-

Hoc metrum a superiore eo distat, quod in illo est facultas primum et secundum pedem dactylum sive spondium collocandi, in Asclepiadio autem certa lex est hæc, ut primo loco spondius, secundo dactylus, deinde catalecton, [i]post duo dactyli conlocentur. 6

Metrum dactylicum Æolicum recipit pedes hos: spondium sive iambum, sive trochæum, loco primo, deinde duos dactylos, post spondium sive trochæum. Hujus exemplum: 7

Ampla condere mœnia cœpit.

Metrum dactylicum [k]Phalæcium hendecasyllabum constat ex spondio, et dactylo, et tribus trochæis. Hujus exemplum: 8

Fulgens divitiis et ore clarus.

Metrum dactylicum Alcaicum hendecasyllabum constat ex iambo et Bacchio, et duobus dactylis. Hujus exemplum: 9

[l]*Vides, ut alta stet nive candidus.*

Horatius tamen primo loco etiam [m]spondium præposuit, ut est illud ejusdem: 10

[n]*Odi profanum vulgus et arceo.*

Metrum dactylicum Sapphicum hendecasyllabum constat ex 11

gantioris cultore digna. De hac significatione vocabuli *musicus* pluribus disserit patruus ad Juliani Cæsares p. 70. seq. Possis etiam vocabulum *Musica* vocandi casu accipere et intelligere poësin, Musam. Tunc sententia similis erit illi *Ludere, Musa, juvat*, quod est apud poëtam priscum in Anthолog. Burm. lib. III. epigr. 192. HEUS.

[i] *post duo dactyli conlocentur*] Inter versus hic adjecerat aliquis in MS. Paris. *in quo post tres versus solet senis* [leg. *semis*] *heroicus, id est spondeus et duo dactyli poni.* Respexit auctor hujus glossematis ad conjunctionem generis Asclepiadei et Glyconii, quæ placuit Horatio lib. I. od. 6. 15. 24. 33. et alibi. Sed hoc connubium metrorum istorum lege non ita arta constringi, ex ipso Horatio constat, qui ordinem illum sæpe migravit. HEUS.

[k] *Phalæcium hendecasyllabum*] Guelph. *faleucium fudeca syllabarum:* Paris. *hendecasyllabarum.* HEUS.

[l] *Vides, ut alta stet nive candidus.*] Apud Horatium lib. I. od. 9. hodie legitur *candidum*, quod Prisciani Consentiique auctoritatibus satis defenditur. Nec tamen aspernandum est *candidus*, quam scripturam tres Mallii codices tuentur. In hoc vero Flacci versu codex prior Parisiensis, qui ἀκέφαλος est, inter testes meos prodire incipit. HEUS.

[m] *spondium præposuit*] Paris. prior et hic et in sequentibus *spondeum* scribit. Non est, quod repudiemus reliquorum codicum orthographiam, quam in *Bacchius, hippius, Darius, Nicomedia, Philadelphia*, multisque aliis ferimus. HEUS.

[n] *Odi profanum vulgus*] Horatius lib. III. od. 1. HEUS.

trochæo et spondio, dactylo et duobus trochæis, sive trochæo et spondio, [o]ut est apud Horatium:

Jam satis terris nivis atque diræ.

12 Huic autem metro post tres versus additur [p]chimis heroici versus, ut est [q]apud eundem Horatium:

Terruit urbem.

13 Metrum dactylicum pentametrum recipit eosdem pedes, quos hexametrum heroicum. Hujus exemplum:

[r]*Fronde virere nova, quod seminat arbor.*

14 Metrum dactylicum tetrametrum constat ex dactylo et spondio sive trochæo, ita ut eadem loca [s]obtineant hi pedes, quos in heroico hexametro docuimus. Hujus exemplum:

[o] *ut est apud Horatium*] Lib. I. od. 2. Pro *atque* autem in Mallii codicibus est *adque*, de quo dixi ad præfat. n. 7. HEUS.

[p] *chimis heroici versus*] Pro *chimis* reponendum esse conjiciebam *finis*. Atque ita noster cap. VIII. n. 7. versum Adonium *dactylicum finem* appellavit. Quia tamen codices in alteram scripturam conspirant, nec caussa apparet, cur librarii in vocabulo notissimo alucinati sint, suspicio mihi nata est, *cnimis* antea scriptum fuisse. Ita efferri potuit vocabulum κνημὶς ab istis hominibus, qui Græcorum ἦτα in Latinum *i* convertere solebant: quem ad modum in nostris etiam libris *Asclipiadium*, *eptimimeres*, pro Ἀσκληπιαδεῖον, ἑφθημιμερὲς, et similia reperimus. Haud incommode vero clausulam hexametri versus dici κνημῖδα *heroici*, vel inde colligo, quod Periegeta vs. 714. κνημῖδας dixit *infimas montium partes*. Pedes autem postremos recte appellari *infimas versuum partes*, nemo negabit, qui meminerit, Victorinum de metris Horat. p. 2610. primos pedes iambici *caput trimetri* vocare. Præterea appellationes *dimetri*, *trimetri*, *tetrametri heroi ex superiore* et *ex inferiore parte hexametri* notæ sunt e Diomed. lib. III. p. 513. et 515. Adonii versus appellationem similis librariorum stupor contaminavit apud Diomedem de metris Horat. p. 519. ubi legimus hodie: *strophen, vel nicen celicon climeteon*. Wasius in metris Horat. emendat, στροφὴν ἐπικὴν, τελικὴν διμοιρίαν. Placet, nisi quod malim στροφὴν ἐπικὴν, τελικὸν δίμετρον. Nec mendo carere videntur ista Victorini art. grammat. L. IV. p. 2610. de eodem colo sic disputantis: *Quidam pentasyllabon epodon dixerunt a numero syllabarum, alii trimetron epicon. Est enim pars tertia epici versus.* Verba *trimetron epicon* fortasse facta sunt ex *tritemorion epicon*. Sed ad Mallium redeundum, nec silentio prætereundum est, codicem Paris. posteriorem, post verba *chimis heroici*, vocabulum *versus*, quo facile carebimus, excludere. HEUS.

[q] *apud eundum Horatium*] Eadem oda. HEUS.

[r] *Fronde virere nova*] Versus transfiguratus ex illo Virgil. Æn. VI. 206. *Fronde vivere nova, quod non sua seminat arbos.* HEUS.

[s] *obtineant*] MSS. *optineant*. Vid. supra ad cap. III. n. 7. HEUS.

[t] *Aut Ephesum, bimarisve Corinthi.*

Metrum [v] aliud dactylicum tetrametrum constat ex duobus 15
dactylis et duobus trochæis, sive trochæo et spondio. Hujus exemplum:

Omnia cælitus ampla sumes.

Metrum dactylicum trimetrum constat ex duobus [w] dactylis, 16
et spondio sive trochæo. Hujus exemplum:

Quod sua seminat arbor.

Metrum dactylicum trimetrum constat ex dactylo et duobus 17
trochæis, [x] sive ex dactylo, trochæo et spondio. Hujus exemplum:

Tu genus hoc memento.

Metrum dactylicum trimetrum Pherecratium constat [y] ex spon- 18
dio et dactylo sive trochæo, ut est apud Horatium:

[z] *Grato, Pyrrha, sub antro.*

Metrum dactylicum trimetrum Glyconium constat ex spondio 19
et duobus dactylis, ut est apud Horatium:

[a] *Sic te diva potens Cypri.*

Metrum dactylicum, quo sæpe est usa Sappho, constat ex 20
dactylo et spondio sive trochæo. Hujus exemplum:

[b] *Unde Latinum*
Post genus ortum,

[t] *Aut Ephesum*] Horatius lib. I. od. 7. HEUS.

v *aliud dactylicum*] MS. Guelph. *alium dactilicum.* HEUS.

w *dactylis, et spondio sive trochæo*] Hæc antea e conjectura, nunc ex utroque Paris. codice restitui. In horum locum librarius Guelph. e proxime sequentibus, aberratione manifesta, reposuerat: *troceis sive ex dactilo trocheo et spondio.* HEUS.

x *sive ex dactylo, trochæo*] Paris. posterior *sive ex dactylo et trochæo.* HEUS.

y *ex spondio, et dactylo, sive trochæo*] A filio monitus emendo *ex spondio, et dactylo, et spondio sive trochæo.* HEUS.

z *Grato, Pyrrha, sub antro*] Horat. lib. I. od. 5. MS. Guelph. pro *Pyrrha* scripsit *Purra.* Ita *Burrum* veteres pro *Pyrrho.* Sic ex antiquissimis Virgilii membranis adferunt, et in vetusto Virgilio Gudii scriptum vidi *cumba* pro *cymba.* Nota sunt *cuminum, depugis, murreus, murtetum,* aliaque plurima. Conf. Cruquius ad Horat. III. od. 14. 22. I. sat. 2. 93. I. epist. 15. 5. Salmasius ad Plaut. Menæchm. II. 2. 21. HEUS.

a *Sic te diva potens Cypri.*] Horat. lib. I. od. 3. MSS. Mallii Guelph. et Paris. sec. pro *Sic te* dederunt *si te.* HEUS.

b *Unde Latinum*] Versus sunt Terentiani Mauri p. 2431. ex Æneidos principio expressi. HEUS.

Altaque magnæ
[c] *Mœnia Romæ.*

21 Metrum dactylicum heptametrum constat ex duobus dactylis, spondio et dactylo et tribus trochæis, ut est [d]apud Horatium:

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.

22 Effici posse alias etiam metri [e]dactylici varietates, non clam nobis est; ita, ut fiant versus aliqui productiores, [f]aut idem
23 pedes aliter [g]inter se juncti. Sed nos ea persecuti sumus, quæ essent et auditu jucundissima, et apud poëtas Græcos et Latinos quam maxime celebrata; quibus profecto te esse ceterosque, qui suum studium ad hanc rem adplicabunt, [h]contentos oportebit, [i]cum quantamvis subtilitatem ingenii et scribendi adsiduitatem [k]explere facile atque instaurare possit metrorum tanta diversitas [l]cumque ea in re in qua reperiendæ novitatis possit aut dulcius alicujus.

Cap. V. *De metro Iambico.*

Metro autem dactylico heroico metri iambici hexametri [m]proxima definitio visa est. Altero enim producuntur acies,

[c] *Mœnia Romæ*] Vide Burmannum Sec. in addend. ad T. I. *Anthol. Latin.* qui tamen, quos versus Terentianus a se exempli caussa fictos dicit, per errorem *vetus Adonium* vocat. RUHNKEN.

[d] *apud Horatium*] Lib. I. od. 4. HEUS.

[e] *dactylici varietates*] Guelph. *dactilici varietatis.* Mox idem *productioris.* HEUS.

[f] *aut idem*] Ita MSS. pro *iidem.* Et Priscianus lib. VII. p. 737. testatur, veteres *idem* et *isdem* per unam *i* scripsisse, quia nulla confusio fit significationis. HEUS.

[g] *inter se juncti*] Uterque Paris. *inter se conjuncti.* HEUS.

[h] *contentos oportebit*] Paris. sec. *contemptos:* Guelph. *contemptos oportevit.* HEUS.

[i] *cum quantamvis subtilitatem*] Ita conjecturam secutus nunc edidi, quum in codicibus esset, *cum quanta vis suptilitate ingenii et scribendi adsiduitate.* HEUS.

[k] *explere facile atque instaurare possit*] Guelph. *explere facile atque in istantia res possit:* Paris. pr. *expleri facile atque instaurari possit:* alter, *explere facile atque instantia possit.* His inter se comparatis non difficile fuit veram scripturam deprehendere. HEUS.

[l] *cumque ea in re in qua*] Locus adflictus et a codicum auxilio destitutus hac medicina fortasse recreabitur: *cumque ea in re numquam finis esse possit reperiendæ novitatis, aut dulcedinis alicujus.* Eam sententiam Mallii fuisse, vel inde intelligere mihi videor, quod infra cap. XI. 17. *Ea enim in re,* inquit, *quæ ipsa per se infinita sit, novum aliquid reperiendi constitui finis non potest.* HEUS.

[m] *proxima definitio visa est*] Ita emendavi ex utroque Paris.

ubi prœlia conseruntur, altero clarorum hominum vita atque fortuna [n] scena personat. Atque idcirco [o] utriusque contextio 2
in earum rerum, quæ sunt maximæ, expressione ac declaratione versatur. Recipit vero metrum iambicum hexametrum 3
pedes hos: iambum locis omnibus, tribrachyn locis omnibus [p] præter novissimo, spondium, dactylum et anapæstum locis tantum inparibus, pyrrhichium loco tantum ultimo. Hujus exemplum:

[q] *Ibis Liburnis inter alta navium.*

[r] Metrum iambicum senarium colobon constat ex pedibus su- 4

In Guelph. legebatur *proxima definitio vera est:* quod ne tum quidem, si *vera* pro *æqua, consentanea*, accipias, præsenti structuræ verborum satis congruit. HEUS.

[n] *scena personat*] Etiam si quis verba, quæ proxime prægrediuntur, *vita atque fortuna*, existimaret auferendi casu accipienda esse; nihilo minus, quia eodem casu *altero* jam antecessit, Mallii dictio in crimen inconcinnitatis incurreret. Necessaria itaque erat emendatio elegantissimi Ruhnkenii, e cujus epistola juvabit adscripsisse hanc adnotationem. "Legendum videtur: *scenam personat.* Virgil. *Æn.* VI. 417. *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat.* Vide ibi Servium. Claudian. *in Eutrop.* II. 302. *Labentem patriam sacris ululatibus Atys Personat.* Similiter construuntur *resonare* et *circumsonare.* Virgil. Æn. VII. 11. *Dives inaccessos ubi solis filia lucos Assiduo resonat cantu.* ubi vide Burman. Æn. VIII. 474. *Hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis.* quod ab eo sumsit Salvianus de Gubern. Dei VI. p. 121. *Circumsonabant armis muros Cirtæ atque Carthaginis populi barbarorum.*" HEUS.

[o] *utriusque contextio*] Paris. sec. *connexio.* Reliqui duo *contexio*, unde feci *contextio*, quod tamen ipsum a Mallio profectum esse præstare non ausim. HEUS.

[p] *præter novissimo*] Beda de metris p. 2379. Mallii Theodori testimonio usus scribit: *præter novissimum.* Cum Beda facit prior Paris. Nihil tamen muto. Solet ita noster. Sic cap. VI. 2. *Tribrachys locis omnibus præter septimo, ponitur.* HEUS.

[q] *Ibis Liburnis*] Horat. epod. 1. HEUS.

[r] *Metrum iambicum senarium colobon*] Et hic, et sequentibus locis, quotiescumque Mallius vocabulo *colobon* usus est, omnes MSS. in ejus locum substituunt *colophon*; quod a Græco κολοβὸν ortum esse, statim suspicabar, idque jam tum, quum primum ederetur Mallius, adnotatione adjecta professus sum. Sed quia videbam, infra n. 6. 8. 12. cap. VII. 7. 9. 10. 11. cap. VIII. 7. et cap. IX. 5. hanc vocem recurrere, eamque sine generis et casus flexione constanter servari, nihil decernere audebam. Magnopere vero me confirmavit humanissimi Ruhnkenii ista admonitio. "*Colobon* scribendum esse, satis apparet ex aliis Grammaticis. Vide Diomed. III. p. 507. 508. et 511. Mar. Victorin.

perius comprehensis, et pro sexto pede una tantum syllaba ponitur, ut est [s] apud Horatium:

Trahuntque siccas machinæ carinas.

5 Metrum iambicum pentametrum recipit pedes omnes superius conprehensos. Hujus exemplum:

Virtute recte vita degitur.

6 [t] Metrum iambicum pentametrum colobon recipit supra dictos pedes omnes, et pro quinto pede una tantum syllaba ponitur. Hujus exemplum:

Merulæ quod os sonat vetustæ.

7 Metrum iambicum tetrametrum recipit supra dictos pedes omnes. Hujus exemplum:

Merulæ quod os vetustius.

8 Metrum iambicum tetrametrum colobon, quod Anacreonticum dicitur, recipit supra dictos pedes omnes, et pro quarto pede una tantum syllaba ponitur. [v] Quod maxime fit sonorum, si

Art. Gramm. I. p. 2504. Bedam de Metris p. 2379. Idem quod in Mallio mendum, occurrit in Grammatico MS. de Metris, qui est in Bibliotheca Leidensi: *Brachycatalecti dicuntur in iambis et similibus, quibus desunt syllabæ una, aut duæ, ut senarium iambicum colofon.* Ubi ne librarii potius, quam auctoris errorem putemus, facit id, quod mox inepte addit Grammaticus: *Colophon, inventor et utens hoc metro.*" Huic elegantissimi viri consilio obsequutus *colobon* Mallio restitui. Quem ad modum vero grammaticus bibliothecæ Leidensis *Colophonem* inventorem generis senarii iambici, quod κολοβὸν appellatur, commentus est, simili errore in codicibus quibusdam carminis Asclepiadei appellationem in Asclepiadii poëtæ nomen transisse, docet Burmannus Secundus V. C. ad Antholog. lib. III. epigr. 104. p. 556. Hinc conjiciebam, etiam apud Priscianum in partit. vers. Æneid. p. 1216. metrum iambicum senarium κολοβὸν temere *Colophonium* dici. Sed Isidorus quoque Orig. lib. I. c. 38. p. 852. *Colophonium* metrum, inquit, *Colophonius quidam exercuit.* Et quia genus elegiacum vocari potest δακτυλικὸν κολοβὸν, suspicarer, inde factum esse, ut inventorem carminis illius Colophonium quemdam auctores non nulli apud Isidorum l. c. p. 853. prodiderint; nisi Mimnermum Colophonium elegiaci generis inventorem a Græcis etiam scriptoribus proditum esse, ex eruditissima adnotatione Ruhnkenii mei ad Callimachi fragmenta p. 439. didicissem. HEUS.

[s] *apud Horatium*] Lib. I. od. 4. HEUS.

[t] *Metrum iambicum pentametrum*] Male Guelph. *tetrametrum*, et Paris. sec. *pentrametrum*. HEUS.

[v] *Quod maxime fit sonorum*] Guelph. *sonerum:* Paris. sec. *quod maxime est sonosum.* Statim Paris. prior: *si prius pes anapæstus.* HEUS.

primus pes anapæstus ponatur, [w] post duo iambi, deinde syllaba. Hujus exemplum : 10

[x] *Triviæ rotetur ignis,*
[y] *Volucrique Phœbus axi*
[z] *Rutilum pererret orbem.*

Metrum iambicum trimetrum recipit supra dictos pedes omnes. Hujus exemplum : 11

Quod os vestustius.

Metrum iambicum Saturnium habet iambicum [b]tetrametrum colobon, et tres trochæos. Hujus exemplum : 12

Merulæ quod os vetustæ mane dulce cantat.

[c]Metrum iambicum Hipponacteum [d] recipit pedes ex lege 13

[w] *post duo iambi*] Guelph. *post duos iambi*, ex quo corrector inepte fecerat *post duos iambos*. HEUS.

[x] *Triviæ rotetur ignis*] Carmen est Arbitri, quod legitur etiam apud Terentianum p. 2446. et apud Mar. Victorinum p. 2601. Ibi versus ille prægreditur : *Triplici, vides, ut ortu*, qui sine ruina sententiæ vix poterat abesse. HEUS.

[y] *Volucrique Phœbus axi*] Apud Terentianum et Victorinum editur *axe*. Mutaverunt, qui ignorabant, tales ablativos a veteribus utroque modo dictos esse, quod docet Varro de lingua Lat. l. VII. c. 37. et copiosissime Vossius de analog. lib. II. c. 12. Adde, quos laudant viri docti ad Vellei. lib. II. c. 78. extr. HEUS.

[z] *Rutilum perreret orbem*] Terentiani ac Victorini exemplaria exhibent : *Rapidum pererret orbem*. Ovidius Metamorph. I. 73. Phœbum ita loquentem inducit : — *Rapido contrarius evehor orbi*. Tamen haud scio an epitheton *rutilus* loco Petronii convenientius sit. Nec dubium est, quin via solis, illa bis senis lucida signis, eleganter dici queat *rutilus orbis*. Ceterum versiculos Petronii respexisse videtur Prosper Aquitanicus in carmine, quod est apud Bedam de metris p. 2379. *Celeri, vides, rotatu | Rapidos dies meare*. HEUS.

[b] *tetrametrum colobon*] MSS. *colophon*. Deinde Guelph. *tres troceus*. HEUS.

[c] *Metrum iambicum Hipponacteum*] De hoc Terentianus p. 2436. *Æque et trimetro junxit Hipponax pedem | Novissimum trisyllabum ex prima brevi, | Longis duabus : antibacchius nomen est*. Pro *antibacchius* hic *antibacchus* reponere lex carminis jubet. Nec mirum videri debet, pedem *antibacchum* a Terentiano et hic, et aliis locis appellari, qui nunc *Bacchius* cum Quintiliano et pluribus vocatur. Simili modo Ausonius epist. IV. 91. Sapphici versus clausulam esse dicit *antibacchum*. Et ipse Terentianus p. 2414. ita definit : *Quum duas longas sequetur una brevior syllaba, | Pes erit* Βακχεῖος· ἀντίβακχος *autem tunc erit, | Quum brevem primam locabis et duas longas dein*. Adde Asperum juniorem in arte p. 1727. Hæc ambiguitas *Bacchii* pedis et *antibacchi* non

superius comprehensa, et additur ei in fine pes Bacchius :

[e] *Ibis Liburnis inter alta navium recurrens.*

14 Est etiam alterum metrum iambicum Hipponacteum, quod a nobis conprobatur, in quo sextus pes spondius ponitur. Hujus exemplum :

[f] *Hic non iambum reddidit pedem sextum.*

15 Hæc de iambico metro dixisse satis sit. Sciendum sane ipsius iambi eam vim esse, ut quamvis aliorum pedum adjumenta acceperit, ipse tamen per se versus non indecenter explere possit, ut est [g]illud Terentiani :

Adesto, iambe, præpes et tui tenax.

16 Quod quidem etiam dactylus [h]in heroico hexametro efficeret, nisi versus conclusione aut spondium aut trochæum desidera-
17 ret. Iambi vero usus in carmine ita est varius ac multiplex, ut se et [i]quam aptissime attollat, et alte [k]ad cotidianum loquendi morem accedat, et ita in severis tristibusque versetur,
18 ut etiam in mollibus [l]ac remisisse locis plurimum. Hoc siquidem cum alii tragœdiarum scriptores, tum præcipue Sophocles

prætereunda fuisset lexicographis, artisque metricæ scriptoribus. HEUS.

[d] *recipit pedes ex*] An emendandum? *recipit pedes sex lege* cet. HEUS.

[e] *Ibis Liburnis*] Versum Horatii Theodorus, metro Hipponacteo accommodaturus, auxit vocabulo *recurrens*. HEUS.

[f] *Hic non iambum reddidit*] MSS. nostri *reddit*. Versus est Terentiani p. 2436. HEUS.

[g] *illud Terentiani*] Quod legitur in exemplaribus Putsch. p. 2432. Corrupte MS. Guelph. *illut Terentiani adesto jam. vepre. pes. et. tui. texat.* Paris. sec. *texax*. HEUS.

[h] *in heroico hexametro efficeret*] Codices Paris. præpositionem *in* omittunt. Librarius Guelph. perperam scripserat *efficere*. HEUS.

[i] *quam aptissime attollat, et alte*] Quum professus essem, hæc ita corrigenda videri, *quam altissime attollat, et apte :* eruditissimus Grunerus indicavit, se probare conjecturam meam de vocabulo *altissime ;* pro *alte* autem *æque* legendum putare. Quod si *æque* verum est, non incommode retineri poterit *aptissime*. HEUS.

[k] *ad cotidianum*] Guelph. *ad cottidianum*. HEUS.

[l] *ac remisisse locis*] Ita in Guelph. legeram, quum scribendum esse conjicerem, *ac remissis jocis*. Grunerus V. C. malebat *remisis sermonibus*. Nunc vero, postquam e priore Paris. *ac remisis sit locis*, ex altero *ac remissis sit locis*, adlatum est : e scriptura trium codicum inter se comparata manifeste intelligere mihi videor, Theodorum scripsisse : *ut etiam in mollibus ac remissis ei sit loci plurimum*. HEUS.

atque Euripides, [m]in quantum hic est libitum, [n]cothurnum extulerunt, et [o]in [p] Lycamben Archilochus exarsit, et Menander atque Aristophanes omnem humanæ vitæ imitationem persecuti sunt, et [q]complures lyrici suas cantilenas suaque ludicra contexuerunt.

CAP. VI. *De metro trochaico.*

Iambico autem metro trochaicum metrum, quamvis et 1
spondium, et anapæstum, et dactylum recipiat, [r]ut iambicum, eo tamen est contrarium, quod in iambico supra dicti pedes locis tantum inparibus, in trochaico autem non nisi paribus conlocari licet. [s]Trochæus vero in hoc metro, quod 2
ex eo nomen accepit, locis omnibus, tribrachys locis omnibus, præter septimo, ponitur. [t]Trochaicum metrum a poëtis 3
Græcis et Latinis [v]frequentatur [ponitur,] quod etiam solus trochæus ita efficere potest, [w]incitato et minuto quodam cursu feratur. Hujus exemplum:

Pastor ille sæpe mane dulce carmen insonat.

[m] *in quantum hic est libitum*] Antea dubitabam, an *hic* mutandum sit in *his*, quod tamen ipsi mihi nunc displicet. Suavitati sermonis egregie consulit conjectura elegantissimi Gruneri mei, *in quantum id est libitum* emendantis. Tamen, ut codicum vestigia sequamur paullo pressius, malim *in quantum hoc est libitum*. HEUS.

[n] *cothurnum extulerunt*] Forte in animo habuit illud Terentiani Mauri p. 2432. *At qui cothurnis regios actus levant*. RUHNKEN.

[o] *in Lycamben*] MS. Guelph. *in licabanarcilocus:* Paris. pr. *licanban*, alter *lycanban*. HEUS.

[p] *in Lycamben Archilochus exarsit*] Imitatur Terentianum Maur. p. 2438. *Archilochus isto sævit iratus metro Contra Lycambam et filias.* Terentianum etiam more suo sequitur Marius Victorin. Art. Gramm. II. p. 2525. *Et Archilochus in Lycamben hoc metro sævit.* RUHNKEN.

[q] *complures lyrici*] Guelph. *cum plures lirici*, errore librariis admodum familiari. HEUS.

[r] *ut iambicum*] Inepte Guelph. *aut iambicum*, quod antea ex conjectura, nunc ex utroque Paris. emendavi. HEUS.

[s] *Trochæus vero*] Guelph. *troceos*. HEUS.

[t] *Trochaicum metrum*] Parisienses libri interponunt *autem*. HEUS.

[v] *frequentatur ponitur*] Posterius verbum ex glossa ortum, ideoque delendum videtur. Id non animadvertentes corrector codicis Guelph. ex *frequentatur* fecit *frequenter*, et librarii Paris. substituerunt *frequentatum ponitur*. HEUS.

[w] *incitato et minuto quodam cursu feratur*] Sententia poscit *ut incitato* cet. Videtur autem *cursus minutus* a Mallio dici, qui minoribus pedibus, et brevioribus

4 Sed liberioribus [x]atque absolutioribus numeris et ad res explicandas adcommodatioribus trochaicus versus est, in quo inparem locum trochæus, parem vero, in quantum necesse est, spondius occupat, ut est [y]illud Terentiani:

Nulla vox humana constat absque septem litteris.

5 [z]Fieri etiam trochaicum metrum, ita ut in eo adsiduum tribrachys [a]obteneat locum, ut est [b]illud apud Jubam:

[c]*Qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat.*

6 [d]Sed offendit aures sine ulla syllabæ longæ interjectione [e]et
7 brevium syllabarum prolixa conjunctione. Nobis autem propositum est a metrica disciplina procul omnia repellere, quæ [f]ab auditorum delectatione discrepent, [g]quamvis ea pedum

quasi passibus, absolvitur. Spondei vero, anapæsti et dactyli, ut tardiores, ita grandiores sunt trochæis. HEUS.

[x] *atque absolutioribus numeris*] Nihil verius est consilio Ruhnkenii V. C. *solutioribus* pro *absolutioribus* nos legere jubentis. HEUS.

[y] *illud Terentiani*] Locus est apud Putschium p. 2411. HEUS.

[z] *Fieri etiam*] Fortasse legendum *Fit etiam*, ut infra c. VIII. 5. c. X. 3. HEUS.

[a] *obteneat locum*] MSS. *opteneat*. Vid. cap. IV. 12. HEUS.

[b] *illud apud Jubam*] Quum in Guelph. non hic solum, sed etiam infra cap. X. 1. corrupte legeretur *Juliam*: e libris Paris. restituendum fuit nomen grammatici, quem Servius ad Æneid. V. 522. Priscian. de versib. comic. p. 1322. Mar. Victorin. II. p. 2541. Plotius de metr. p. 2664. Rufin. de metr. com. p. 2711. 2713. et sæpe Pompeius in commento artis Donati, in partes vocant. HEUS.

[c] *Qualis aquila cita*] Hic versus sine mentione auctoris legitur apud Mar. Victorinum p. 2531. unde eum emendavi. In Guelph. enim et Paris. posteriore erat *Quales aquila*, quod et sententia carminis et metrum aspernatur. Poëta quum vellet hunc versum comparationi servire, creberrima utriusque linguæ scriptorum exempla secutus adjectivo *qualis* adverbii vices imposuit. HEUS.

[d] *Sed offendit*] Uterque Paris. *sed offendet*. HEUS.

[e] *et brevium syllabarum prolixa conjunctione*] Abjecta copula *et*, legendum videtur *sine ulla syllabæ longæ interjectione brevium syllabarum prolixa conjunctio*. Vocabulum *prolixa* Paris. posterior in *proxima* depravavit. HEUS.

[f] *ab auditorum delectatione*] Variandæ orationis memor Mallius *auditorum delectationem hic dicit*, quam in præfat. n. 4. *audientis delectamentum* et cap. XI. 16. *aurium delectationem*. HEUS.

[g] *quamvis ea pedum rationem recipiant*] Sine sensu *ratione* in Guelph. scriptum erat, pro quo *rationem* reponendum esse conjiciebam. Id, suffragio Paris. posterioris comprobatum, in orationis Mallianæ contextum nunc recepi. Klotzio V. C. emendan-

rationem recipiant. Atque idcirco ab hoc metro, et tribrachys, 8
et dactylus, et anapæstus, non nisi quam parcissime, et consultis prius auribus, admittendi sunt.

Quod etiam in iambico metro [h]servare videbimus. Nam 9
tametsi omnibus inparibus ejus metri locis tribrachyn, aut anapæstum, aut dactylum conlocandi [i]facultas est, rara tamen eorum fit admixtio, neque ulla vel in iambico vel in trochaico metro iambo aut trochæo, quam cum spondio aut aptior aut frequentior potest esse conjunctio.

CAP. VII. *De metro anapæstico.*

[k]In anapæstico autem metro nullum pedem ita congruere, 1
ut spondium, videmus. [l]Nam quamvis etiam dactylum in 2
hoc metro a quibusdam Græcis positum inveniamus, eo tamen adhibito confragosius quiddam resonat et durius. Itaque 3
tametsi dactylus atque anapæstus sunt temporibus pares, id tamen aurium sensus, cui est maxime parendum, [m]efflagitat, ut, quem ad modum intromitti in metrum dactylicum, ne ejus suavitatem corrumpat, anapæstus non potest, ita metrum ana-

dum videbatur: *quamvis ea pedum ratio recipiat.* Paris. pr. *quam ea pedum ratione,* alter *quam eam pedum rationem.* HEUS.

[h] *servare videbimus*] Jam pridem præstantissimus Ruhnkenius, cujus eruditioni et humanitati Mallius maxima debet ornamenta, indicavit mihi, sibi emendandum videri *servari videmus.* Hanc conjecturam magnopere commendat, quod in altero Paris. *videmur,* in altero *videmus* nuper inventum est. Quia tamen de verbo activo *servare* nihil mutant codices, superest mihi non nulla dubitatio, an Theodorus dederit *servare debemus.* Scripserat fortasse librarius aliquis sollemni more antiqui temporis *debimus,* unde postea *videbimus,* hinc *videmur* et *videmus* factum est. Certe in Pompeii et Mallii codice Guelph. *scribibantur, facire, indicenter,* pro *scribebantur, facere, indecenter,* et sexcenta similia reperiuntur. HEUS.

[i] *facultas est rara*] Librarius codicis Guelph. hæc et sequentia ita inquinaverat: *facultas est rata tamen eorum fit admixtione que ulla.* Corrector super vocabulum *ulla* litteram *n* scripsit, ut esset *nulla,* atque ita sententiam, quam juvare voluit, magis etiam perturbavit. Uterque Paris. liber medicinam fecit huic loco plane eandem, quam olim conjectura paraveram. HEUS.

[k] *In anapæstico*] Præpositionem hic defendi posse video. Suspicor tamen, nostrum verbo *congruere* dandi casum junxisse, ex interpolatoris autem lecytho istud *in* adlitum esse. HEUS.

[l] *Nam quamvis etiam dactylum*] Paris. sec. *dactylicum.* HEUS.

[m] *efflagitat*] Guelph. *et flagitat.* HEUS.

pæsticum, ne ejus gratia minuatur, dactylo [n]inhospitalis erit.
4 [o]Adcommodatissimus vero spondio in hoc metro locus primus est. Ceteri atque omnes pedes anapæsti; ita tamen, ut pro ultimo pede, sicut in trochaico metro, una tantum syllaba
5 constituatur. Primo autem metrum [p]anapæsticum, ut dactylicum, [q]ab hexametro metro [r]ordimur. Hujus exemplum:

Alte superemicat Ætna, poloque propinquat.

6 Ex omnibus autem anapæsticus pulcher ac [s]sonorosus hic versus est:

[t]*Hoc nuvibus superemicat Ætna, poloque propinquat.*

[n] *inhospitalis erit*] Paris. prior *inhospitale erit.* Equidem non dubito, quin scripserit Mallius *inhospitale sit.* Id et orationis contextus postulat, nec obscurum est, quis error locum dederit corruptioni. Quum vocabulis connexis scriptum esset *inhospitale sit*, librarius aliquis pro posteriore *s* legit *r*, quæ litteræ in scriptura vetere ita similes erant, ut sæpissime altera alterius locum occupaverit. Hinc in codicem Guelph. cap. XI. 8. *persequatur* pro *pes sequatur*, ibidem n. 14. *duceremus* pro *duceremur*, et n. 16. *sude* pro *rude*; et in Paris. sec. cap. V. 9. *sonosum* pro *sonorum* irrepsit. In eamdem sententiam transiturum confido Klotzium, si denuo inspexerit hunc locum, quem ita constituendum censebat: *Id tamen aurium sensu efflagitatur. Quemadmodum intromitti in metrum dactylicum — anapæstus non potest, ita metrum anapæsticum — dactylo inhospitale.* Erit *accommodatissimus vero in hoc metro locus primus* et *ceteri atque omnes* &c. HEUS.

[o] *Adcommodatissimus*] Paris. pr. *adcommodatissimum.* HEUS.

[p] *anapæsticum, ut dactylicum*] Ita est in Guelph. et Paris. pr. Male Paris. alter *aut dactylicum.* Impressis exemplaribus conjunctio *ut*, nescio mea, an typothetæ culpa, exciderat. HEUS.

[q] *ab hexametro metro*] Prior Paris. *metro*, puto vocabuli repetitione deceptus, omisit. Passim apud nostrum legimus *metrum trimetrum, metrum tetrametrum, metrum pentametrum, metrum hexametrum, metrum heptametrum.* HEUS.

[r] *ordimur*] Ita scripsi e Paris. pr. quamvis in duobus reliquis esset *ordimus.* Legitur quidem *ordire* activa terminatione apud Nonium de propr. serm. p. 39. et apud Isidor. orig. L. XIX. c. 29. Nec ignota sunt *munero, obsono, partio*, et similia, quæ sine mutatione significationis modo in *o*, modo in *or* exeunt. Ut tamen istud *ordimus* exscribentium imperitiæ tribuendum esse crederem, movit me sollemnis illa litteræ *r* atque *s* permutatio, de qua dixi ad hujus capitis n. 3. HEUS.

[s] *sonorosus*] Lege *sonorus.* Quum solito errore scripsisset aliquis *sonosus*, aliusque correxisset supra scripto *or:* duplex scriptura, ut fit, in unam postea coaluit. HEUS.

[t] *Hoc nuvibus*] Paris. pr. *Hoc nubibus*, quod vel sine auctoritate codicum rescribere ausus essem,

Ex eo autem versu dactylico hexametro, quem quinque dac- 7
tyli et spondius vel trochæus efficit, adempta syllaba prima, fit anapæsticum hexametron [v]colobon. Hujus exemplum:

[w]*At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.*

Remota syllaba prima, fit versus hujus modi: 8

Tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

Versus pentameter anapæsticus [x]colobos fit ita: 9

Tuba terribilis procul ære canoro.

Item tetrameter anapæsticus colobos fit ita: 10

Sonuit procul ære canoro.

Item trimeter anapæsticus colobos fit ita: 11

Procul ære canoro.

CAP. VIII. *De metro choriambico.*

[y]Atque hæc quidem quatuor metra, quæ supra exposuimus, 1
id est dactylicum, iambicum, trochaicum et anapæsticum ex disyllabis [yy]et trisyllabis pedibus efficiuntur, [z]prout unius cujus-

si per leges metricas id fieri licuisset. His ita jubentibus, statim, quum ista primum legerem, *nivibus* pro *nuvibus* substituebam. Solet Mallius poetarum versus, nunc addendo, nunc omittendo, pluribus metris ita aptare, ut pedum magis, quam sententiæ rationem habeat. Vide cap. IV. 13. V. 7. 13. Judicent idonei arbitri, totus locus an ita constitui debeat, *Ex omnibus autem anapæstis pulcher ac sonorus fit versus, hoc modo:* Nivibus supereminet Ætna *cet.* HEUS.

[v] *colobon*] MSS. *colophon.* HEUS.

[w] *At tuba terribilem*] Versus Virgilii ex Æn. IX. 503. jam a Terentiano ad declarandam rationem carminis anapæstici adhibitus p. 2423. et 2425. ita tamen, ut hic *dedit* pro *procul*, utroque autem loco *ære recurvo* legatur. Eumdem versum eodem, quo Mallius id fecit, modo decurtatum ad anapæstos transire jussit Victorinus lib. II. Art. Grammat. p. 2520. Aliter autem Beda de metris p. 2375. *At tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.* Beda ex more Mallii et grammaticorum Virgilii versum schemati, quod declaraturus erat, accommodavit, nec ille versus a Nic. Heinsio ad Virgil. Georg. III. 449. pro alterius poëtæ versu haberi debuit. Pro *At tuba* Mallii codices exhibent *Ad tuba*, de qua orthographia dixi ad præfat. n. 7. HEUS.

[x] *colobos*] Codices et hic, et in sequentibus, obtrudunt *colophon.* Vid. ad c. V. 4. HEUS.

[y] *Atque*] MSS. *Adque.* HEUS.

[yy] *et trisyllabis*] Hæc duo verba, in Guelph. temere omissa, accesserunt ex utroque Paris. HEUS.

[z] *prout unius cujusque*] Paris. sec. *pro unius cujusque.* HEUS.

[a] *quadrisyllabis pedibus*] Posterius vocabulum, quod a Guelph. aberat, nunc ex utroque Paris. restitui. HEUS.

que metri ea, quæ a nobis explanata est, ratio declarat. Reliqua vero quatuor metra, id est choriambicum, antispasticum, Ionicum a majore, Ionicum a minore, quamvis [d]quadrisyllabis pedibus ex parte plurima contexantur, ut tamen eorum finis [b]non injucundus sit, [c]prope paucarum paucarum syllabarum pedibus opem expetunt. [d]Nam ut eum, quem ab exordio proposuimus, ordinem dicendi persequamur, metrum choriambicum [e]apte efficitur ex tribus choriambis, dactylo, et spondio sive trochæo, ut est illud:

[f]*Celsus* [g]*equo Phœnicia veste nitens ibat Arion.*

Tribus enim choriambis nisi dactylicus finis [h]adiceretur, nihil in his esset dulce et canorum. Fit hoc metrum etiam ex

[b] *non injucundus sit*] Ita ex conjectura et ex libris Paris. edidi, quum in Guelph. invenissem *non jocundus sit.* HEUS.

[c] *prope paucarum paucarum syllabarum*] Conjecturæ meæ, quam secutus alterum *paucarum* abjiciendum esse opinabar, auctoritas codicis prioris Paris. patrocinatur. Non nihil tamen dubitationis superest, an *paucarum paucarum* a nostro dictum sit pro valde paucarum. Geminatione vocabulorum significationem intendendi mos Latinis cum plerisque gentibus communis est. Vide Vechneri Hellenolex. lib. II. cap. 13. n. 12. et viros doctos, ad quos ablegat adnotatio patrui. HEUS.

[d] *Nam ut eum, quem*] Guelph. *Nam utrumque.* Hinc ego conjiciebam *Nunc autem quem.* Propius aberat a vero Klotzius, qui malebat *Nam ut nunc, quem.* Verum acutissime vidit, pro ingenii sui sagacitate, Ruhnkenius, qui locum, plane ut nunc editur, emendandum esse, mihi indicaverat multo ante, quam Musgravius, vir humanissimus, docuisset nos, ita legi in utroque codice regio. HEUS.

[e] *apte efficitur*] Hoc est ex utroque Paris. quum in Guelph. inepte legeretur *abæ* pro *apte.* HEUS.

[f] *Celsus equo*] Ut Virgil. Æn. XII. 295. *altus equo. Celsum* proprie de *equite* dici, exemplis demonstravimus in explicatione marmoris Laconici, quam animadversionibus in Corinthum p. 140. inseruit doctissimus Koenius. *Equum* poëta appellat delphinum, quo vectus est Arion: nisi quid præcesserit, ad quod illa vox referatur. Ælianus H. A. VI. 15. ὁ παῖς ἀναβαίνων τὸν δελφῖνα, ὡς πῶλον ἱππότης. Ibid. καλὸς παῖς ἱππεύων ἐπὶ δελφῖνος ἦν. *Phœnicia vestis* est palla purpurea, propria citharœdorum. Ovidius Fast. II. 107. de hoc ipso Arione: *Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam.* ubi vid. Interpres. RUHNKEN.

[g] *equo Phœnicia*] Guelph. hic et n. 7. *æquo finicia,* n. 4. *fenicia.* HEUS.

[h] *adiceretur*] Ita MSS. etiam c. XI. 12. *subicere,* et n. 18. *adiciatur.* Conf. Duker. ad Flor. I. 10. 5. et quos laudat celeb. Burmannus Secundus ad Anthолog. L. 1. epigr. 80. vs. 15. HEUS.

duobus choriambis, et dactylo, [i]vel spondio sive trochæo sequente. Hujus exemplum:

Phœnicia veste nitens ibat Arion.

Ex uno etiam choriambo, et dactylo, et spondio sive trochæo 6
fit hoc metrum ita:

Veste nitens ibat Arion.

Non solum autem [k]dactylico fine, sed etiam duplice iambico- 7
colophon metrum choriambicum [l]concludi recte potest, [m]in hunc modum:

Celsus equo Phœnicia veste nitens repente fulsit.

Quæ conclusio iambica non modo [n]post tres choriambos, sed 8
post duos etiam et post unum non indecenter adjungi potest.

CAP. IX. *De metro antispastico.*

Metrum antispasticum, [o]ita ut choriambicum, suavitatis in 1
se nihil haberet, nisi aut dactylico, aut iambico fine terminaretur. Post tres igitur antispastos dactylus ac deinde spondius 2
sive trochæus adhibetur. Hujus exemplum:

Rapit tela, volans ecce, [p]gerens arma Troïus heros.

Quod metrum fit etiam ex duobus [q]antispastis, et dactylo, et 3
spondio sive trochæo, ut hoc est:

Rapit tela volans ecce Troïus heros.

Ex uno enim antispasto, et dactylo, et spondio sive trochæo 4
fit ita:

Volans ecce Troïus heros.

[i] *vel spondio sive trochæo*] Particula *vel* a mala manu videtur accessisse. HEUS.

[k] *dactylico fine, sed etiam duplice iambicocolophon*] Hæc est scriptura librorum Paris. In Guelph. erat: *dactylico finem, sed etiam duplicem iambicocolophon.* Vocabulum *duplice* fortasse abjiciendum, Mallioque restituendum est *sed etiam iambicocolobo.* Illud ἰαμβικὸν πενθημιμερὲς noster cap. IX. 5. *finem iambici metri, quod colobon dicitur,* appellat. HEUS.

[l] *concludi recte potest*] Etiam hæc emendatio libris Paris. debetur. In Guelph. est *concluderet xepotens,* unde *concludere recte poteris* scribendum esse conjiciebam. HEUS.

[m] *in hunc modum*] Prior Paris. *hoc modo.* HEUS.

[n] *post tres choriambos*] Paris. sec. *choriambus.* HEUS.

[o] *ita ut choriambicum*] MS. Guelph. *ita et coriambicum,* quod antea ex conjectura, nunc ex utroque Paris. emendavi. HEUS.

[p] *gerens arma*] Hæc duo verba in Paris. pr. temere omissa sunt. HEUS.

[q] *antispastis, et dactylo*] Copulam, quam Guelph. excluserat, ex utroque Paris. reduxi. HEUS.

5 [r] Fine etiam iambici metri, quod colobon dicitur, non absurde hoc metrum concluditur, hoc modo:

[s] *Rapit tela, volans ecce, gerens arma, ruitque lætus.*

6 [t] Ex uno enim antispasto et duobus iambis et syllaba fit, hoc modo:

Gerens arma, ruitque lætus.

7 Sciendum sane, [v] cum antispastus pes constet, pro primo autem si aut iambus, aut pyrrhichius aut spondius, aut trochæus poneretur, [w] his metri hujusce lucentior et latior usus esset.

Cap. X. *De metro Ionico majore.*

Metrum Ionicum a majore constat ex Ionicis majoribus duobus et spondio [x] vel trochæo; ut est illud [y] apud Jubam:

Ipsa est Chios, ipsa est Samothrace.

2 Metrum Ionicum a majore constat ex tribus Ionicis majoribus, dactylo et spondio sive trochæo. Hujus exemplum:

[z] *Tunc insolita sic puer æthra ruit æquor in altum.*

3 Fit etiam hoc metrum [a] ex duobus Ionicis majoribus, dactylo et spondio sequente, sive trochæo. Hujus exemplum:

[b] *Sumum bonum magis fruar, altum ferar ut modeste.*

[r] *Fine etiam*] Male ambo Paris. *Fit etiam.* HEUS.

[s] *Rapit tela volans ecce*] Totum hunc versum et proxima verba Mallii *Ex uno—— hoc modo* librarius Paris. sec. clausularum similitudine deceptus omisit. HEUS.

[t] *Ex uno enim*] Scribe *ex uno etiam.* HEUS.

[v] *cum antispastus pes constet*] Fortasse scripserat auctor *cum antispastus pes* duobus pedibus, iambo et trochæo, *constet.* Paullo post verba *aut iambus* supervacanea videntur. HEUS.

[w] *his metri hujusce lucentior*] Paris. pr. *his metri hujus excellentior:* alter *his metris excellentior.* Olim rescribendum esse putabam *his metri hujusce licentior*, cujus consilii nondum me pœnitet. Pronomine *hujusce* noster usus est etiam in præfat. n. 5. *Quorum apud omnes hujusce artis excellit auctoritas.* HEUS.

[x] *vel trochæo*] Paris. sec. *sive trochæo,* quod nihil refert. HEUS.

[y] *apud Jubam*] Vid. ad cap. VI. 5. HEUS.

[z] *Tunc insolita*] Hic versus, nescio cujus poëtæ, de *Icari lapsu* intelligendus. RUHNKEN.

[a] *ex duobus Ionicis majoribus*] Paris. sec. *a majoribus.* Frustra. Græci dicunt ἐξ Ἰωνικῶν ἀπὸ μείζονος. Hos sequi Mallius si voluisset, *ex duobus Ionicis a majore* scripsisset. Aliter ei visum esse, apparet ex hujus capitis n. 1. 2. 4. cap. XI. 2. 6. 7. Sæpe legimus *metrum Ionicum majus* et *minus, pedem Ionicum majorem* et *minorem* apud Donatum, ejusque enarratorem Pompeium, apud Diomedem, Victorinum, et alios. Etiam plurali numero *Ionicos majores* et *minores* habet Plotius de metris p. 2660. HEUS.

[b] *Sumum bonum magis fruar*]

[c] Ex uno etiam Ionico majore [d] et duobus trochæis, sive tro- 4
chæo et spondio fit hoc metrum ita:

Altum ferar ut modestæ.

CAP. XI. [e] *De metro Ionico minore.*

Cum vero [f] metrum et choriambicum, et antispasticum, et Ionicum a majore, sicut ostendimus, ita propriis contexantur pedibus, ut, nisi conclusionem aliunde accipiant, inelegans atque horridum sit, solum ex his metris, quæ quadrisyllabos recipiunt pedes, Ionicum a minore suo se pede ita explet, [g] ut additamentum non requirat aliorum. Fit enim ex quatuor 2
Ionicis minoribus ita:

Vocat omnes, bona justis sua semper deus adfert.

Huic metro neque spondius, neque dactylus, [h] neque trochæus 3
adjungitur. Penultimi enim pedis postrema syllaba et ultimi 4
priores duæ dactylum resonant, posteriores vero duæ spondium vel trochæum. Eaque de causa hoc metrum suavitatem, 5

Versum corruptissimum, nec ulla parte legi propositæ satisfacientem, ita exhibui, ut in MS. Guelph. legitur. Nihil hic opis adfertur e libris regiis, quorum prior dedit *Summo bono magis fruatur, altum ferar ut modestæ:* alter *Summum bonum.* Pars capitis hujus intercidisse, omnibusque codicibus nostris hoc loco fraudi fuisse videtur talis aberratio librarii alicujus, qualis supra c. IX. 5. Parisiensi secundo nocuit. Adscripserat Mallius hic versum aliquem hoc pedum numero: *Tunc sic puer æthra ruit æquor in altum.* Sequebatur novi metri declaratio, in hunc fere modum: *Ex tribus Ionicis majoribus etiam et duobus trochæis, sive trochæo et spondio, fit ita: Sumam bona, magnis fruar, altum ferar, at modeste.* Præterea, nisi fallor, designaverat metrum, cujus hoc esse potuit exemplum: *Magnis fruar, altum ferar, at modeste.* HEUS.

[c] *Ex uno etiam*] Hæc sanavit prior Paris. In reliquis erat *Exeunt etiam.* HEUS.

[d] *et duobus trochæis*] Paris. sec. *et de duobus trochæis.* HEUS.

[e] *De metro Ionico minore*] Vocabulum *metro* a Guelph. et Paris. pr. abest. HEUS.

[f] *metrum et choriambicum*] Interjectam inter hæc particulam *et* Paris. prior extrudit. Deinde ex *antispasticum* Guelph. et Paris. sec. male fecerunt *anapesticum.* HEUS.

[g] *ut additamentum*] Guelph. *ut dictamentum.* HEUS.

[h] *neque trochæus adjungitur*] Uterque Paris. *neque trochæus extrinsecus adjungitur.* Adverbium *extrinsecus* a Mallio, an grammatico profectum sit, licet affirmare pro certo non ausim, tamen, ut ab interprete additum esse credam, animus inclinat. HEUS.

6 quam habet [i] ipsum in sese, [k] non depascit aliunde. Fit autem metrum hoc ex tribus etiam Ionicis minoribus. Hujus exemplum:

Bona justis sua semper deus adfert.

7 Ex duobus quoque Ionicis minoribus hoc metrum fit ita:

Bona justis deus adfert.

8 [l] Alios huic metro pedes idcirco quidam interserendos crediderunt, ut copiam et facultatem etiam augerent, sed nihil in his,
9 quod aures [m] blande accipere possunt, invenimus. Atque ideo longe melius commodiusque censemus, ut metrum Ionicum a minore eo, quo supra exposuimus modo, unius pedis ingeminatione expleatur, neque alius [n] quisquam pes sequatur, quo adsociato non modo ei externa suavitas adquirenda, [o] sed pro-
10 pria amittenda sit. Diversa vero inter se metra posse conjungi, lyricorum poëtarum permulta et Græca et Latina scripta
11 declarant. Itaque dactylico subjungere et dactylicum, et
12 iambicum, et alia licet. [p] Iambico quoque versu eundem in modum etiam iambicum et alium quemlibet versum subicere
13 possumus. Idque eadem ratione per omnia metra usurpare pos-

[i] *ipsum in sese*] Omnes MSS. nostri exhibent *ipse in sese*. HEUS.

[k] *non depascit aliunde*] Elegantem, ipsique Tullio probatam, metaphoram non ceperunt librarii, quorum culpa *deposcit* in utroque Paris. legitur pro *depascit*. HEUS.

[l] *Alios huic metro*] Guelph. *Alius*. Paris. sec. *hic metro*. HEUS.

[m] *blande accipere possunt*] Nostrum aliquis dixisset *quod aures blande accipere possint*. Sed in tali connexione etiam, neque id sine gravitate, majorisque certitudinis significatione, indicativo sæpe veteres utuntur. Cic. lib. VI. ep. ad divers. 3. *Nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo scio*. Ibid. lib. XIII. ep. 5. *Etsi, in quam rem p. venimus, intelligo*. Alia dabo ad illud offic. lib. I. c. 7. n. 6. *Credamusque, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem*. HEUS.

[n] *quisquam pes sequatur*] Neminem mihi vitio vertere spero, quod ita rescripsi pro manifesto errore, qui codices nostros omnes obsedit, *quisquam persequatur*. Vid. ad. c. VII. 3. HEUS.

[o] *sed propria amittenda sit*] Duo MSS. *admittenda sit*, Paris. prior *ammittenda sit*. HEUS.

[p] *Iambico quoque versu*] De dativo *versu* consentiunt codices nostri. Neque audiendus est Priscianus, qui lib. VII. p. 778. poëtas metri causa quartæ declinationis ablativo pro dativo uti commentus est. Hanc terminationem optimis Latinæ linguæ, prosaicis etiam, auctoribus familiarem fuisse, ostendit Cortius ad Sallust. Jug. VI. 1. HEUS.

sumus, ita ut diversorum inter se metrorum [q]sit apta et decora conjunctio. De arte ergo metrica [r]nihil desiderari a quoquam 14
scias, servata a nobis [s]docendi ratione prespiciens, [t]ut ea, quæ alii, qui eadem de re scripserunt, confusa et permixta conlocaverint, nos octo tantum generibus, quibus exceptis nullum inveniri metrum possit, conprehenderemus, quæque etiam [v]in unoquoque genere [w]species emanarent ac proffluerent, ostenderemus, [x]easque non in inmensum extenderemus, neque novitatis aut cupiditatis potius, quam suavitatis judicio [y]duceremur. [z]Quod ita usi sumus, ut ea, quæ essent in carminibus 15
dura atque aspera, quamvis a quibusdam poëtis non essent repudiata, prætermitteremus. [a]Si qui tamen inveniuntur, [b]qui 16

[q] *sit apta et decora*] Ita emendabam, quum in Guelph. corrupte scriptum esset *sita placet decora*. Accedit utriusque Paris. auctoritas. HEUS.

[r] *nihil desiderari*] MSS. *desiderare*. HEUS.

[s] *docendi ratione prespiciens*] Quum hanc scripturam in codice Guelph. reperissem, nec viderem, quo referatur vocabulum *prespiciens*, id an temere huc irrepserit, dubitabam. Klotzius conjiciebat, *perspiciens* legendum, *ut* vero proximum per *quomodo* explicandum esse. Mihi valde blanditur elegantissimi Gruneri mei ratio, qui Theodorum *perspicua* scripsisse existimat. Hanc vocem poscere ei videntur, quæ sequuntur, verba *confusa et permixta*. Paris. alter *prespicias*, alter *præspicias*. HEUS.

[t] *ut ea, quæ alii, qui eadem de re scripserunt*] Locum hunc ita constituendum putavi, quum sine sensu in MSS. legeretur *ut eaque alii, qui eadem docere scripserunt*. HEUS.

[v] *in unoquoque genere*] Ruhnkenius V. C. legendum esse *ex unoquoque genere* acutissime vidit, conjecturamque suam confirmat ex illo Ciceronis de orat. I. 42. *Partes autem sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur*. HEUS.

[w] *species emanarent*] Ita emendabam Codicis Guelph. scripturam *specie me manerent*. Proxime ad verum accedunt MSS. Paris. in quibus est *specie emanarent*. HEUS.

[x] *easque non in immensum*] Paris. prior *eaque non immensum*: alter *eas quæ non inmensum*. HEUS.

[y] *duceremur*] MSS. omnes *duceremus*, solita litterarum *r* et *s* confusione, de qua dictum est ad cap. VII. 3. HEUS.

[z] *Quod ita usi sumus*] Priscos imitari videtur Mallius. Illos vero verbum *utor* accusativo jungere solitos esse, scimus e Nonio de contr. gener. verb. p. 481. Charis. l. V. p. 257. Diomed. p. 300. Plautum ita sæpe locutum esse, ostendit Pareus lexic. crit. p. 1333. Adde Buneman. ad Lactant. de mortib. persec. c. V. 2. HEUS.

[a] *Si qui tamen*] Pronomen *qui* Paris. posterior haud inscite omittit. HEUS.

[b] *qui in his metrorum*] Uterque Codex Paris. *qui in hisdem metrorum*. HEUS.

in his metrorum generibus [c d] ita rude atque inusitatum aliquid excogitent, [e] ut id et cum eodem pede legat, et cum aurium

[c] *ita rude atque inusitatum*] Pro *rude* in Guelph. erat *sude*, in Paris. sec. *dure*. HEUS.

[d] *ita rude*] *Rudis* veteribus, ut Cincius ait apud Fest. v. *Rodus*, omnis materia non deformata, atque adeo infecta et impolita: quomodo dicuntur *æs*, *vestimentum rude*; *lana rudis* Ovid. Ep. I. 78. *linum rude* Marcello Empir. p. 58. Hinc quicquid usu nondum tritum et experiundo probatum est, *rude* vocatur. Columella III. 11. *rudem agrum* opponit consito, *ubi fuerit seges*. Lactant. Epit. 60. *in rudibus agris priusquam serere incipias, evulsis sentibus,——arva purganda sunt*. Pulcre Catull. LXIII. 11. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten*. Vid. Broukhus. ad Propert. II. 20. 39. In Claudian. Præf. in Rapt. Proserp. vs. 2. *rudes remos* P. Burmannus explicat ramos arborum non politos: melius, nec tamen accuratissime Gesnerus, novos, recens inventos. Intellige remos mare nondum expertos, remigio nondum adsuetos. Inde fluxit significatio *novi*, *recentis*, quæ hujus loci est, et cadente Latinitate maxime celebrari cœpit. *Olla rudis* Marcello Empir. p. 76, 192. quam alibi *recentem* dicit, ignem nondum experta, neque ullo alio usu trita. Ex Plinio Valeriano eandem dedit et *cacabum rudem* Barthius Adv. I. 14. Nemesian. Cyneg. vs. 14. *rudibus qua luceat orbita sulcis*. et vs. 33. *Miratumque rudes se tollere Terea pinnus*. Auctor Queroli p. 3. *Aululariam hodie sumus acturi, non veterem, at rudem, investigatam Plauti per vestigia*. Ex opposito res manifesta. Vide ibi Rittershusium, et, si lubet, Wopkens. ad Sedul. I. 275. Paulo insolentius Claudian. de VI. Cons. Honor. vs. 545. *lunam rudem* dixit novam, monente Barthio. Hanc seculi sui consuetudinem loquendi secutus Glossator Cod. Reg. in Virgil. Georg. II. 211. *rudem campum* exposuit novum: male, quanquam probat P. Burmannus. *Rudis campus* est ager nullo dum aratro proscissus. Ex hactenus disputatis satis defenditur vulgata Claudiani lectio de Cons. Prob. et Olybr. vs. 51. *Quantum stagna Tagi, rudibus stillantia venis, Effluxere decus*. ubi P. Burmannus Secundus ad Anthol. Lat. T. I. p. 10. de Oudendorpiana conjectura legit *rutilis venis*. *Rudes venæ* sunt novæ, recens apertæ, quæ aurum ante nondum effuderant; ne dicam, vocem *rutilus*, quæ tertio post hunc versu occurrit, parum eleganter repeti tantillo intervallo. Poterat autem Burmannus Secundus hanc vocis potestatem ex Anthologia sua didicisse, III. 31. p. 478. *Hic ubi Bajarum surrexit grata voluptas, Et rudibus splendens molibus extat opus*. ubi contextus facile docet, *rudes moles* esse novas, recens structas. Idem ex Mallii nostri verbis clarissime apparet. RUHNKEN.

[e] *ut id et cum eodem pede legat*] Parum felici conjectura *legat* in *legatur* mutandum existimabam. Nunc Mallium scripsisse crediderim *ut id et eumdem pedem legat*. Fucum fecit librariis exquisitior significatio verbi *legere*, quam nos aspernari non sinunt præstantissimi scriptores, apud quos *legere* ac *relegere*

delectatione consentiat, [f]id abs te respui non oportebat. Ea 17
enim in re, quæ ipsa per se infinita sit, novum aliquid reperiendi constitui finis non potest. [g]Te tamen ceterosque, qui 18
se esse metricæ disciplinæ non ignaros volent, ea sententia conveniet, [h]ut ex his, quæ a nobis declarata sunt, metrorum rationem atque doctrinam abunde consecutos, [i]etiam si nihil a quoquam adiciatur, [k]existiment.

aquas, iter, littora, frequenter occurrunt. HEUS.

[f] *id abs te respui non oportebat*] MSS. Paris. *id apte respui non oportebit.* Non muto imperfectum, quod tempus hic non magis offendere debet, quam in illis Ciceronis offic. I. 9. 4. *Itaque eos ad rem p. ne accessuros quidem putat, nisi coactos. Æquius autem erat, id voluntate fieri.* Horat. I. od. 37. 1. *Nunc est bibendum —— nunc Saliaribus Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus, sodales.* Ovid. Metam. III. 548. *Si fata vetabant Stare diu Thebas, utinam tormenta virique Mœnia diruerent.* HEUS.

[g] *Te tamen*] Corrupte Guelph. *Et tamen.* HEUS.

[h] *ut ex his*] Paris. posterior *et ex his.* HEUS.

[i] *etiam si nihil*] Particula *si* in Guelph. deest. HEUS.

[k] *existiment*] Guelph. *extiment.* HEUS.

CODEX GUELPHERBYTANUS

MALLIANI

DE METRIS LIBRI

CONSERVATOR

DILIGENTIUS EXCUTITUR

EJUSQUE SYMBOLÆ LITTERARIÆ QUÆDAM IN MEDIUM DANTUR.

ETIAM si codicis, ex quo Mallii Theodori de metris commentarius typis primum exscriptus est, non alius præterea usus esset, isque eo munusculo, quo litterarum studiosos affecit, veluti defunctus videretur: tamen hoc solo beneficio meritum arbitrarer, ut ejus domicilium, ætas, habitus et forma pluribus innotescat, utque memoria libri antiquissimi non minore, quam quod aliis vetustis tribuere solemus, studio conservetur. Jam vero quum ille alia quoque contineat, e quibus aliquantum commodi in litteras redundare possit; eo minus dubitandum mihi putavi, quin priscæ eruditionis amatoribus gratum facturus sim, si, quantum et ingenii mei modulus, et subsecivi temporis augustia feret, pleniorem ejus notitiam darem, quædam ex illo publicis usibus nunc impertirer, ad plura autem ex eodem fonte in posterum derivanda, vel ipse meam fidem adstringerem, vel aliis ad hanc Spartam ornandam quasi digitum intenderem.

Reperitur autem codex ille in ea Guelpherbytani thesauri parte, quæ Weissenburgicos libros, tantum non omnes eximia vetustate conspicuos, continet, ibique locum LXXXVI. nactus est. Scriptus in membranis octojugibus parum differt ab ea forma, quæ nostrorum quaternionum est. Quum primum incidisset hic liber in manus meas, continuo incessit animum cupido propius inspiciendi monumentum, quod ætatem mille circiter annorum prodere videbatur, neque alium titulum præferebat, quam istum COMMENTUM ARTIS DONATI.

Animadverti, vitio glutinatoris jam prisco tempore membranas misere trajectas esse, quas tamen facili negotio in ordinem suum redegi, suppetias adferentibus numeris, quos in fine octavæ cujuslibet paginæ manus antiqua adscripserat. His ordinatis intellexi, centum nonaginta et quinque folia, atque adeo majorem partem codicis, qui ducentis ac duodeviginti paginis compactus est, vindicare sibi Pompeii grammatici commentarium in utramque Donati artem.

Nihil mihi de hoc libro constabat, nisi quod ex Io. Alb. Fabricii bibliotheca Latina didiceram, Carrionem eo usum esse in bibliotheca Coloniensi, Putschiumque, quum grammaticos suos ederet, apographon ejus frustra quæsivisse. Veri simile putabam, hunc ipsum Pompeium, non Festum, quod Fabricio in supplement. ad biblioth. Lat. lib. IV. cap. 6. p. 763. visum est, dicere Theodulfum Aurelianensem hoc carmine:

Et modo Pompeium, modo te, Donate, legebam.

Quo tempore Pompeius vixerit, nihil dum reperio, ex quo satis manifeste cognosci queat. Varronem, Cæsarem, Plinium majorem, Probum, Caprum, Jubam, Terentianum, Apollonium Alexandrinum, alios, ex quorum scriptis sua hauserit, candide laudat: sed scriptoris, qui recentior sit, nomen in his occurrere, non memini. Præterea odorari mihi videor, Servium, Sergium et Cassiodorium, quum in Donatum commentarentur, alicubi ad Pompeii commentum respexisse, ex eodemque Cledonium non nulla in artem suam derivasse.

Illud magno grammatici nostri malo accidit, quod codex Guelpherbytanus librarium pessimum nactus est, cujus imperitia omissa sunt alia, alia miserandum in modum depravata. Mederi quidem his incommodis voluit corrector aliquis, qui multa supplevit, plura correxit: sed plurima intacta reliquit, nec pauca, quæ corrupta erant, emendatione intempestiva magis etiam pervertit.

Per has tricas quia videbam difficulter enisurum esse, si quis Pompeium e codice nostro descripturus esset, optimum factum credebam potiora enotare, eaque, neglectis reliquis, quæ minus utilitatis habitura viderentur, in usum antiquitatis studiosorum producere. Et jam feceram initium excerpendi ea, quæ mihi maxime placebant, quum reputare mecum cœpi, temerarium esse, quicumque sibi persuadeat, se in tali negotio sine magna offensione versari, atque utilia ab inutilibus satis

acute discernere posse. Memineram, multa in vetustis auctoribus, quæ frigida, inepta, aperte falsa omnibus olim visa sunt, unius sæpe hominis consilio, interdum casu, ita restituta, aut ita cum aliis comparata esse, ut inde non parum emolumenti ad bonas litteras pervenerit.

Jam si, quidquid in Pompeio præcipuum reperitur, id inde promerem, prævidebam, postea neminem facile adductum iri, ut eorum, quæ a me relicta essent, describendorum in se susciperet laborem, quem licet difficiliorem, gratum tamen pauciorибus, impendendum sibi esse arbitraretur. Abjeci igitur illud electa Pompeiana publicandi consilium, totumque librum, qualiscumque esset, describere, et, simulac per alios, qui curis his prævertendi sunt, labores licuerit, in publicum proferre decrevi.

Multo studiosius ad hoc negotium accingor, postquam celeberrimus Ruhnkenius adhortator accessit, qui, licet ipse mihi auctor unus instar omnium esset, tamen interposita etiam summi Hemsterhusii auctoritate mecum egit. Optime autem de Pompeio meriturus, meque ad opus promissum longe alacrius absolvendum excitaturus esset, si quis edendi grammatici veteris iniret mecum societatem, exemplarque a me describendum, et ex parte jam descriptum, cum Parisinis, aut aliis, si qui fortasse in bibliothecis latent, codicibus conferendum reciperet.

Tantum vero abest, ut librum, cujus editionem recepi, ultra, quam res patitur, laudare, aut utilitatem ejus verbis adornare velim, ut candide potius indicandum putem, grammatici nostri non aliam rationem esse, quam plerorumque, quos illa ætas tulit, professorum. Multa vulgaria ac protrita præcepta, futilia etiam, interdum non sine molestis verborum ambagibus, inculcantur: quæ tamen variis bonæ frugis observationibus, optimorumque auctorum, quorum scripta ad nos haud pervenerunt, testimoniis interjectis compensantur. Hujus rei ut habeant veluti gustum aliquem viri docti, locos aliquot Pompeii, quos in adversaria mea conjeceram, hic adscribere non gravabor.

Ubi de litteris agit, ista habet:

Legimus apud majores nostros, primas apud Romanos undecim litteras fuisse tantummodo, ut dicit Cæsar libro analogiarum primo. In libro analogiarum Cæsar hoc dicit, un-

decim fuisse. Varro docet in libris, quos [a]*ad Actium scripsit, sedecim fuisse, postea tamen crevisse et factas esse viginti tres. Tamen primæ, quæ inventæ sunt, fuerunt undecim. Postea quæ inventæ sunt, fuerunt sedecim.* [b] *Postea item viginti tres factæ sunt. Illic commemoratur, qui illam litteram fecit, qui illam.*

E capite de syllabis hæc adnotare visum est:

Deinde illud scire debes, quod unaquæque, brevis si sit, syllaba unum tempus habet, si longa sit, duo habet tempora. Cætera tempora, quæ accedunt, superflua sunt. Ut puta si dicas et, *unum semis habet.* E *vocalis est brevis, unum habet tempus.* T *consonans est, et omnis consonans dimedium habet tempus. Adhuc non est nec longa nec brevis. Plus tamen habet a brevi, minus quidem habet a longa. Adde ad* et s, *et jam fit longa. Quare?* E *brevis unum tempus habet,* t *dimedium tempus habet,* s *dimedium tempus habet. Ecce duo tempora sunt, fecerunt duo tempora longam* [c] *illam. Hæc ratio est, ut tantum valeat syllaba naturaliter longa, quantum valet positione longa. Quare? Nam quemadmodum illæ vocales naturaliter longæ duo habent tempora (ut*

A te ne frigora lædant,

a longa est naturaliter, duo habet tempora) sic etiam syllaba, quæ positione fit longa, duo habet tempora. Quomodo? Unum habet a vocali, unum habet a duabus consonantibus. Idcirco fit, ut non quærantur a positione, nisi duæ consonantes, quia duæ consonantes dimedium et dimedium habent tempus, et faciunt longam syllabam præcedentem. Ob hanc causam diximus, duo esse tempora et naturaliter longæ, et positione longæ. Illud etiam sequitur, esse aliquas syllabas plurimas, quæ et plura habent tempora, quam oportet. Ut est lex. *Ecce* e *ipsum naturaliter duo tempora habet,* x, *quæ duarum consonantium fungitur loco, unum habet tempus. Quare hoc dixi? Est quidem tractatus, sed etiam utile est, in hoc tractatu poni. Quoniam istæ syllabæ, quæ tribus temporibus fiunt, si habent post se*

[a] *ad Actium*] Forte scribendum *ad Atticum,* ut intelligantur libri *de Vita P. R.* quos *ad Atticum* scriptos testatur Sosip. Charis. *Inst. Gramm.* I. p. 101. RUHNKEN.

[b] *Postea item*] Fort. *Postea autem.* HEUS.

[c] *illam*] Leg. *syllabam.* HEUS.

alias longas consonantes, asperrimos faciunt versus, non ferendos. Quare? Tempora enim crescentia ultra modum incipiunt gravare nostras aures et obruere. Puta, si qui talem versum faciat

Lex prima est, quodcumque potest,

quattuor sunt tempora. Lex, e *duo habet tempora, naturaliter longa est. Sequitur* x, *unum tempus habet, quia duarum consonantium officio fungitur. Sequitur* p *et* r, *ecce iterum aliud tempus. Ecce quattuor tempora sunt, et nunc asper est. Qua ratione hoc dixi? Quotiescumque inciderit tale aliquid, debemus verba sequentia a vocalibus inchoare, ut depereat aliquid de illa summa. Ut puta, si dicas*

Lex ima est, quodcumque velis,

levius sonat si dicas lex ima est, *quam si dicas* lex prima est. *Hoc asperius et gravius sonat. Omnino hoc servare debent, qui volunt lubricos versus et currentes facere. Nam idcirco omnes illi participiis cum conjunguntur, asperrimos versus faciunt. Omne participium longam habet syllabam,* docens, scribens. *Ut puta, si qui talem faciat versum,*

— — Scribensque patrique,

verbi causa asperrimus versus est. Quare? Quia hoc ipsum e *naturaliter longum est, deinde sequitur* n *et* s, *crescit tempus. Quoniam sequitur illa conjunctio, illud crescit. Quattuor tempora sunt, et asperrimus fit versus* scribensque, *et latet causa asperitatis. Si isti sunt, ratione hoc facit. Habetis hanc rationem in Juba. Ergo omnis syllaba, quæ naturaliter brevis est, unum habet tempus: quæ longa est, sive natura, sive positione, duo habet tempora. Cætera tempora ex superfluo sunt, nihil præstant.*

De comparatione nominum ita disputat:

Omnia verba, quæ naturaliter per se plena sunt, non debent accipere conparationem. Nam incipiunt esse non plena. Si enim das conparationem, non sunt plena. Perfectus *qui dicitur, nisi cui nihil deest? Si acceperit conparationem* perfectior, perfectissimus, *male dicimus. Qua ratione?* [d] *Quasi si dixeris* iste perfectus est, iste perfectior est, *dum incipit iste esse perfectior, ille jam perfectus non est. Si esset perfectis-*

[d] *Quasi*] Leg. *Quia.* HEUS.

simus, ille perfectior non erit. Habes hoc in antiquo tractatu. Debes ergo verba ea, quæ naturaliter per se plena sunt, non subicere conparationi, ne, dum vis aliquid augere, corrumpas illam rationem naturalem.

Atque aliquanto post:

[e]*Ergo vides, quæ nomina conparantur, quæ sunt qualitatis et quantitatis. Ea autem, quæ non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. Ne te decipiant illa Plautiana et Afraniana verba.* Ipsissimus *joco comico dixit. Est etiam apud Græcos* αὐτότατος *tale. Comica sunt ista et ad artem non pertinent. Ergo non recipiunt conparationem, nisi ea, quæ sunt qualitatis et quantitatis. Diximus jam hoc sæpius. Illud nomen, quod in dubitatione venit,* Latinus, Latinior, Latinissimus, *quæritur utrum dicamus. Si a gente volueris, non dicis. Id est, si a gente dictus est* Latinus, *quemadmodum* Italus. *Numquid possum dicere* Italior, Italissimus? *Quemadmodum* Afer. *Numquid possum dicere* Afrior, Aferrimus? *Quemadmodum* Gallus. *Numquid dico* Gallior, Gallissimus? *Sic* Latinissimus. *Si autem ad elocutionem, recipit conparationem. Quare? Quia incipit esse qualitatis ab animo. Quomodo loquitur?* Latine. *Tamen hoc ipsum propter ambiguitatem vitandum est, ne cadamus in calumniam.* Latinior *non debemus dicere. Quamquam de elocutione dicamus et possemus dicere, tamen debemus vitare propter calumniam. Quamvis nos defendimus, etiam Cicero vitavit in sexta Verrinarum* [lib. IV. c. 1.]. Cum dico Verrem in tota provincia, Latine me scitote, non accusatorie loqui. *Et subjecit postea* etiam planius. *Noluit dicere* Latinius. *Ergo ea recipiunt conparationem, quæ sunt qualitatis et quantitatis. Hæc tamen regula non recurrit, id est non omnia nomina, quæ sunt qualitatis et quantitatis, recipiunt conparationem. Quæ autem conparantur, qualitatis et quantitatis sunt. Non omnis, verbi causa, qui navigat gubernator est, sed, qui gubernator est, navigat. Nam ecce inveniuntur aliqua nomina qualitatis et quantitatis, et non recipiunt conparationem.* Mediocris *unum tantum gradum habet. Nemo*

[e] *Ergo vides* &c.] Similia habent p. 130. et Consentius *Arte* p. Sosip. Charis. *Inst. Gramm.* II. 2022. RUHNKEN.

dicit mediocrior, mediocrissimus. Pius, piissimus *duos habet gradus, positivum et superlativum. Quamquam et hoc* piissimus *vituperat Cicero in Philippicis* [Orat. XIII. c. 19.]. *Dicit, non potest* piissimus *dici per rerum naturam. Insultabat Antonio*, Tu, *ait*, utere semper hoc verbo *piissimus. Tamen Caper, ille magister Augusti Cæsaris, elaboravit vehementissime, et de epistolis Ciceronis collegit hæc verba, ubi dixerat ipse Cicero* piissimus. *Scias, quoniam amaritudine rhetorica hoc ei objecerat, ut diceret, non potest per rerum naturam dici* piissimus. *Ergo est aliquando positivus et superlativus, ut* pius, piissimus: *aliquando positivus et comparativus, ut* senex, senior: *aliquando comparativus et superlativus, ut* ulterior, ultimus: *aliquando superlativus tantum, ut* novissimus.

Hæc speciminis loco e Pompeii commentario grammatico attulisse suffecerit. Nunc veniendum est ad ea, quibus adnectendis Pompeiani operis librarius codicem suum locupletandum sibi putavit. Sunt ista ex libris variis excerpta, maximam partem grammatica, quorum alia suppressis, alia præscriptis nominibus auctorum, unde ea depromta sint, proferuntur.

Primum locum inter hæc occupavit, nullo tamen auctoris indicio facto, CASSIODORII præfatio, quam ille libro suo de artibus ac disciplinis liberalium litterarum præmiserat. Omissa tamen etiam hic est præfationis illius ea pars, quam, omnibus Cassiodorii codicibus subtractam, ex Alcuini libris auctori suo restituit Garetius. Excipit in Guelpherbytano codice præfationem Cassiodorii panniculus, cui nulla alia est inscriptio, præter hanc: GENERA CAUSARUM SUNT QUINQUE. Hunc etiam a Cassiodorio sumtum atque ex hujus rhetorica decerptum esse, reperio.

Sequitur in codice nostro DE PEDIBUS EXPOSITIO JULII SEVERI. Hoc excerptum e libro de pedibus Julii Severi, grammatici Donato recentioris, nihil continet, quod legisse magnopere juvet. Quia tamen et breve est, et fieri potest, ut hinc alii codices aliquid lucis mutuentur, exiguum describendi laborem et aliquantulum chartæ, quæ fortasse miserius aliubi peritura fuisset, antiqui scriptoris honori impendere non dubitavi. Quid, quod hunc ipsum Severi libellum in animo habuisse videtur Pompeius, quum in capite de

pedibus ista scriberet; *De quinque* [syllabis] *triginta duæ fiunt, de sex sexaginta quattuor fiunt syzygiæ. Est liber de syzygiis, sed nihil refert. Facile hoc possumus scire. Puta, pone quinque*, cetera.

JULII SEVERI DE PEDIBUS EXPOSITIO.

De spondeo.

Spondeus anapæsto junctus facit [f]*antibacchum et iambum* – – ⏑ | ⏑ –

Spondeus dactylo junctus facit molossum et pyrrhichium – – – | ⏑ ⏑

Spondeus [g] *amphibrachi junctus facit antibacchum et trochæum* – – ⏑ | – ⏑

Spondeus amphimacro junctus facit molossum et iambum – – – | ⏑ –

Spondeus bacchio junctus facit antibacchum et spondeum – – ⏑ | – –

Spondeus antibaccho junctus facit molossum et trochæum – – – | – ⏑

De iambo.

Iambus tribrachi junctus facit amphibrachyn et pyrrhichium ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑

Iambus molosso junctus facit bacchium et spondeum ⏑ – – | – –

Iambus anapæsto junctus facit amphibrachyn et iambum ⏑ – ⏑ | ⏑ –

Iambus dactylo junctus facit bacchium et pyrrhichium ⏑ – – | ⏑ ⏑

Iambus amphibrachi junctus facit amphibrachyn et trochæum ⏑ – ⏑ | – ⏑

Iambus amphimacro junctus facit bacchium et iambum ⏑ – – | ⏑ –

Iambus bacchio junctus facit amphibrachyn et spondeum ⏑ – ⏑ | – –

[f] *antibacchum*] Si quis et hic, et in sequentibus, *antibacchium* reponere malit, videat, quæ dixi ad Mallium cap. V. 13. HEUS.

[g] *amphibrachi*] Librarius noster ubique dedit *anfibracin* et similiter *tribracin*, idque sine discrimine casuum. HEUS.

Iambus antibaccho junctus facit bacchium et trochæum ⏑ – – | – ⏑

De trochæo.

Trochæus tribrachi junctus facit dactylum et pyrrichium – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑

Trochæus molosso junctus facit amphimacrum et spondeum – ⏑ – | – –

Trochæus anapæsto junctus facit dactylum et iambum – ⏑ ⏑ | ⏑ –

Trochæus dactylo junctus facit amphimacrum et pyrrhichium – ⏑ – | ⏑ ⏑

Trochæus amphibrachi junctus facit dactylum et trochæum – ⏑ ⏑ | – ⏑

Trochæus amphimacro junctus facit amphimacrum et iambum – ⏑ – | ⏑ –

Trochæus bacchio junctus facit dactylum et spondeum – ⏑ ⏑ | – –

Trochæus antibaccho junctus facit amphimacrum et trochæum – ⏑ – | – ⏑

Item trisyllabi cum trisyllabis geminati faciunt sexaginta [h] *quattuor syzygias, pedes centum viginti octo, id est:*

De tribrachi.

Tribrachys tribrachi junctus facit proceleusmaticum et pyrrhichium ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑

Tribrachys molosso junctus facit pæonem quartum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ – | – –

Tribrachys anapæsto junctus facit proceleusmaticum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ –

Tribrachys dactylo junctus facit pæonem quartum et pyrrhichium ⏑ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑

Tribrachys amphibrachi junctus facit proceleusmaticum et trochæum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑

Tribrachys amphimacro junctus facit pæonem quartum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ – | ⏑ –

Tribrachys bacchio junctus facit proceleusmaticum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ | – –

Tribrachys antibaccho junctus facit pæonem quartum et trochæum ⏑ ⏑ ⏑ – | – ⏑

[h] *quatuor*] MS. *quattuor*, et sic ubique. HEUS.

De molosso.

Molossus tribrachi junctus facit epitritum quartum et pyrrhichium – – – ⏑ | ⏑ ⏑

Molossus molosso junctus facit dispondeum et spondeum – – – – – –

Molossus anapæsto junctus facit epitritum quartum et iambum – – – ⏑ ⏑ –

Molossus dactylo junctus facit dispondeum et pyrrhichium – – – – | ⏑ ⏑

Molossus amphibrachi junctus facit epitritum quartum et trochæum – – – ⏑ | – ⏑

Molossus amphimacro junctus facit dispondeum et iambum – – – – | ⏑ –

Molossus bacchio junctus facit epitritum quartum et spondeum – – – ⏑ | – –

Molossus antibaccho junctus facit dispondeum et trochæum – – – – – ⏑

De anapæsto.

Anapæstus tribrachi junctus facit pæonem tertium et pyrrhichium ⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑

Anapæstus molosso junctus facit ionicum minorem et spondeum ⏑ ⏑ – – – –

Anapæstus anapæsto junctus facit pæonem tertium et iambum ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Anapæstus dactylo junctus facit ionicum minorem et pyrrhichium ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑

Anapæstus amphibrachi junctus facit pæonem tertium et trochæum ⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑

Anapæstus amphimacro junctus facit ionicum minorem et iambum ⏑ ⏑ – – ⏑ –

Anapæstus bacchio junctus facit pæonem tertium et spondeum ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Anapæstus antibaccho junctus facit ionicum minorem et trochæum ⏑ ⏑ – – | – ⏑

De dactylo.

Dactylus tribrachi junctus facit pæonem primum et pyrrhichium – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Dactylus molosso junctus facit choriambum et spondeum – ⏑ ⏑ – – –

Dactylus anapæsto junctus facit pæonem primum et iambum – ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ –

Dactylus dactylo junctus facit choriambum et pyrrhichium – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑

Dactylus amphibrachi junctus facit pæonem primum et trochæum – ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑

Dactylus amphimacro junctus facit choriambum et iambum – ⏑ ⏑ – | ⏑ –

Dactylus bacchio junctus facit pæonem primum et spondeum – ⏑ ⏑ ⏑ | – –

Dactylus antibaccho junctus facit choriambum et trochæum – ⏑ ⏑ – | – ⏑

[i] De amphibracho.

Amphibrachys tribrachi junctus facit pæonem secundum et pyrrhichium ⏑ – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑

Amphibrachys molosso junctus facit diiambum et spondeum ⏑ – ⏑ – | – –

Amphibrachys anapæsto junctus facit pæonem secundum et iambum ⏑ – ⏑ ⏑ | ⏑ –

Amphibrachys dactylo junctus facit diiambum et pyrrhichium ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑

Amphibrachys amphibrachi junctus facit pæonem secundum et trochæum ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Amphibrachys amphimacro junctus facit diiambum et iambum ⏑ – ⏑ – | ⏑ –

Amphibrachys bacchio junctus facit pæonem secundum et spondeum ⏑ – ⏑ ⏑ | – –

Amphibrachys antibaccho junctus facit diiambum et trochæum ⏑ – ⏑ – | – ⏑

De amphimacro.

Amphimacrus tribrachi junctus facit ditrochæum et pyrrhichium – ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑

Amphimacrus molosso junctus facit epitritum secundum et spondeum – ⏑ – – | – –

[i] De amphibracho] MS. *de anfibracho*. Sed quia lemmata in membranis nostris minio picta sunt, hæc verba non scripsit librarius, apud quem vocabula *amphibrachys* et *tribrachys* nusquam per casus secundæ declinationis Latinorum decurrere paullo ante testatus sum. Nec mihi fit credibile, bonis auctoribus hunc declinandi modum placuisse. HEUS.

Amphimacrus anapæsto junctus facit ditrochæum et iambum – ⏑ – ⏑ | ⏑ –

Amphimacrus dactylo junctus facit epitritum secundum et pyrrhichium – ⏑ – – | ⏑ ⏑

Amphimacrus amphibrachi junctus facit ditrochæum et trochæum – ⏑ – ⏑ | – ⏑

Amphimacrus amphimacro junctus facit epitritum secundum et iambum – ⏑ – – | ⏑ –

Amphimacrus bacchio junctus facit ditrochæum et spondeum – ⏑ – ⏑ – –

Amphimacrus antibaccho junctus facit epitritum secundum et trochæum – ⏑ – – | – ⏑

De bacchio.

Bacchius tribrachi junctus facit antispastum et pyrrhichium ⏑ – – ⏑ | ⏑ ⏑

Bacchius molosso junctus facit epitritum primum et spondeum ⏑ – – – | – –

Bacchius anapæsto junctus facit antispastum et iambum ⏑ – – ⏑ | ⏑ –

Bacchius dactylo junctus facit epitritum primum et pyrrhichium ⏑ – – – | ⏑ ⏑

Bacchius amphibrachi junctus facit antispastum et trochæum ⏑ – – ⏑ | – ⏑

Bacchius amphimacro junctus facit epitritum primum et iambum ⏑ – – – | ⏑ –

Bacchius bacchio junctus facit antispastum et spondeum ⏑ – – ⏑ | – –

Bacchius antibaccho junctus facit epitritum primum et trochæum ⏑ – – – – ⏑

De antibaccho.

Antibacchus tribrachi junctus facit ionicum primum et pyrrhichium – – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑

Antibacchus molosso junctus facit epitritum tertium et spondeum – – ⏑ – | – –

Antibacchus anapæsto junctus facit ionicum majorem et iambum – – ⏑ ⏑ | ⏑ –

Antibacchus dactylo junctus facit epitritum tertium et pyrrhichium – – ⏑ – | ⏑ ⏑

Antibacchus amphibrachi junctus facit ionicum majorem et trochæum – – ⏑ ⏑ | – ⏑

Antibacchus amphimacro junctus facit epitritum tertium et iambum – – ⏑ – | ⏑ –

Antibacchus bacchio junctus facit ionicum majorem et spondeum – – ⏑ ⏑ – –

Antibacchus antibaccho junctus facit epitritum tertium et trochæum – – ⏑ – – ⏑

Requirendum nobis est etiam, quomodo pedes sint dividendi.

Omnium pedum trina divisio est, excepto amphibrachyn et epitritum. Unius enim tripla divisio est, id est amphibrachys, quia quattuor tempora habet, in uno et tribus dividitur ⏑ | – ⏑ ||| *Et ideo dicitur tripla, quia unus ad tres conparatus triplus est. Epitritorum autem revera epitrita divisio est, quia epitritus septem tempora habet, et dividitur in tribus et quattuor* ⏑ – ||| – – ||| *Quattuor enim in se tres continet et habet et unum, qui trium tertia pars est, quos pro hoc Donatus excepit, quia in metris difficile poterunt inveniri.*

Prima ergo divisio est disyllaborum, quæ in æquis temporibus dividitur, quæ etiam dactylica nuncupatur, id est:

Pyrrhichius, qui constat ex brevi et brevi, habet tempora duo, dividitur ita ⏑ | ⏑ |

Spondeus, qui constat ex duabus longis, temporum quattuor, dividitur ita – || – ||

Dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, dividitur ita – || ⏑ ⏑ ||

Anapæstus, qui constat ex duabus brevibus et longa, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ || – ||

Dispondius, qui constat ex quattuor longis, habet tempora octo, dividitur ita – – |||| – – ||||

Proceleusmaticus, qui constat ex quattuor brevibus, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ || ⏑ ⏑ ||

Diiambus, qui constat ex duobus iambis, habens tempora sex, dividitur ita ⏑ – ||| ⏑ – ||

Ditrochæus, qui constat ex duobus trochæis, habet tempora sex, dividitur ita – ⏑ ||| – ⏑ |||

Choriambus, qui constat ex longa, duabus brevibus et longa, id est habet tempora sex, dividitur ita – ⏑ ||| ⏑ – ||

Antispastus, qui constat ex brevi, duabus longis et brevi, habet tempora sex, et dividitur ita ⏑ – ||| – ⏑ |||

Item secunda divisio est dupla, quæ etiam iambica nuncupatur, id est:

Trochæus, qui constat ex longa et brevi, temporum trium, dividitur ita – || ⏑ |

Iambus, qui constat ex brevi et longa, temporum trium, dividitur ita ⏑ | – ||

Molossus, qui constat ex tribus longis, temporum sex, dividitur ita – || – – ||||

Tribrachys, qui constat ex tribus brevibus, temporum trium, dividitur ita ⏑ | ⏑ ⏑ ||

Ionicus major, qui constat ex duabus longis et duabus brevibus, temporum sex, dividitur ita – – |||| ⏑ ⏑ ||

Ionicus minor, qui constat ex duabus brevibus et duabus longis, id est temporum sex, dividitur ita ⏑ ⏑ || – – ||||

Tertia divisio est, quæ hemiolia sive pæonica nominatur, quotiens numerus ad numerum conparatus habet major minorem numerum et medietatem ejus, id est:

Amphimacrus, qui constat ex longa, brevi et longa, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ ||| – ||

Bacchius, ex brevi et duabus longis, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – ||| – ||

Antibacchus, ex duabus longis et brevi, temporum quinque, dividitur ita – || – ⏑ |||

Pæon primus, ex longa prima et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ ||| ⏑ ⏑ ||

Pæon secundus, ex secunda longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – ||| ⏑ ⏑ ||

Pæon tertius, ex tertia longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ || – ⏑ |||

Pæon quartus, ex quarta longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ ⏑ ||| – ||

Completa est, sicut putamus, trina pedum divisio.

Laciniis scriptorum de pedibus eorumque divisione adsuta sunt in membranis nostris ESIDORI JUNIORIS PALESTINENSIS [Lege: ISIDORI JUNIORIS HISPALENSIS] EPISCOPI GRAMMATICÆ ARTIS NOMINA GRÆCA ET LATINA NOTATA. Hinc, opinor, auctori suo restitui poterit libellus ἀδέσποτος, qui in codice

VIICIↃIↃXXX. biblioth. reg. Paris. ita inscribitur : *Grammaticæ artis nomina Græce et Latine notata.* Erunt fortasse, qui hoc, quidquid est glossarum Isidori, cum aliis codicibus comparare cupiant. In eorum gratiam hunc etiam qualemcumque centunculum hic proponam.

Poëta	vates.
[k] *Poëticus*	liber.
Poëma	unius libri opus.
Poësis	opus multorum librorum,
Idyllion	paucorum versuum,
Distichon	duorum,
Monostichon	unius versus.
Onomastike	nominativus.
Genike	genetivus.
Dotike	dativus.
Ætiatike	accusativus.
Cletike	vocativus.
Aphæretike	ablativus.
Monoptota	ejusdem casus.
Aptota	in quibus nulla inflexio casuum.
Diptota	in quibus similitudo duorum tantum casuum est.
Triptota	trium casuum varietas.
Tetraptota	quattuor casuum varietas.
Pentaptota	quinque casuum inflexio.
Hexaptota	omnium casuum varia declinatio.
Anomala	nomina, quæ in comparatione mutantur. Ut *bonus, melior, optimus : malus, pejor, pessimus.*
Ctetica	possessiva.
Epitheta	id est adjectiva.
Syllaba	litterarum congregatio.
Macra	longa.
Brachia	brevis.
[l] *Monochronos*	unius temporis.

[k] *Poëticus* liber] Hæc, nisi fallor, cum prioribus conjungenda sunt sic : *Poëta* vates, poëticus liber. HEUS.

[l] *Monochronos*] MS. *mochron.* HEUS.

[m] *Dichronos*	communis temporis.
Diphthongon	geminatio vocalium.
Prosodia	accentus, sive tonus.
Arsis	elevatio.
Thesis	positio.
Oxia	acuta.
Baria	[n] brevis.
Perispomene	circumflexus.
Chronus	longitudo, vel tempus.
Tonus	accentus.
[o] *Trisesma*	crassitudo.
Dasia	hispidum, vel asperum: unde et aspiratio.
Psile	leve, vel purum.
Apostrophus	regressio.
Diastole	separatio.
[p] *Hypodiastole*	subseparatio.
Digrammos	duplex littera.
[q] *Pus*	pes.
Pyrrhichius	a Pyrrho filio Achilli nominatur.
Spondius	tractus.
Trochæus	celer.
Iambus	maledicus, sive lividus.
Dactulus	digitus.
Anapæstus	dactulo contrarius.
Amphimacros	hinc et inde longus.
Amphibrachys	hinc et inde brevis.
Tribrachys	trium brevium.
Chorius	choris aptus.
Ionicus	inæqualis.
Palimbacchios	contrarius bacchio.
Metron	mensura.
[r] *Rhythmus*	numerus.

[m] *Dichronos*] MS. *dischronon*. HEUS.

[n] *brevis*] Librarii error, qui *gravis* scribere debuisset. HEUS.

[o] *Trisesma*] Utrum τρίσημα, an περίσσευμα, an aliud artis vocabulum interpretari voluerit glossator, affirmare liquido non ausim. HEUS.

[p] *Hypodiastole*] MS. *spondiastole*. HEUS.

[q] *Pus*] MS. *pos*. HEUS.

[r] *Rhythmus*] MS. *-rithemus*, et sic alibi. HEUS.

Heroicon metron	virorum fortium carmen.
Bucolicum	pastorale carmen.
Monometron	versus unius pedis.
Dimetron	duorum pedum versus.
Trimetron	trium pedum versus,
Tetrametron	quattuor pedum,
Pentametron	quinque pedum.
Hexametron	id est senarium.
[s] *Penthemimeren*	syllaba remanens post duos pedes.
Hephthemimeren	syllaba [t]poster.
Tritos trochæus	syllaba post quartum remanens.
Tetarte bucolicon	syllaba post quintum remanens.
Catalecticus	[v]ubi in pede versu uno syllaba deest.
Brachycatalectus	ubi duæ minus sunt.
Acatalectus	ubi versus legitimo fine concluditur.
Hypercatalectus	ubi super legitimos pedes syllaba crescit.
Thesis	posituræ.
Telia	distinctio.
[w] *Hypostigme*	subdistinctio.
Mese	media distinctio.
[x] *Colon*	membrum.
Comma	incisum.
Periodos	clausula, sive circuitus. Nam *colon* totus versus est, *commata* autem ipsæ incisiones pedum: *periodos* vero tota sententia.
[y] *Monocolon*	unius membri sententia,
Dicolon	bimembris,
Tricolon	trimembris,
Tetracolon	quadrimembris,
Pentacolon	quinquemembris.

[s] *Penthemimeren*] Legendum est *penthemimeres* et sic in proximo *hephthemimeres*. HEUS.

[t] *poster*] Lege: *post tertium*, et junge cum sequente *remanens*. Mox τρίτον τροχαῖον, καὶ τετάρτην βουκολικῶν male explicari, manifestum est. HEUS.

[v] *ubi in pede versu uno*] An scribendum? *ubi in pede versus ultimo syllaba deest*. HEUS.

[w] *Hypostigme*] MS. *iposticen*. HEUS.

[x] *Colon*] MS. *cola*, et sic paullo post *Nam* cola *totus* cet. HEUS.

[y] *Monocolon*] Hanc, et quattuor sequentes glossas recentior manus adscripsit. HEUS.

Alius post Isidori vocabula grammatica libellus in codice nostro inscribitur: INCIPIUNT CÆSURÆ VERSUUM, eique in margine recentior manus Mallii Theodori nomen adjecerat. Antea a veritate haud abhorrere opinabar, brevem hanc de pedum ac versuum cæsuris commentationem memorialis libri alicujus, quem conscripserit Mallius, fragmentum esse. Nunc vero intelligere mihi videor, et hanc de cæsuris, et alteram, quæ proxime sequitur, de metris disputationem, nihil aliud esse, quam studiosi hominis collectanea, ex iisdem scriptoribus congesta, ex quorum operibus Hispalensis Isidorus libros suos originum conscribillavit.

Cæsuras istas, quamvis Mallio abjudicem, tamen, quia eas Mallii de metris libro, quum primum ille typis exscriberetur, comites dederam, hic repetendas duxi. Idque eo libentius feci, quoniam commentarioli hujus, quod ἀνεπίγραφον in secundo Mallii codice Parisiis invenerat, discrepantes scripturas, præstantissimus Musgravius enotare dignatus est.

Cæsuræ versuum.

Accentus est anima verborum, sive vox syllabæ, quæ in sermone plus sonat de ceteris syllabis. [z] *Accentus autem a cantu vocatus est, quia in ipso tantum producitur sonus vocis. Arsis est vocis elevatio cum temporibus. Thesis est vocis positio cum temporibus. Æquum dicitur, quotiens ambæ partes, id est, arsis et thesis, æquali temporum lege consistunt, ut duo et duo. Duplum prædicatur, quotiens id, quod majus est bis continet minus, ut quattuor et duo. Sescuplum vero est, quando minus contenetur a majore et medietas minoris, ut tria et duo. Epitritum est, quando minus contenetur a majore et ejus tertia pars, ut quattuor et tria. Triplum vero est, quando majus ter continet totum minus, ut unum et tria. Cæduntur vero pedum membra* [a] *vel per æqualitatem, vel per duplum, vel per sescuplum, vel per triplum, vel per epitritum. Longa est syl-*

[z] *Accentus autem a cantu*] Ita scripsi e Paris. quum in Guelph. esset *a canto*. HEUS.

[a] *vel per æqualitatem*] Particula *vel*, in codice Guelph. omissa, accessit e Paris. et ex Isidori Orig. l. I. c. 16. HEUS.

laba temporum non minus duorum, [b] *brevis non minus unum.* [c] *Partimur ergo in æquo.*

Spondium – | – |
Pyrrhichium ⏑ | ⏑ |
Dactylum – || ⏑ ⏑ ||
Anapæstum ⏑ ⏑ || – ||
Dispondium – – |||| – – ||||
Procelcusmaticum ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ||
Diiambum ⏑ – | | ⏑ – ||
Ditrochæum – ⏑ | – ⏑ ||
Antispastum ⏑ – ||| – ⏑ ||
Choriambum – ⏑ || ⏑ – ||

[d] *Item dupla partimur hos:*

Trochæum – | ⏑ |
Iambum ⏑ | – ||
Molossum – || – – |
Tribrachyn ⏑ | ⏑ ⏑ ||
Ionicum minorem ⏑ ⏑ || – – |
Ionicum majorem – – | ⏑ ⏑ ||

[b] *brevis non minus unum*] Paris. *uno.* Fortasse legendum est *brevis, non minus, unius.* Propterea autem grammaticus noster ad longam syllabam non minus, quam duo tempora, ad brevem non minus, quam unum tempus, requirere videtur, quia in longis interdum tria vel quattuor tempora numerantur, atque etiam sesqui alterum tempus brevem syllabam facit. Vide, quem supra dedimus, locum Pompeii e capite de syllabis. HEUS.

[c] *Partimur ergo in æquo*] His codex Guelph. postponit, et Paris. præponit glossam: *Longa nota est — brevis* ⏑ Pro verbis *in æquo* Paris. dedit *in æquo hos.* Similis constructio est Julii Severi: *Epitritus septem tempora habet, et dividitur in tribus et quattuor.* Apud Isidorum loco, quem paullo ante dixi, corrupte editur: *Partimur ergo inæquales hos pedes.* Sed antiquissimus Isidori codex, ille palimpsesto nobilis Ulphilano, Knitteliique, viri plurimum reverendi, eruditione illustratus, exhibet: *Partimur ergo in æqua hos.* Alter priori suppar: *Partimur ergo in æqua hos pedes.* Hinc intelligere mihi videor, initio nihil aliud scriptum fuisse, quam *Partimur ergo in æqua,* et verba *hos pedes* ab Isidori glossatoribus accessisse. Mox spondeus pyrrhichio postponitur in impressis Isidori exemplaribus. Ab iisdem etiam absunt notæ, quibus pedum partitiones demonstrantur. Sunt tamen illæ in principe codice Isidori, pars etiam in secundo. HEUS.

[d] *Item dupla*] Ex Isidoro lege: *Item in dupla.* HEUS.

Unus vero tantum est, qui tripla partitione dividitur, quæ est maxima, atque ideo [e] *minimis metris adest:*

[f] *Amphibrachys* ⏑ | – ⏑ ||

Sescupli autem sunt hi:

[g] *Amphimacrus* – ⏑ || – ||
Bacchius ⏑ – || – ||
Antibacchus – || – ⏑ ||
[h] *Pæon primus* – ⏑ || ⏑ ⏑ ||
Pæon secundus ⏑ – || ⏑ ⏑ ||
Pæon tertius ⏑ ⏑ || – ⏑ ||
Pæon quartus ⏑ ⏑ || ⏑ – ||

Restant quos epitrita partitione dividimus:

Epitritus primus ⏑ – || – – ||||
Epitritus secundus – ⏑ || – – ||||
Epitritus tertius – – |||| ⏑ – ||
Epitritus quartus – – |||| – ⏑ ||

Sunt igitur æqui decem, dupli vero sex, triplus unus, sescupli septem, epitriti quattuor, fiunt XXVIII.

Post cæsuras istas Parisiensis liber vulgatum illud *Explicit féliciter* addit, Malliique Theodori de Metris librum subjicit. In Guelpherbytano codice vero pannus adsuitur ille:

[e] *minimis metris adest*] Paris. *minime metris idest.* Etiam apud Isidorum ediderunt *minime:* sed ibi etiam *minimis* exhibet perantiquus ille codex. In altero habetur quidem *minime,* sed ultima vocalis punctis notatur. HEUS.

[f] *Amphybrachys* ⏑ | – ⏑ ||] Ita dividit et noster, et vetustus Isidori codex, quibus accedit Julius Severus. Paris. vero sic partitur: ⏑ – || ⏑ |. Parum interest. Vide Terentianum de Pedib. p. 2414. et Mar. Victorinum in Art. Grammat. lib. I. p. 2483. HEUS.

[g] *Amphimacrus* – ⏑ || – ||] Hanc divisionem sequuntur Paris. et codex vetus Isidori, et Julius Severus. In membranis nostris ad ἄρσιν duo sumuntur tempora, ad θέσιν tria relinquuntur, hoc modo: – || ⏑ – ||| HEUS.

[h] *Pæon primus* – ⏑ || ⏑ ⏑ ||] Corrector nostri codicis, cujus furtum ex rasura et atramenti pallore apparebat, ἄρσιν duorum, trium temporum θέσιν ita – || ⏑ ⏑ ⏑ ||| constituerat. Amplexus sum cæsuram, quam et Paris. et Jul. Severus, et vetustus Isidori codex prætulerunt. HEUS.

Cæsuræ versuum sunt quattuor, id est,

Penthemimeres, [h] *hephthemimeres, tritos trochæos, tetarte bucolicon. Penthemimeres cæsura fit, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis. Hephthemimeres cæsura fit, quotiens post tres pedes remanens syllaba orationis partem determinat. Tritos trochæos fit, quotiens in tertia regione pars orationis* [i] *finitur cum dactylo. Tetarte bucolicon fit, cum in quarta regione pars orationis cum fine sensus dactylo terminatur,* [k] *his exemplis:*

Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille.
Nate, meæ vires, mea magna potentia, solus.

Sed ex his quattuor cæsuris duæ primæ ad legem scandendorum versuum sunt dicatæ, ceteræ vero duæ posterorum technicorum judicio sunt omissæ.

De metris.

Metra sunt verborum spatia certis pedibus ac temporibus terminata, quibus adhæret rhythmus, id est modulatio, quæ certa dimensione temporum terminatur.

Metrorum carmina pro voluntate et pro delectatione aurium instituta sunt, ut, quidquid dulce sonaret, mulceret auditum.

[l] *Præterea tam apud Græcos, quam apud Latinos* [m] *longe*

[h] *hephthemimeres, tritos trochæos*] MS. *eptimimeres titos trochæos*, et sic alibi. HEUS.

[i] *finitur cum dactylo*] MS. *dactulo*. Reponendum vero est *trochæo*. HEUS.

[k] *his exemplis*] Videtur auctor singularum cæsurarum singula exempla hic addidisse. Librarius, sive negligentia, sive quia non videbat, quo modo proxime prægressæ definitioni τετάρτης βουκολικῶν exempla diversarum cæsurarum subjici possint, exemplum τατάρτης βουκολικῶν e Virgil. Æn. IV. 13. quod ultimo loco ponendum erat, primo scripsit. Post id ordinavit versum ex Æneid. I. 668. quem auctor τομὴν πενθημιμερῆ declarare atque primum locum occupare voluerat. Versus vero, quibus duæ reliquæ cæsuræ monstrabantur, plane omisit. HEUS.

[l] *Præterea*] Vulgata Isidori exemplaria lib. I. Orig. cap. 37. adjiciunt verbum *sciendum*, quod rectius a nostro et ab optimis Isidori codicibus abest. Solent ii, qui commentarios electorum faciunt, atque etiam Hispalensis episcopus, hac brevitate uti, et verba, quæ non sine tædio lectorum sæpius iteranda fuissent, omittere. Conf. Isidorum hoc ipso libro cap. 3. p. 820. vs. 25. cap. 39. p. 854. vs. 57. &c. Hinc Græci, tanquam Ælianus in Var. Hist. orationem sæpe ab ὅτι incipiunt. Glossatores vero senten-

antiquiorem fuisse carminum, quam prosæ. Omnia enim prius versibus condebantur.

Orationis autem studium primus egit Seron. Primus autem apud Græcos [n] *Pherecydes Syrius solita traditione scripsit. Apud Romanos autem* [o] *Appius secundus adversus Pyrrhum Latinam orationem primus exercuit. Jam ex hinc* [p] *ceteri pro re eloquentia contenderunt.*

Omnibus metris [q] *heroicus prior est. Hunc* [r] *Cantesius Milesius fertur primus conposuisse: vel, ut alii putant, Pherecydes Syrius. Quod metrum ante Homerum Pythium dictum est, post Homerum heroicum nominatum.*

Hoc autem metrum auctoritate cetera metra præcedit: unum ex omnibus tam maximis operibus [s] *aptum apparuisse gravitatisque ac dulcedinis æquæ capax. Quibus virtutibus nomen solum obtinuit, ut heroicum vocaretur, ad memorandas scilicet* [t] *heroum res. Nam et præ ceteris* [v] *simplicissimus habetur, constatque e duobus pedibus, dactylo et spondio. Ac*

tiæ, quam claudicare arbitrabantur, suas furcillas applicaverunt. Tale quid animadvertere mihi videor in proxime sequenti capite Isidori p. 853. vs. 2. ubi nunc editur: *Pythium autem vocatum volunt, eo quod hoc genere metri oracula Apollinis sint edita.* In his verbum *vocant* non a librario, sed a correctore antiquissimi codicis scriptum vidi. HEUS.

[m] *longe antiquiorem*] Ex Isidoro adde vocabulum *curam*, quod librarius noster temere omisit. HEUS.

[n] *Pherecydes Syrius*] Isidorus cap. 38. *Syrus.* Ex eodem proxima *solita traditione*, emenda *soluta oratione.* HEUS.

[o] *Appius secundus*] *Appius Cæcus* ex Isidoro legendum est. HEUS.

[p] *ceteri pro re eloquentia contenderunt*] Impressa Isidori exemplaria habent: *et ceteri prosam orationem condiderunt.* Alter MS. Isidori *et ceteri prosæ eloquentiam condiderunt:* alter *et ceteri prosæ eloquentia contenderunt.* HEUS.

[q] *heroicus prior est*] Apud Isidorum editur: *Omnibus quoque metris heroicum prius est.* Sed uterque MS. Isid. *prior est:* horumque alter etiam *hoc*, quod statim sequitur mutavit in *hunc.* HEUS.

[r] *Cantesius*] Isidorus *Achatesius.* Fabricius in biblioth. Lat. emendat *Hecatæus.* HEUS.

[s] *aptum apparuisse*] Emendant Isidori libri *aptum, quam parvis*, ipsi vero e nostro emendandi in eo, quod proximum vocabulum *gravitatisque* inepte mutaverunt in *suavitatisque.* HEUS.

[t] *heroum res*] Addunt hic impressa Isidori exemplaria: *hoc est fortium*, quod a vetustis Isidori exemplaribus et a nostro recte abest. HEUS.

[y] *simplicissimus*] Consentiunt hic MSS. Isidori cum nostro. Tamen cum impressis Isidori libris legendum est *simplicissimum.* HEUS.

sæpe pæne vel ex hoc, vel ex illo: nisi quod [w]*temperatissimus fit utriusque mixtura, quam si instruatur* [x]*a singulis.*

Refert Hieronymus, canticum Deuteronomii hexametro versu esse conscriptum, quæ [y]*Moyses longe ante Pherecydem et Homerum cecinisse certissimum est. Unde et appareret, apud Hebræos* [z]*antiquius fuisse studium carminum, quam apud gentiles.* [a]*Sed et Job Moysi temporibus adæquatus,* [b]*dactylo spondioque decurrit. Psalmi quoque David* [c]*trimetro et tetrametro scripti sunt versu. Hexametros autem apud Latinos primum fecisse Ennius traditur, eosque longos* [d]*vocavit.*

Bucolicum, id est pastorale, carmen plerique [e]*Syracusis primo* [f]*conpositum opinantur, non nulli* [g]*Lacedæmone. Namque transgresso* [h]*in Græcia Xerxe, rege Persarum, cum Spartanæ virgines* [i]*sub hostile metu neque* [k]*egredi urbem neque pompam chorumque agrestem* [l]*Dianæ de more exercerent: turba pastorum, ne relegio* [m]*præteriret,* [n]*eundem usum inconditis cantibus celebrarunt. Appellarunt autem bucolicum*

[w] *temperatissimus*] Etiam hic MSS. Isid. cum nostro errant. Nam ex edd. emendandum est *temperatius*. HEUS.

[x] *a singulis*] MS. *ad singulis*. HEUS.

[y] *Moyses*] Lege *Moysen*. Conf. Isidor. p. 852. vs. 52. HEUS.

[z] *antiquius*] MS. *antiquiorem*. HEUS.

[a] *Sed et Job*] Isidorus: *Siquidem et Job*. HEUS.

[b] *dactylo spondioque*] Isidor. p. 852. vs. 57. addit *hexametro versu*, quæ verba noster haud temere, opinor, omisit. HEUS.

[c] *trimetro et tetrametro*] MS. *trimetrum et cetera metro*. Conf. Isidor. lib. VI. c. 2. p. 953. HEUS.

[d] *vocavit*] Isid. p. 852. vs. 25. *vocat*: MS. antiquissimus *vocant*. HEUS.

[e] *Syracusis*] MS. *a Syracusis*. HEUS.

[f] *conpositum*] Isidorus p. 853. vs. 20. præter necessitatem adjicit *a pastoribus*. HEUS.

[g] *Lacedæmone*] MS. *Lacedæmonem*. HEUS.

[h] *in Græcia Xerxe*] Isidorus *in Thraciam Xerxe*: MS. Isidori primarius *in Thracia Xerxe*. HEUS.

[i] *sub hostile metu*] Pro *hostile*, in quod vetustæ Isidori membranæ cum libro nostro conspirant, alii dederunt *hostili*. HEUS.

